per iouem. SO: At forsitan omnia bona affectas? HIPPAR: Omnia. SO: Interroga insuper & me. utrum & ipse: bona equidez amare me confiteboꝛ. sed pꝛeter me: ac te nonne reliqui hoies omnes amãt bona: mala oderunt? HIPPAR: Videntur. SO: Lucrũ autem nonne bonuz esse confessi sumus? HIPPARCHVS: Nempe. SO: Omnes igit lucricupidi videntur hoc modo: quo vo pꝛius diximus/nullus lucricupidus esset. Utra igitur istarũ rationum aliquis utẽs non aberrarit? HIPPAR: Siquis o socrates recte lucricupidum definiat/eum ut puto lucricupidum arbitrabitur qui studet ijs: & decens existimat in ijs lucruz querere/ex quibus boni viri lucrari nunq̃ auderent. SO: At non tenes quod paulo ante inter nos cõuenit: lucrari scilicet esse utilitate affici? HIPPARCHVS: Quid tum? SO: Quod etiam in hoc consensimus omnes semper bonum uelle. HIPPAR: Confessi sumus. SO: Nonne & boni viri omne lucrum expetent: siquidem huiusmodi omne bonum est? HIPPAR: Non tamen ea lucra quibus ledi possint. SOCRA: Ledi uocas damnum pati: an aliud quippiã? HIP: Nil aliud q̃ pati damnum. SO: A lucro ne dãno afficiuntur homines/an a damno potius? HIPPAR: Ab utrisq; eteniz a damno: & a turpi lucro dãno afficiuntur. SO: Num tibi videtur aliquid utile ac bonũ turpe existere? HIPPAR: Minime. SO: Nõne paulo ante concessimus lucrum damno malo existenti/contrarium esse? HIPPAR: Fateoꝛ. SO: Et cum sit malo cõtrarium esse bonum? HIPPAR: Cõcessimus. SO: Ergo ut vides me conaris decipere de industria contraria ijs asserens/que supꝛa confessi sumus? HIPPAR: Non per iouez o socrates/sed ecõtra tu me decipis: ac nescio quomodo in disputando rem sursum deoꝛsumq; conuertis. SO: Bona uerba queso: Neq; enim recte facerem/nisi viro bono & sapienti parerem. HIPPAR: Cui nã? aut quid hoc tãdem? SO: Conciui meo & tuo hipparcho pisistrati philedonici filio/qui filioꝛum pisistrati & maioꝛ natu erat & sapientioꝛ/qui & alia multa pꝛeclara opera sapientie edidit/& homeri libꝛos pꝛimus in hanc urbẽ inuexit: coegitq; poetas cãtoꝛes carminũ apud athenienses referre per oꝛdinem. quod etiam ijs tempoꝛibus obseruant. Et anacreonta teium missa naui quinquaginta remoꝛum in hanc urbem accersiuit: Simonidem pꝛeterea chiuz apud se semper habuit/amplis eum muneribus oꝛnans. Hec autez agebat omnia: ciues suos instruere uolens/ut illis q̃optime viuẽtib⁹ imperaret: ratus minime opoꝛtere/alicui sapientiam inuidere: quippe qui honest⁹ ac bonus existeret. Luz vo ciues abũde eruditi essent/atq; eius sapientiaz admirarentur/cõuertit aiuz ad agricolas & peregrinos eruditendos. Atq; ideo columnas siue quadratos lapides in singulis urbis triuijs erexit. Ex ea postmodum sapientia quam partim didicerat/partiz ipse inuenerat/eliciens potioꝛa/elegis inclusit carminibus: & institutа sapientie inscripsit: adeo ut ciues/aut amplius admirarentur egregia illa epigrãmata delphica/Cognosce teipsum. Nihil nimis: & reliqua huiusmodi/sed hipparchi pꝛecepta ueluti sapiẽtioꝛa uenerarentur. Deinde hac atq; illac pꝛetereuntes/ac legendo illius sapientiam degustãtes ex agris & siluis ad reliqua doctrine instituta pergebãt. Erant autem epigrãmata duo in quibusdã ad sinistrã cuiusq; colũne/que inscribebatur mercurius loquens: queue in medio urbis ac populi extabat. In quibusdã vo ad dexterã/monumentũ hoc hipparchi/per oꝛdinẽ perge iusta cogitans: Itez & alia carmina plura atq; pꝛeclara in ceteris columnis intueri licebat. Sed in via stiriaca inscriptũ id erat. Monumẽtũ hoc hipparchi/ne amicũ decipias. Quãobꝛez ego te mihi amicũ fallere nunq̃ auderem/& illi tãto viro repugnare: Quo vita functo tres annos sub fratre illius hippia tyrãni depꝛessi atheniẽses fuerũt. Ipse vo ab oibus senioꝛibus accepisti solũ id triẽniũ in hac urbe tyrãnidẽ viguisse. Reliquis autẽ tẽpoꝛibus/eodem pene modo quo saturno regnãte athenienses vixerũt. Traditur aũt ab elegãtioꝛib⁹ viris/moꝛtis eius causaz extitisse nõ eã que vulgo fert/soꝛoꝛis. s. canophoꝛie contẽptũ/nã id credere absurdũ est. Sed harmodium amatum eruditũq; ab aristogitone fuisse tradunt/magnũ quiddaz futurũ ex hac educatione sperãte/foꝛe nãq; hipparchuz aduersariũ arbitrabatur. Interiz cõtigisse ut harmodius nobilẽ quendã cuius nomen non satis teneo/amaret/qui pꝛimuz harmodiũ & aristogitonez: ueluti sapientes admirabatur. Verũ deinde familiaris factus hipparcho contemnere illos cepit quo illi indignati hipparchũ interemerũt. HIP: Videris ergo o socrates uel amicũ me nõ putare/uel si putas amicũ/hipparcho minime credere. Ego eniz quo modo me non decipias disserẽdo persuaderi abs te nequeo. SO: Atqui uolo tibi perinde ac si talis luderẽ/retractare quicquid ex supioꝛib⁹ libet/ne te deceptuz existimes. Vis ne illud immutari/q̃ diximus oẽs hoies bona appetere? HIPPAR: Volo. SO: Quid vo illud q̃ dãnũ/ac dãno affici: malũ esse cõcessimus. HIP: Neq; id mutari uolo. SO: Sed quid illud q̃ lucruz atq; lucrari & ipsi dãno & ei quod est dãnũ pati/contraria sunt? HIP: Neq; istud quidẽ. SO: At illud forsitan q̃ lucrari utpote malo contrariũ bonũ est. HIP: Neq; id retractes. SO: Videt igitur tibi ut apparet/aliquod lucrũ bonũ esse/aliquod vo malũ? HIP: Mihi vo. SO: Retracto itaq; tibi hoc. Esto eniz lucrũ aliud bonũ/maluz aliud: nihilo tñ magis hoc q̃ illud lucrum est/nõne? HIP: Quid interrogas? SOCRA: Bicã cibus & bonus est & malus. HIP: Est. SO: Est ne magis cibus alter altero? an similiter cibi sunt ambo: neq; inquantũ cibus vnus ab altero differt: sed inquãtũ vnus quidẽ bonus alter vo malus? HIP: Est ut dicis. SO: Nõne & pot⁹ & reliqua oia: quecũq; in specie eadẽ existentia talia sunt/ut partim bona/partim mala sint: nihil inter se differunt fm id quo eadẽ sunt. quẽadmodũ homo quidez vnus bonus/malus alius. HIPPAR: Sic est. SO: Ceterum neuter illoꝝ ut arbitroꝛ/magis aut minus homo est q̃ alius/neq; bon⁹ malo/neq; bono malus. HIP: Vera dicis. SO: Nõne de lucro similiter iudicabim⁹? q̃ pariter lucrũ tã bonũ q̃ malũ sit? HIP: Necesse est. SO: Nil igit magis lucrat qui bonũ lucruz assequit/q̃ qui maluz: neq; istoꝝ aliq̃ maiꝰ lucrũ apparet ut tã cõuenit? HIP: Pꝛo fecto. SO: Neutro eniz aut magis aut minꝰ adest? HIP: Neutro. SO: Tali autem re/cui neutrum

horuꝫ competit/quomodo quis magis uel minus aliquid aut ageret aut etiaꝫ patereturꝫ HIPPARCHVS: Impossibile. SO: Postꝫ lucra ꝛ utilia sunt similiter ambo/hoc deinceps animaduertendū restat/propter quid utraqꝫ ipa lucrū appellasꝫ Quid nam idez in utrisqꝫ aspicis/ueluti si ipse modo me rogauisses:quare cibum seu bonuꝫ siue malum similiter cibum appellem respondissem utiqꝫ/quoniaꝫ uterqꝫ sicca est:corporis esca/ideo utrūqꝫ cibum nomino: quod quidem ꝛ tu nobis concederes/nonneꝫ HIPPAR: Fateor. SO: Et circa potū eadem rursus respondendi ratio esset:quod humido corporis alimento seu bonum siue malum sit/id nomen/potus/imponitur:ꝛ in alijs eodem modo. Enitere itaqꝫ me sic respōdentem imitari. quid nam idez in lucro bono ꝛ malo cernis/propter cuius presentiam utrūqꝫ lucrum nominasꝫ Quod si tibi desit/quod mihi respondeas/me dicente attende. Num lucrum appellas omnem possessionem/quaꝫ quis acquisiuerit/uel nihil expendens/uel expendens parum cuꝫ plus accipiatꝫ HIPPAR: Id lucruꝫ uocare mihi videor. SO: An huiusmodi dicis/ceu siquis nihil expendēs abunde epulatꝰ sit/ꝛ ex epulis morbum acquisiuerit:ꝫ HIPPAR: Nō per iouem. SO: At bonam ualitudinem ex epulis adeptus/lucrum ne an damnum nanciscereturꝫ HIPPAR: Lucrum. SO: Non est igitur lucrum quolibet acquirereꝫ HIPPAR: Non certe. SOCRA: Nunquid ita se habet/ut non lucretur qui quoduis assequitur/siue bonum seu malumꝫ HIPPAR: Apparet. SO: Neqꝫ in damnum incurrat qui in quoduis incurrit/siue bonū seu maluꝫ HIPPAR: Mihi quidez videtur. SO: Cernis ergo ꝙ circa idem reuolueris:ꝫ Lucrum enim bonuꝫ/damno ꝟo maluꝫ apparet. HIPPAR: Ignoro quid dicaꝫ. SO: Et iure quidē: Sed preterea hoc mihi responde. Siquis minus expendens plus acceperit/lucrari hunc diceresꝫ HIPPAR: Non malum dico:uerum si auri uel argenti minus erogans/plus accipiat. SO: Enimuero hoc insuper interrogabo siquis dimidiam auri libram erogans/duplum reportaret argentum/lucrum ne/an damnum essetꝫ HIPPAR: Damnuꝫ profecto o socrates. naꝫ pro duodecuplo precio/duplum solummodo recipit. SO: Ueruntamen plus accepit. An nō plus est duplum dimidio:ꝫ HIPPAR: Non eiusdem dignitatis ac precij est argentum cuius est aurum. SO: Ergo oportet hoc lucro adijcere/estimationem scilicet ac precium: Nunc utiqꝫ argentum plus existēs ꝙ aurum aut eque estimādum ac precioſuꝫ dicis/ꝛ aurum minus existens/precioſum quoqꝫ ac dignum:ꝫ HIPPAR: Et maxime:sic enim se res habet. SO: Ipſa ergo extimatio dignitasqꝫ lucruꝫ cōtinet/siue parua res siue magna sit. Indignum ꝟo estimatione sine lucro est:ꝫ HIPPAR: Profecto. SO: Ipſum precioſum ac dignum/uocas ne aliter dignum ꝙ adeptione dignū:ꝫ HIPPAR: Adeptione. SO: Dignum autez adeptione utile an inutileꝫ HIPPAR: Utile. SO: Utile nonne bonumꝫ HIPPAR: Est. SO: O vir omnium fortissime: nonne iam tertio ꝛ quarto concluſum a nobis est lucrum bonum esseꝫ HIPPAR: Videtur. SO: Memoria tenes vnde sermo hic incidit:ꝫ HIPPAR: Arbitror. SOCRA: At si minus ipse memineris/ego in memoriam reducam. Ex eo enim ꝙ dubitabas ne boni viri lucra quelibet acceptare nolint/sed ex lucris bona duntaxat: mala ꝟo nequaꝙ. HIPPAR: Hinc sane. SOCRATES: Nōne lucra omnia esse bona/seu magna siue parua sint/ratio nos fateri coegitꝫ HIPPAR: Coegit certe o socrates me magis ꝙ persuasit:sed forsitan deinceps persuadebit. SO: Nūc tamen siue persuasus fueris/seu quomodocunqꝫ aliter sis affectus/cōsentis nobiscum lucra omnia ꝛ ampla ꝛ exigua bona esseꝫ HIPPAR: Consentio. SO: Et bonos viros omnes bona oīa uelle fateris: nec neꝫ HIPPAR: Fateor. SO: Malos autem dicebas oīa lucra tam exigua ꝙ magna cupereꝫ Nonne igitur ex sermonem tuū vniuersi homines ꝛ boni pariter atqꝫ mali lucricupidi essentꝫ HIPPAR: Videt. SO: Nō recte igitur vituperabit quispiam lucricupidos:cum ipse quoqꝫ lucricupidus sit.

Hipparchi finis.

Argumentū Marsilij in librū Platonis de Philosophia.

Summa huius dialogi est:quid sit ꝛ quale officium philosophi definire. Est autem philosophi officium/diuina nosse/gubernare humana: in illo contemplatiua philosophia:in hoc actiua comprehenditur. Philosophus itaqꝫ primo diuinam idest absolutam ipsius boni naturam per sapientiam contemplatur. Deinde ad id bonum uelut ad finem humanas operationes dirigens. humana gubernat. Hec autem gubernatio duo requirit. primum/ut quid humana natura sit/ꝛ quo pacto ducatur ad bonū/a malo remoueatur cognoscat:quod quidem per prudentiam philosophus agit. Alterum ut sic instituat hominum/ꝛ affectus ꝛ actus/sic temperet atqꝫ cohibeat:ut ad bonum quod sapientia ipa inuenerat:ꝛ ad quod prudētia deinde direxerat:facile tēdāt. Id ꝟo per morales virtutes efficitur: quas omnes vno iustitie nomine Plato complectitur. Atqꝫ ex ijs duobus humanorū gubernatio cōstat. Eiusdem autem est scire recte vnū hominem/familiam ac reꝫ publicā gubernare: Quā obrem qui moralis est:idem dominus ciuilis rex idoneus esset. Ex quibus cōcluditur in ipso philosophātis officio hec omnia contineri sapientiam:prudentiam:iustitiam:moralem:domesticam:ciuilem: ac regiam disciplinam:per sapientiaꝫ diuina cognoscit:per prudētiam iustitiamqꝫ humana gubernat/dum rem suam: rem familiarem: rem publicam administrat. Eiusmodi est philosophi ipsius officiuꝫ:quod Plato in libris de re publica latius explicat:in hoc significat breuius. Ac primo duas aliorum opiniones circa philosophi officium confutat. prima videtur uel solonis fuisse uel similis alicuius dicētis id esse ꝙ plurima discere:secunda hippie sophiste uolentis philosophiam artium omnium peritiam esse. His deniqꝫ confutatis/sententiam quaꝫ prediximus/breuiter innuit:Socrates ergo fingitur hec in scholis dionysij: qui grammatice elementa Platoni tradidit/aduersus discipulos duos dionysij disputasse: deinde que in scholis tractauerat:in corona familiarium suoꝝ a principio recensere.

Conludicetur omnes bonos minus lucricupidos esse

+ Hinc vide singula auri pondo ēē valuisse duodena pondo auri.

¶ Platonis dialogus de Philosophia. SO:

Ionysij grammatici ludum ingressus iuuenes quosdam vidi honestaz pre se ferentes indolez/claris ortos parentibus/cunqz ijs vna eorum etiaz familiares. Aderant autez duo quidaz adolescentuli inuicez contendentes: que vo esset illorum questio haud satis aduerteram. Verum tamen de anaxagora uel enopide disceptare videbãtur circulos describentes z inflexiones quasdaz summo quodaz studio manibus imitantes. Ego autez alterius illorum amicuz iuxta quem sedebam / cubito tangens/interrogaui cur ita contenderent adolescentes/z num magnum quiddam esset z pulchrum: in quo tantum studium ponerent: Tum ille quid inquit magnum z pulchruz: Iugantur enim isti de his: que sublimia sunt: z philosophantes garriunt. Huius ego responsum admiratus/o adolescens inq̃ / An turpe tibi philosophari videtur: cur ue tam acerbe respondes: Alter vo iuxta enim assedebat emulus quidam istius/cum z me interrogantem: z respondentẽ illum audisset/non expedit tibi socrates inquit / interrogare hunc an turpe existimet esse philosophiã / nec ne: Nonne intellexisti ipsum in tumiditate quadã z crapula atqz somnolentia vniuersaz etatem egisse ut credas aliud quicq̃ eum tibi responsuruz/q̃ q turpe sit philosophia: Erat autem iste in musica eruditus / alter autem quẽ carpebat in gymnastica. Videbaturqz mihi oportere alium quem prius interrogaueraz missum facere/quoniam haud sane in disputando: sed in agendo potius seipsum demonstrabat expertum: Interrogandum autem censui illum/qui sapientiorez se ostendebat: ut siquo modo possem/ab eo utilitatẽ aliquam reportarem: Dixi igitur ad eum in communi me questionem proposuisse. Si autem tu putas melius isto te responsuruz illud idem te nunc interrogo: utrum videatur tibi philosophari pulchrum esse an secus: Hec fere dicentes nos audierunt adolescẽtes: atqz omissa ea que inter ipsos erat cõtentione ad ea que disserebamus/audienda/seipos silentio parauerunt: Respondit autem ille mihi/z ualde quidem ambitiose. Siquando o socrates philosophari turpe esse ducerem/neqz me hominez putarez neqz quemuis alium sic affectuz. Innuens autem in emuluz dicebat hec/ea uoce/ut amici exaudire possent. Hic ego pulchrũ igitur tibi philosophari videtur: z maxime quidem inquit ille. quid ergo inq̃: num videtur tibi fieri posse: ut noscat quis turpe ne aliquid sit an pulchrũ/ nisi a principio quid ipsuz sit nouerit: Nõ: Nosti igitur inq̃: q est aliquid philosophari: Noui equidem. Quid est: Quid aliud q̃ ꝑm dicta solonis: Dicebat enim solon/senesco semper plurima discens. Et mihi quidem videtur semper sic oportere aliquid discere cum hominem qui philosophus futurus sit/siue iuniorz/siue seniorz sit: ut in vita q̃ plurima discat. Atqz is primo visus est mihi aliquid dixisse. Deinde mecum reputãs interrogaui. an sibi philosophia polymathia idest multa discere videretur: Et ille omnino inquit. Existimas pulchrum aliquid soluz esse philosophiaz uel etiaz bonũ: Et bonũ quoqz. Utrũ in philosophia id proprium inspicis / an etiaz in alijs eodem pacto iudicas/ut uerbi gratia/studiuz gymnastice/nõ modo pulchruz esse/sed etiã bonũ. Tunc ille z ualde ironice duo diuersa protulit: Aduersus hunc inquit: dicatur: q neutruz sit. Aduersus autẽ te o socrates z pulchrum z bonum simul esse confiteor. Ergo in gymnasijs multum laborem existimas esse gymnastice studiũ: Et maxime quidez inqt ille quẽadmodum in philosophãdo multa discere / philosophiaz puto. Atqz ego/credis ne gymnastice studiosos aliquid aliud appetere/q̃ ut eorum corpora bene se habeant: Idipsum inquit. Num multi labores bonam corporis habitudinem efficiunt. Quo naz pacto inquit ille ex paucis laboribus robustũ corpus fieri potest. At deinceps mihi visus est gymnasticus ille prouocãdus esse/ut mihi ex peritia gymnastice auxilium ferret. Illuz deinde percontatus sum. Quid autez tu taces o vir optime/hec isto loquente: Num z tibi videntur homines ex multis laboribus/an temperatis robur acquirere: Equidem o socrates asserere ausim ex moderatis corpus bene sese habere. Unde inq̃. Non virum vigilantem dico z esurientem z insuetam spinã habentem/z curis extenuatum. Et cum hec dixisset/delectati adolescentes arriserunt: Alter autem ille erubuit. Tunc ego/quid tu igitur concedis ne nec paruos neqz magnos labores habitudinem bonã corporis efficere/sed moderatos / an repugnas cum duo simus in disputatione cõcordes: Libenter quidem inquit huic repugnarem atqz aduersus eũ uallerem id quod proposui/defendere etiam si causaz haberem minus ualidam. Nullius enim precij est. uerum tecum nihil decet. preter opinionem con// tendere/sed confiteor non multas immo temperatas exercitationes bonum corporis habituz hominibus prestare: Cibi autem inq̃ multi/an moderati: Et cibi ait: preterea compuli eum/ut concederet reliqua omnia que circa corpus uersantur/temperata quidez prodesse q̃ plurimum: pauca vo uel nimia nunq̃: Et ille moderata iuuare confessus est/ At que ad animam spectant/cum moderata adhibentur/conducunt: an potius immoderata: Moderata. Disciplinе autez nonne ex ijs sunt/que animе adhibentur z conferunt: Cõsensit: Ex disciplinis itaqz que temperate sunt: nõ que multe/utilitatem afferunt: Concessit. Quem ergo interrogare merito cõueniret quales sunt labores atqz cibi moderati ad corpus: In hoc tres vna conuenimus: medicum videlicet uel pedotriuem: idest exercitationis magistrum interroganduz: Quẽ vo de spargendis seminibus/quot moderata sint: Agricolorem confessi sumus. At vo de semente z plantatione disciplinarum in anima: quem nam merito percontabimur: quales uel quante temperate sint: Verum deinceps cum ambiguitatis pleni essemus / ego iocans inq̃/vultis ne postq̃ nos in hoc ambigui sumus/ab ijs adolescẽtibus id queramus: An forsitan erubescimus quemadmodum procos inducit homerus nolentes aliũ quẽpiã preter se arcũ intẽdere: Sed cũ orationẽ meã grauiter ferre videret/alia quadã via id inuestigare aggressus inq̃. Qualia esse debere cõijciemus que oportet phz discere: cuz neqz oia neqz multa sequi debeat: Suscipiẽs vo ꝑmonẽ sapiẽtior ille ait: pulcherrimas atqz maxime

maxime congruas animo disciplinas esse: ex quibus maximam quis gloriam in philosophia consequitur: maximā vo gloriam adipiscetur/si singulaꝝ artiuꝝ peritus esse videatur: si minus omniuꝝ plurimaruꝝ saltez: earumqꝫ presertim que estimatione sunt digne: ea pre ceteris discens que liberos homines decent: queue intelligētie ratione/nō manuū ministerio perficiuntur: Tū ego/sic inq̄ dicis: quemadmodum in fabrica contingit: in qua fabrū quidem ministrum uel ad summum quinque aut sex minis emeres: architectum vo neqꝫ dragmarū decem milibus. nam per omnez greciā rari admodū reperiuntur: nunquid tale aliquid ais: Ille me audiens idipsum se dicere confessus est: Euꝝ mox interrogabam: utrum possibile esset: duas eundez duntaxat artes hoc pacto/ne dum per multas magnasqꝫ percipere. Ne ita me dicere putes o socrates quasi philosophantez oporteat singulas artes ad summum prosequi. quēadmoduꝫ artifices: uerum ut liberuꝫ virum eruditūqꝫ decet ut potis sit percipere: que a quocunqꝫ artifice proferūtur: preceteris omnibus qui presentes sint: ꝛ ipse preterea ita mente coniectare/ut semper ipse elegantissim⁹ ac sapientissimus presentiuꝫ omniuꝝ in his que in quaqꝫ arte ꝛ dicuntur ꝛ fiunt/appareat: Atqꝫ ego adhuc enim quorsum tenderet/ambigebam/intelligo ne inq̄ qualem dicis esse virum philosophū: Videris enim mihi talem dicere/quales in certamine sunt pentathli idest periti quinque certaminuꝝ erga cursores uel peltastas idest clippeatos iaculatores: Etenim illi a cursoribus uel peltastis in eorum certaminibus superantur atqꝫ secūdū ordinem obtinent. Reliquorum vo athletarum primi atqꝫ victores. Tale aliquid forte dicebas philosophie studium prestare philosophis: ut ab ijs qui in quauis arte superemi sunt/in eadem arte intelligentia superentur: dumqꝫ secundum locum tenent/sequentes reliquos antecedant/ut philosophus in singulis facultatibus secunde sortis existat: Eiusce modi mihi videris philosophantez virum ostēdere. Recte inquit o socrates accepisse videris que de philosopho dicta fuerunt: cum eum pentathlo comparaueris. Est enim procul dubio talis: ut nulli negocio seruire penitus uelit/neqꝫ in aliqua re usqꝫ ad summuꝝ elaborare: ne propter vnius exactaꝝ diligentiaꝝ in aljs omnibus facultatibus quēadmodum artifices omnino deficiat: sed oia mediocriter temperateqꝫ attingat: post hāc illius respōsionem cupiens planius nosse quid diceret/interrogaui bonos viros utiles ne an inutiles esse arbitraretur: Utiles inquit o socrates: Nonne si boni utiles/mali inutiles erunt: Consensit: Quid autez philosophos viros utiles uel inutiles putas: Adhec ille maxime omnium utiles esse philosophos asseuerauit. Age igitur dinoscamus si tu quidez uera dicis/quomodo utiles nobis sunt isti secūde sortis homines: Manifestum enim est q̄ singulis artem habentibus inferior est philosophus: Annuit. Age inq̄ si uel tu uel ex amicis aliquis tibi charissimus egrotaret utruꝫ ad curaꝫ ualitudinis philosophum illum secundariuꝫ induceres: an medicum: Utrunqꝫ: Ne mihi dicas utrunqꝫ. Sed utrum potius: Nullus inquit ambigeret: quin medicum ꝛ magis ꝛ prius: Quid autem in naui fluctibus agitata: utrum te: ꝛ tua gubernatori: an philosopho committeres: gubernatori equidem: ꝛ in reliquis omnibus: donec artifex aliquis adsit/philosophus erit inutilis: Apparet inquit: Philosophus igitur nunc nobis inutilis est/cum artifices adsint. Confessi vo sumus bonos quidez utiles esse: malos inutiles: Coact⁹ est deniqꝫ confiteri: Quid ergo post hec abs te petā: An forsitan inhumanuꝫ est/ultra perquirere: Quic quid lubet inquit: Nihil aliud peto nisi ut iterum concedantur iam dicta: habent autem se in hunc moduꝫ. Confessi sumus philosophiam bonum esse: ꝛ extare philosophos: atqꝫ ipsos philosophos bonos: bonos autem utiles. malos contra inutiles. Deinde concessimus: donec artifices adsūt: philosophos inutiles eē: ꝛ artifices adesse semper. Nonne concessa hec sunt: Sunt: Confitemur igitur ut videtur fm tuam oratiōnē/siquidem philosophari est esse sciētem in artibus eo pacto quo ipse dixisti: malos ipsos esse ꝛ inutiles: q̄ diu inter homines artes sunt. Verū nō sic se habēt o amice. Neqꝫ philosophari est circa artes studiose uersari. nec multis negocijs incumbere: neqꝫ multa perdiscere sed aliud quiddam. siquidem existimarē: ꝛ absurdū hoc esse: ꝛ mechanicos appellari eos qui artibus incumbunt: hoc autem modo planius intelligemus an uera dicam si hoc mihi respondes. Qui equos recte domare sciunt/utrum qui illos meliores reddūt/an alij: Qui meliores: Quid autez canes/nū qui illos meliores reddere/ijdem ꝛ recte illos coercere sciunt: Omnino: Eadem ergo ars ꝛ illos meliores reddit ꝛ recte coercet: Eadem. Quid autem/utrum que ꝛ meliores facit/ꝛ recte coercet/eadem cognoscit bonos ꝛ malos an alia: Eadem inquit: Vo les igitur inq̄ idem de hominibus confiteri: que optimos reddit homines/eandem esse/que ꝛ recte cohibet/ꝛ qui boni sint/quiue mali cognoscit: Prorsus inquit. Nonne quecunqꝫ vnum eadem ꝛ multos: ꝛ que multos vnū: Ita: Et in equis preterea ceteriscꝫ omnibus eodem modo: Eodem modo. Que nam scientia est/que intemperantes ꝛ legum transgressores in ciuitate recte punit/nonne iudiciaria: Prorsus. An uocas iustitiam aliam quandam preter istam: Non aliam: Nonne qua scientia recte castigant ꝛ puniunt/eadem bonos ac malos dinoscunt: Eadem: Quicunqꝫ vo vnum nouit/plures quoqꝫ cognoscet: Cognoscet. Atqui multos ignorat/ignorabit ꝛ vnum: Consensit. Si ergo equus existens/bonos ac malos equos ignoret/seipsum etiaꝫ/qualis est: ignorabit: Concessit: Et si bos cuꝫ sit/haud nouerit: qui sint boni aut mali boues/sese etiam qualis ipe sit ignorare cuꝫ necesse est: Ita est inquit: Eodem quoqꝫ modo si canis fuerit: Confessus est: Nūc vo cum homo quis existens ignoret bonos homines ꝛ malos: nonne suiipsius etiam ignarus erit: bonus ne sit an malus: Annuit: Seipsuꝫ ignorare/sapere est uel desipere: Desipere: Seipsum itaqꝫ nosse/sapere est: Cōfiteor inquit. Hoc igitur ut videtur ꝛ inscriptio que in delphis est/precipit: prudentiam scilicet ꝛ iustitiam colere: Apparet: Hec eadem ꝛ recte cohibere scimus: Annuit. Qua ergo recte cohibere scimus/ea uticq̄ iustitia est: Qua vo ꝛ nos ipsos ꝛ alios dinoscere possumus: prudentia:

Declarans quarum Delphin

Uidetur:Eadem igitur est iustitia atq; prudẽtia. Apparet:Quinetiam ciuitates tunc optime gubernant/cuz iniusti dant penas:Uera narras. Atq; hec ciuilis scientia est. Est inquit: Quid vo quotiẽs vir vnus recte ciuitatem instituit/nomen illi conueniens nõne tyrannus z rex? Annuit: Nonne tyrãnica aut regia arte gubernat? Immo: Ne itaq; facultates eedem ac superiores sunt? Uidentur: Quid vo cum vir vnus domum recte disponit/quod huic nomen maxime congruit? nõne economus ac dominus? Conuenit: Utrũ z iste iustitia bene regit familiã: an alia facultate? Justitia: Idem est igitur ut apparet rex: tyrannus: ciuilis: economus: dominus: prudens: iustus. Atq; vna quoq; ars est: regia/tyrannica/ciuilis/dominica/economica/iustitia/atq; prudentia: Uidetur: Quid itaq; philosopho viro: quotiens medicus de egrotãtibus quicq; dixerit/turpe est nõ posse dicta illius assequi/neq; ex seipso aliquid coniectare: z quandocũq; alius quisq; aliorum artificum eodem pacto. cum autez iudex aut alius quis eoz quos paulo ante retulim⁹: non absurdũ in ijs nec assequi dicta: neq; per seipsum cõijcere? quid ni esset absurdum? o socrates in tantis rebus nihil habere quod consulat? Utrũ igitur inq; z circa hec philosophum ut pentathlũ esse oportere dicimus: z secundas possidentem partes inutilem esse/donec aliquis ex superioribus adsit: uel primum quidem ipsum oportere domuz suam nulli administrandam prebere: neq; secũdas in hoc partes tenere: sed ex seipso omnia castigare/iuste diiudicantez/siquidẽ eius familia recte administrari debeat. Assẽtiebatur ille mihi. Atq; ego addidi: Si etiam sibi amicus aliquis vite sue rationẽ. aut ciuitas aliquid decernẽdũ: aut iudicanduz cõmittat: esset ne turpe illi o amice secundum in ijs esse? aut tertium: neq; ducem existere? Ita mihi videtur: Absit igitur o vir optime ut philosophari sit plurima discere/artesq; tractare: Quz ista dixissem: sapiens quidẽ ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus autem affirmauit sic esse: z ceteri omnes dicta laudarunt.

Finis libri de philosophia.

Argumentuz Marsilij in librum de Sapiẽtia: qui Theages inscribitur.

Distinguitur in hoc dialogo sapiẽtia/z ultimum distinctionis membrum sic inuestiganduz assumitur/ut quo pacto acquiratur: ab hominib⁹ pateat. Prima partitione sapientia duplex dicit. Una absoluta: conditionalis altera. Absoluta que simpliciter absq; additione aliqua sapientia nominatur. Conditionalis/que non simpliciter sapientia/sed sapiẽtia quedaz dicta est. Illa sic definitur: Cognitio earum reruz de quibus haberi scientia põt: Habetur autẽ scientia de ijs que semper eadem: z eodem modo sunt. huiusmodi sunt: summa rerum principia z eterne rerũ omniũ rationes: hec autem diuina dicuntur: quo fit ut sapiẽtia sit diuinarum rerum scientia: que quidem absoluta sapientia est. Cõditionalis vo omnibus artibus z facultatibus est cõmunis. Nam summitas cuiusq; artis sapientia quedam uocatur: ut sapientia gubernatoria: sapiẽtia aurigaria: sapiẽtia militaris. Ex omnibus autẽ que cum additione sapientie nuncupat/precipua est/que ceteris ut ministris utitur: cuiusmodi ciuilis sapientia est: Que quidez facultas cõmune ciuitatis z gentium: bonũ coniectãs/definitur. hec tum ciuilis tum etiaz regia disciplina uocatur: Cuius subiectũ ciuitas est. finis cõmune bonum. minis tre artes oẽs. Officia duo/leges condere/z condi tas exequi: illud per prudentiã nomotheticaz/hoc per iustitiam legalẽ z iudiciariam agit. Uerũ quo pacto quis ciuilẽ sapiẽtiam nãcisca tur: in plurimis eius disputationibus Plato dubitat. Et in presenti theage utrũ ciuiles hoies an sophiste/an cõtemplatiui dũtaxat philosophi eam doceant: q; a ciuilibus viris/aut sophistis/aut soli contemplationi deditis discatur/in menone z hic quodãmodo negat: q; illi ne filios quidem suos vnq; docuerint. qõ isti rationẽ boni non habeant: quod hi rerum humanarum experti minime sint. Restat igit ut hec aut a philosophis z contemplandi z agendi apprime peritis percipiatur/aut diuina sorte contingat. illi nusq; reperiuntur. Unde in menone z in theage diuino munere fieri asserit/ut in animos ciuiuz temperatos dei prouidentia boni ipsius intelligentiam z leges ad id ducentes infundat. Quam sane notionem hic ciuilem sapientiam in menone propriori uocabulo uaticinium quoddam nominat: ciuilesq; viros furentibus comparat. Sepe etiaz ait nunq; a malis genus hominũ cessaturum: nisi aut legitimi philosophi dominentur / aut ij qui gubernant rem. p. diuina quadam sorte philosophẽtur: hoc autem libro cum socrates in sua membra sapientiam distinxisset/z hanc ciuilem sapientiam sub quadam ironie specie: nec a ciuilibus viris / nec a sophistis/nec a se ut a philosopho cõtemplationi dedito/theagem adipisci posse dixisset / subiunxit tentandam esse vim demonis/z deniq; uoluntatẽ dei precibus exorandam: quasi illinc ista discãtur/z dei prouidentia per medios spiritus/sepe hominibus agendorum oracula pandat: Eos autem ministros qui dei iussu bonorum ciuiuz z legitimorũ principum mentes ad bene gubernandum illuminant/dionysius areopagita principatus nominat. Esset hic fortasse de demone socratis disputandũ/sed argumenti breuitas prohibet. Quinetiam maximus tyrius: z hermias: z apuleius de hoc abunde disseruerũt. Inducit autem hic tres Plato personas: demodocum ciuem atheniensem vna cum filio suo theage sapientiam affectãte: z socratem. Incipit vo a demodoci petitione dialogus.

Theages de Sapientia.

DEMODOCUS: SOCRATES: THEAGES. DEMO: Adigebam o socrates quedam priuatim tecum communicare: siquidem ocium adsit: uel si sit negociuz: neq; id magnum/uelim tamen mea causa tẽ ocium agere. SO: Equidez ocioſus sum: sed tui causa maxime. Si ergo quid dicẽ vis / licet. DEMO: Uis ergo secedamus huc in proximuz iouis liberatoris porticum? SOCRATES: Ut lubet. DEMO: Eamus ergo o Socrates: Omnes quidem plante eodem se modo habere videntur: Et que quidem ex terra oriuntur

oriuntur ꝛ animalia omnia ꝛ homines ipsi. Enim uero in plantis facillimū hoc est nobis: qui terram colimus/prꝛeparare quidē oīa/anteꝙ platemus/ꝛ ipsam etiaꝫ plantationē: postꝙ vo qō plantatū est/ viuit: tunc cultus ipsius uarius est: ꝛ difficilis: eo dēꝙ modo ꝛ de hominibus videtur. Ex meis eniꝫ rebus ad alia coniecturaꝫ facio. Etenim hec mihi mei filij siue plantatio/seu filij generatio appellanda sit: omniū facillima extitit. Educatio aūt difficilis: ꝛ semper in timoꝛe/maximū metū sui causa subeūti. Et alia quidē multa de hoc dici possent. prꝛecipue vo cupiditas/que huic nūc ineſt: uehementer me solicitat: Est enim nō ingenerosa. Uerum talis ut fallere possit. Cupit enim hic o socrates ut ipse ait/sapiens effici. Et ut mihi videt: populares quidaꝫ eius equales in urbē ueniētes suis sermonib⁹ hunc uehementer incitauerūt: quos hic emulari cepit: ꝛ mihi iamprꝛidez molestus est fas esse putans/ me illius curā suscipere: ac pecuniā sophiste alicui qui ipsum sapientē reddat prꝛebere. Mihi autē pecuniaruꝫ minoꝛ est cura. Ueruꝫ hunc existimo ob hoc eius studiū in periculum non mediocre incurrere. hactenus igit huic obstiti/cōsolās: sed postꝙ ulterius nequeo/operepꝛeciū foꝛe duco ut sibi obtemperē/ne sine me frequēter cuꝫ alijs viuens coꝛrumpat. Nunc aūt ad hoc prꝛoficiscoꝛ/ut eū apud aliquez sophistarū sistam. Tu igit peropoꝛtune nobis obuiā factus es: quē quidē hac in re mihi cōsultoꝛez maxime cupiebā. Itaqꝫ siquid habes qō mihi in ijs que audisti cōsulere queas licet ꝛ expedit.

SO: Ceterū o demodoce cōsilium res sacra dicit: quod si vnꝙ ulluꝫ aliud/hoc est in prꝛimis/de quo queris. Non enim est diuinius aliquid de quo homo cōsulere queat/ꝙ de eruditione sui atqꝫ suoꝝ: Primū igitur ego ꝛ tu cōueniamus/quid nam putemus hoc esse/de quo consultamus/ne sepenumero ego quidē aliud illud existimem/tu item aliud. Ac deinde longe dissentiamus/ridiculi quidez existentes ambo/ꝛ ego qui do/ꝛ tu qui postulas cōsiliuꝫ/cū in nullo inuicē cōsenserimus.

DEMO: Recte quidē mihi dicere videris o socrates. Itaqꝫ faciendū censeo.

SO: Atqui recte quidē ex parte/nō tñ omnino dicebā recte. naꝫ paulisper id muto. oubito enim ne foꝛte hic adolescētulus alia quedā ꝙ que nos rebamur/cupiat: ꝙ si alia nos quoqꝫ absurdioꝛes essemus de alio cōsultantes. Rectissimū igitur mihi videtur/ut initiuꝫ hinc sumētes: ipsum quid cupiat interrogemus.

DEMO: Apparet id quod dicis/optimuꝫ esse.

SO: Dic igit mihi/quod pulchrū nomen est puero: quo noie ipsum uocabimus:

DEMO: Theages o socrates.

SO: Pulchrū o demodoce filio nomē imposuisti. Sed tu dic mihi theages/cupis ne sapiens esse: ac dignum existimas eē/ut pater hic tuus virū inueniat/qui te sua consuetudine sapientē reddat:

THE: Cupio.

SOCRA: Sapientes aūt utrum uocas hoies scientiā habentes: quecunqꝫ illa sint que scierint/nec ne:

THE: Scientes equidē.

SO: Quid igitur nonne te pater edocuit/que hic nobiliū virozū filij docent: scilicet litteras/citharā pulsare/palestram/ꝛ alia certamina:

THE: Docuit.

SO: Putas prꝛeterea aliqua scientia indigere/de qua curā suscipere tui causa patrem deceat:

THE: Puto.

SO: Que est igitur ipsa: dic nobis/ut tibi gratificemur.

THE: Ho uit ꝛ iste o socrates/quoniā persepe illi enarraui. sed de industria hec nunc tecū loquitur quasi nesciat que cupiaꝫ: hoc enim modo ꝛ in alijs multis mecum pugnat: neqꝫ vult alicui me tradere.

SO: Atqui que hactenus aduersus hunc abs te dicta sunt/testibus carent: nunc autē me adhibe testem: atqꝫ coram me denuo recense. Que naꝫ est hec sapientia: quā appetis:

Age si cuperes eam: qua hoies nauigia gubernant/ꝛ ego te rogareꝫ qua nam o theages sapientia indigēs/ patri succenses ꝙ te apud aliquos a quibus sapiens reddaris/sistere nolit: quā nam ipsam esse responderes: nonne gubernatoziā:

THE: Certe.

SO: Sinautē illius cuperes eruditū te fieri: qua currus regunt/ac patri succenseres/ego vo interrogarē/que nam esset hec sapiētia: nōne aurigariaꝫ rnderes:

THE: Utiqꝫ.

SO: Quam igitur nunc cupis: Utrū illam quidez nosti: nomen autē ignoras: uel nomen etiā eius habes:

THEA: Et nomen equidem.

SO: Dic ergo quid est:

THE: Quod aliud nomen huic congruere quis diceret o socrates/nisi sapientiā:

SO: Nonne etiam aurigaria/sapientia est: An ignoꝛātia tibi videt:

THEAGES: Nullo modo.

SO: An nō sapientia:

THE: Sapientia.

SO: Qua ad quid utimur: num qua scimus equoꝝ iuga regere:

THE: Prꝛofecto.

SO: At gubernatoꝛia nonne ꝛ ipsa sapientia est:

THE: Mihi quidem videtur.

SO: Num ꝛ ea est/qua naues gubernamus:

THE: Ea utiqꝫ.

SO: Ea vo quam nunc optas/ que nam sapientia est: quidue illa scimus administrare:

THE: Mihi quidē videtur ea qua scimus hominibus imperare.

SO: Nū qua egrotantibus:

THEAGES: Minime.

SO: Ipsa enim medicina est: nonne:

THE: Est.

SO: At qua canentibus scimus in chozis prꝛecipere:

THE: Nequaꝙ.

SO: Musica enim est.

THE: Ita.

SO: Sed utruꝫ illa qua certantibus prꝛecipere nouimus:

THEA: Nequaꝙ.

SO: Gymnastica enim est.

THE: Est.

SO: Uerum qua quid facientib⁹: conare exprꝛimere/quēadmodū in superioꝛibus ipse narraui.

THE: Mihi plane videt ea: qua illis: qui sūt in ciuitate/prꝛecipitur.

SO: Nonne in ciuitate etiam egroti sunt:

THE: Sunt quidē: sed non istis solum dico uerum oībus qui in ciuitate uersantur.

SO: Intelligo quam artez dicis. Uideris enim non eaz qua prꝛe esse nouimus metētibus: aut vindemiantibus: aut plātantibus: aut serentibus: aut triturantibus. ipsa enim per quam ijs imperamus: agricultura est.

THE: Est.

SO: Neqꝫ rursus qua secantibus uel perfoꝛantibus: uel polientibus: uel toꝛno aliquid faciētibus: nam hec ad fabꝛos pertinet.

THE: Certe.

SO: Uerum foꝛtasse qua ijs vniuersis/ꝛ agricolis: ꝛ fabꝛis: ꝛ artificibus omnibus/ac priuatis cūctis mulieribusqꝫ ꝛ viris: imperitamus: eam tu sapiētiam dicis:

THE: Ista ipsaꝫ o socrates iamprꝛidē dicere uolebam.

SO: Potes ne dicere an egistus/qui agamēnonem apud agros interfecit. his omnibus imperauit quos dixisti: artificib⁹: priuatis: viris: mulieribusqꝫ vniuersis: uel alijs quibusdam.

THE: Nō alijs: sed ijs omnibus.

SO: Quid autem peleus eaci filius in phthia/nonne ijsdem dominatus est:

THE: Eisdem.

SOCRA: Periandruꝫ vo cypsei nonne audisti apud coꝛinthios imperasse:

THEAGES: Equidem.

SOCRA: Nonne eisdez in

eius ciuitate dñatus est? THE: Certe. SO: Quid vo archelauz perdicce nuper in macedonia imperantẽ/ nuz ỹsdẽ existimas dñatuz? THE: Equidẽ. SO: Hippiaz autẽ pisistrati in hac urbe dñantez: quibus nam prefuisse arbitraris? nonne ỹsdem? THE: Quid ni? SO: Bacis vo ꝛ sybilla: ꝛ emedapus amphilyt⁹: quo nam pacto tibi cognominãdi viderẽtur? THE: Non alio ꝙ uatuz noie. SO: Recte dicis eodẽ modo cona re: ut inuenias quo cognomine hippiã ꝛ periandruz propter eundem principatũ noies. THE: Cur aliter ꝙ tyrãnos? SO: Ergo quicũqz cupit more istoꝝ vni uersis suis ciuibus imperare: dñationẽ tyrãnicaz ap petit: seqz tyrannũ fieri? THE: Ita videtur. SO: Hãc tu optas. THE: Videtur ex ỹs que dixi. SO: O scelestе nobis ne more tyrãni preesse cupis? Ac iãdudum succenses patri: qui te ad aliquẽ tyrãnidis preceptorẽ non miserit? Et te demodoce nonne pudet/ cum olim noueris quid iste cõcupiscat. Et si habuisses quo ipz mitteres eum artificẽ illius sapiẽtie quaz appetit: esse cisses. Deinde inuides ipsi nec vis mittere sed nũc vi des. Cũ vo te corã me accusauerit: cõsultemus simul ego ac tu. Est quo ipsum mittamus / ut propter alicu ius consuetudinem sapiens tyrannus efficiatur? DE MO: Per iouẽ o socrates consultemus. Est enim ut mihi videtur cõsilio opus/ ꝛ maximo. SO: Sine bo ne vir/ interrogemus ipsum prius. DEMO: Interro ga. SO: Qui si euripide ad aliqd utamur o theages? Inquit enim ille sapientes tyrãni sapiẽtuz cõsuetudi ne: Siquis ab euripide peteret: qua in re sapiẽtuz cõ suetudine ais sapiẽtes esse tyrãnos? quẽadmodum si cum dixisset sapientes agricole sapiẽtuz cõsuetudine percõtaremur: in quo sapientũ: quid putas ipsum di cturuz/ an aliud ꝙ in re rustica? THE: Nihil aliud. SO: Eodẽqz modo si dixisset: sapiẽtes coqui/ sapiẽtũ cõsuetudine/ noscqz interrogaremus/ qua nam in re sa piẽtũ/ quid aliud rñderet/ ꝙ in coquinaria? THE: Id ipsum. SO: Quid si dixisset sapiẽtes certatores sapiẽ tum cõsuetudine ꝛ nos in quo sapientuz interrogare mus: nonne in certando responderet? THE: Immo. SO: Postꝙ autem dixit sapientes tyrãni sapientum cõsuetudine: si interrogaremus illũ: qua in re o euripi des sapientũ: quid euz responsurũ putas? THE: Per iouẽ nescio. SO: Vis tibi dicaz? THE: Ut lubet. SO CRA: Hec sunt que ait anacreon ipsam callicratem nosse. Audisti carmen? THE: Audiui. SO: Quid igi tur? huiusmodi ne viri consuetudinẽ cupis/ qui parti ceps eẽt eiusdẽ artis/ cuius ꝛ callicrates cyane nata: sciretqz tyrãnica que callicratẽ nouisse poeta inquit: ut nobis ꝛ ciuitati tyrãnus efficiaris? THE: Jãdudũ me mordes socrates atqz irrides? SO: Quamobrez? nõne ais hanc te sapiẽtiã optare: qua cũctis imperes ciuibus? Atqui hec faciẽs/ aliud ne ꝙ tyrãnus esses? THE: Optarẽ equidẽ oium hoiuz uel ꝙ plurimoruz tyrãnide potiri: quod idẽ de te ac ceteris oibus arbi troꝛ: Vel potius deus esse. Uerũtn non hoc appetere dicebam. SO: Quid tandẽ est hoc quod cupis? nõne ciuibus preesse? THE: Non vi quidẽ/ neqz ut tyrãni / sed uolẽtibus: quẽadmodũ alỹ in ciuitate rationis cõ potes hoies. SO: Dicis ergo qualis themistocles fu it ꝛ pericles/ ꝛ cimon: ꝛ quicũqz alỹ in administratio ne rei. p. floꝛuerũt? THE: Per iouem istos inꝙ. SO CRA: Quid vo si nobilẽ effici equestrẽ expeteres: ꝛ in ea arte sapiẽtẽ/ ad quos nã ut hoc assequereris: accederes preterꝙ ad equestres? THE: Ad nullos alios. SO: Quippe ad hosipsos qui equestri arte pollerẽt/ ꝛ qui equis tũ nostratib⁹ tũ alienis ꝙ plu rimis uterent. THE: Scilicet. SO: Eodẽqz modo si sapienter iaculãdi artẽ adipisci cuperes/ ad eos qui optime iaculẽtur / ꝛ qui multis tam alienis ꝙ proprijs utunt spiculis/ proficiscereris. THE: Mihi hi quidẽ videtur. SO: Age itaqz postꝙ in ciuilib⁹ eruditi vis: ad alios: ut in ỹs sapiens fias/ acceden duz putas/ ꝙ ad hos ciuiles homines/ qui disciplina ciuili summopere ualẽt ꝛ utũtur ea tum patria: tum aliarũ ciuitatũ ꝛ grecaruz ꝛ barbararuz: An putas ab alỹs sapiẽtiaz cõsequi eoꝝ que isti soli cognozũt? THE: Audiui socrates sermones quosdã/ quos tuos asserunt ciuiliũ viroꝝ filios/ nihilo meliozes ꝙ cerdonũ esse. Et mea quidẽ sentẽtia uera dicis. Insipiens ergo essem/ si mihi persuaderem aliquẽ istoꝝ mihi suã sapiẽtiã traditurũ/ qui filios quidẽ suos minime iuuẽt putarẽqz posse me ulla in re circa hec cuiꝙ prodesse. SO: Quomodo te opti me hoium uerteres/ si cũ tibi filius esset: hec tibi ne gocia preberet/ ꝛ ostẽderet cupere in optimum pi ctorẽ euadere tibi aũt succenseret ꝙ nullam in eo pecuniã hoꝝ gratia cõsumere uelles/ huius vo rei artifices pictores paruipẽderet/ neqz ab eis aliqd uellet discere/ uel tibicinas tibicen effici uolẽs / uel etiã citharedos haberes ad quid eo utereris / uel quo alio illum mitteres/ nolentem ab ỹs discere? THE: Minime per iouẽ. SO: Hunc igit eadẽ hec aduersus tuũ patrẽ faciẽs/ miraris ne atqz succẽses si dubitat ad quid te utatur/ ꝛ quo te mittat: postꝙ athenienſiũ in administrãda re publica prestãtissi moꝝ/ cuicũqz uoles cõmẽdaturi sumus: qui tecũ si ne precio uerset. ꝛ simul neqz argentum eroges/ ꝛ multo magis vulgo honoreris/ ꝙ si alỹs cõgredia ris. THE: Quid igit socrates nõne tu ex bonis vi ris es? Si me suscepis / sat habeo neqz aliũ querã. SO: Quid hoc dicis? DEMO: Nõ male dicit o so crates: neqz mihi quicꝙ hoc iocũdius utiliusqz ut arbitroꝛ esse posset/ ꝙ si huic tua cõsuetudo place ret: ꝛ tu cũ eo uersari uelles: ꝛ profecto pudoꝛe im pediꝛ dicere ꝙ uehemẽter affectẽ. Itaqz ambos uos rogatos uelim: ꝛ te ut uelis hũc suscipere: ꝛ te ne aliũ ꝙ socratez queras: meqz maximis curis ꝛ formidine plenis obsecro liberetis: quoniã nũc ue hementer timeo: ne hic cuiuspiaz alterius cõsuetu dinez querat/ a quo deinde perdatur. THE: Me ul teri⁹ mihi timeas mi pater/ si huic persuadere po tes/ ut me suscipiat. DEMO: Recte loqueris: ꝛ ad uersus te o socrates omnis posthac sermo erit. Ego enim ut breuissime loquar: me simul ac mea omnia uel charissima: quocũqz indigeas tibi liben tissime trado: si hunc theagez susceperis: eiqz quo ad poteris: benefeceris. SO: Equidem o demodo ce studiũ hoc tuuz non admiroꝛ: siquidẽ existimas maxime a me hunc iuuari posse. Non enim noui cui rei maiorẽ diligẽtiã quisquis mẽtez habet adhi bere debeat: ꝙ ut filiũ optimuz reddat. Sed vnde tibi hoc ita visuz est/ me videlicet tuũ filiũ meliorẽ posse ciuẽ reddere ꝙ teipz? Atqz vnde hic sibi per suasit posse magis a me ꝙ abs te ad hãc rẽ iuuari?

Id enim

+ Nulli rei maior diligentia adhi benda quam filio instituendo

Jd enim uehemẽter admiror.tu enim primus me senior es:deinde multis ac maximis apud athenie ses functus es magistratib⁹. Necꝙ alius magis ꝙ tu a popularibus anagyrasÿs ac reliquis ciuibus honorat. Jn me autẽ horꝝ aliquid neuter uestrum videt. Verum si ciuiliũ virorꝝ consuetudines theages iste contẽnit/alioſqꝙ querit qui adolescentes instruere profitent/est hic prodicus chius ⁊ gorgias leõtinus ⁊ polus agrigẽtinus/alÿqꝙ permulti / qui adeo sapiẽtes sunt/ut urbes adeũtes nobilissimos ⁊ ditissimos iuuenes ad seipsos alliciãt: quibus licet quorũcũqꝙ ciuiũ uolũt/grata familiaritate uti: quib⁹ persuadẽt priori relicta cõsuetudine/cũ ipis congredi/magnũ argenti precium afferẽtes/⁊ gratiã insuper maximã habẽtes: Ex ÿs ergo decebat te ac filiũ tuum aliquẽ eligere: me vo ad id elegisse non cõuenit. Nullã enim ex istis beatis ⁊ pulchris disciplinis profiteor.uelim tamẽ mihi illas adesse: Verũ semp nihil scire me dico preter exiguã quandam amandi disciplinã:hac utiqꝙ disciplina apud quẽlibet uehemẽtior tum supiorib⁹ tum etiaꝫ presentib⁹ viris esse video. THE:Vides ne pater socratẽ hunc non multũ familiaritatẽ meã recipere: Nã quãtũ ad me attinet/parat⁹ suꝫ/modo ipe uelit.sed hec oĩa ille ioco aduersus nos dicit. Noui enim meorꝝ equaliũ ⁊ aliquãto seniorũ nõnullos/ qui cũ antea nullius essent extimationis/postꝙ familiaritate istius usi sunt/breui oĩum supremi illorum euaserũt/quorꝝ infimi prius fuerãt. SO:Nosti quale hoc sit o demodoci fili: THE: Noui perioue/ꝙ si uolueris/talis fiam / quales illi fuerunt. SO:Non ita o optime:sed hoc te fefellit/quale sit ego autẽ tibi dicã: Adest mihi diuina quadã sorte demonũ quoddã a prima puericia me secutũ. hoc enim uox est/que cũ fit semp eius rei quã facturus sum/dissuasionẽ demonstrat:prouocat vo nunꝙ. Quod siquis amicorũ mecũ quandoqꝙ aliquid cõmunicat/extatqꝙ uox/hoc illa dissuadet/neqꝙ facere sinit. Cui⁹ quidẽ rei uobis testes dabo. Charmidem virũ bonũ glauconisqꝙ filiũ noscitis:hic aliqñ in nemea stadio se exercitaturus mecũ cõmunicabat. Ac statiꝫ ipso dicere incipiẽte/ꝙ se exercitaturus esset / affuit uox/atqꝙ ego prohibui: sibi enarrans quẽadmodũ demonÿ uox extiterat / ne se exerceret. Tum ille fortasse inquit significat/ꝙ me victorẽ non euasurũ.ego autẽ ⁊ si victoria nõ sim potiturus/tamẽ hoc in tẽpore me exercẽs/aliqd proficiã. Atqꝙ ita locutus/certaturus abÿt: Operepre cium igit̃ est percõtari quid sibi ex hoc certamine contigerit. Si aũt vultis clitomachũ timarchi fratreꝫ interrogare quid sibi timarchus dixerit / quãdo propemodũ moriturus esset ipse simul ⁊ euathlus/stadÿ quidẽ excursor.qui illũ fugiẽtẽ suscepit / referet uobis quid sibi tunc dixerit. THE: Quid nam: SO: O clitomache inquit/equidẽ ꝙ primuꝫ moriturus uenio / quoniaꝫ socrati obtẽperare nolui. Quidue hoc inquit timarchus:ego dicam:quãdo surrexit ex conuiuio timarchus / ⁊ philemon philemonidis filius interfecturi nitiã hiroscamandri/soli enim insidiarũ ÿ conscÿ fuerãt:timarchus mihi dixit. Quid ais o socrates: Vos quidẽ bibite me vo oportet alio exire/redibo autẽ paulo post / si occasio contigerit. Tum mihi affuit uox. Jtaqꝙ ne surgas inꝙ:solitũ mihi a demone signũ datũ afferẽs: quieuit ille. Deinde paulisper cõmorat⁹ ardebat itrũ eundi cupiditate:dicens eo iam socrates. Et quia iterũ uocẽ audiui/rursus illũ cohibui: donec ille tertio latere me cupiẽs clanculũ/cum ego mentẽ alio diuertissem se subripuit. Et sic profectus ea peregit. ex quibus in mortẽ incidit. Unde hec eadẽ fratri suo dixerat ut ego nũc uobis:scilicet moriturũ uenire ꝙ mihi credere noluisset. Audietis preterea ab ÿs/ qui in sicilia sunt que de exercit⁹ cõflictu predixerã. Et preterita quidẽ ab ÿs/qui illa nouerunt/audire licet. Tentare vo demonÿ signũ siquid forte dicat/nũc etiã possumus. Jn expeditionez nanqꝙ exÿt neonus cali filius. Mihi autẽ signũ affuit / proficiscitur vo nunc cũ thrasylo aduersus ephesuꝫ ⁊ ioniã militaturus.ego autẽ illũ existimo uel interfectũ iri/uel in huiusmodi aliqd incursurũ: ⁊ de alia negociatione uehementer timeo. Hec oĩa tibi ideo dixi quia potẽtia hec huius demonÿ in familiaritates eorꝝ qui mecum uersant/oĩa potest. Multis eniꝫ aduersat:necꝙ licet his auxiliũ ferri: qui mecũ inuito demone consuetudinẽ habẽt/quare impossibile est:mihi cum ÿs viuere. Multis autẽ herere non prohibet / sed consuetudine nostra nihil omnino iuuant:Quibus aũt fauerit in ipa familiaritate potestas demonÿ/isti sunt/de quibus ipse sensisti:breui enim proficiũt. Sed eorꝫ partim hoc beneficiũ firmũ habẽt atqꝙ durabile.pleriqꝙ vo quoad mecũ sunt/mirifice pollẽt. At cum a me discesserint/rursus nihilo ab alÿs differunt: hoc quandoqꝙ accidit aristidi lysimachi filio. Naꝫ mecũ cõmorans breui multũ profecit: postea vo in militiã profecus est:rediẽs deinde offendit mecum esse thucydidẽ mellisſÿ filiũ: hic autẽ thucydides pridie mihi aduersarius in sermonib⁹ quibusdã extiterat. Cũ me salutasset ⁊ quedã insup allocutus eẽt aristides / thucydidẽ inquit o socrates audio gloriari:⁊ in quibusdã tecũ etiã concertare:tanꝙ aliquid sit. Est inꝙ ut dicis:tũ ille nõne meminit / inquit / anteꝙ tibi adhereret:tanꝙ mãcipiũ se fuisse: Non videt inꝙ/per deos. At ego inquit ille ridiculus sum:Quid nã maxime inꝙ: Quoniã prius ꝙ hinc abirẽ/cuꝫ quouis disputare audebã. Necꝙ aliquo videbar in disserendo deterior/adeo ut cetus prestantiũ virorꝫ audacter adirẽ. Nũc aũt contra / fugio quẽcunqꝙ eruditũ esse intelligo/adeo pudore abduco⁹ ob meã insciti ã. Utrũ igit inꝙ e uestigio te reliqt ipsa vis: an paulatim: paulatim inquit. Quãdo vo in te incessit utrum accidit tibi aliqd a me discẽti:an aliter: Dicã o socrates rem quidẽ incredibilẽ:uerã tamen. Nihil vnꝙ a te ut ipse scis/didici:proficiebã autẽ quotiẽscunqꝙ tecum essem:⁊ si in eadẽ solũ domo essem/non tamen in eadẽ parte domus magis tamẽ quotiẽs eadem in parte. Et mihi quidẽ videbar multo magis/quãdo in eadẽ parte existẽs/aliquid te dicentẽ intuebar: ꝙ cũ alio intuerer. Sed longe magis proficiebam/cuꝫ apud te sedẽs/te tangebã: Nunc aũt omnis habitus ille defluxit: Et igit o theages huiusmodi nostra cõsuetudo. Si enim deo gratũ est/permultũ quidem ⁊ breui proficies.sin contra/minime. Vide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illorũ eruditi/qui ipi in sua potestate continent utilitatem qua hominibus prosunt:

ḡ a me fortuna quadam id assequi. THE: Mihi quidem sic faciendū socrates videt: ut consuetudine nostra demoniū id tentemus. Quod si nobis annuerit/ recte oia: sin min⁹: quid agēdū sit inuicē cōsultabim⁹: utrū alteri culpiā adhereamus/uel hoc diuinū qđ tibi insitū est: precibus ꝛ sacrificijs: ꝛ alio quouis pacto quo uates exponant/placare conemur. DE: Nihil ad hec o socrates huic adolescēti repugnes. bene enim dicit theages. SO: Atqui si videt oportere sic agere/sic agamus. ¶ Finis de sapientia.

¶ Argumentum Marsilij in Menonez de virtute.

Quatuor esse argumentationum genera quib⁹ Plato utit/exemplū/inductionē/ ratiocinationē/ ꝛ enthymema/ ꝛ quo pacto fiant: satis in alcinoi compēdio/quod ꝛ nos traduximus declarat. Ubi etiam tres Platonicorū/dialogorū spēs inuenimus/ ꝛ quibus argumētationibus in quaqz dialogi specie uti soleat. Aut enīz solū inquirit falsaue cōfutat dialogus/ aut solū uera exponit ac docet/aut in utroqz uersat. primus inq̄sitiuus ꝛ contētiosus. Expositiuus alter. postremus mixtus est dictus. Menon aūt licet mixtus sit / maiori tamē ex parte cōtēdit ꝛ cōfutat: ꝛ oēs argumētationes attingit. Ut nisi quis ex alijs Platonis dialogis qui ad expositiōez magis ḡ ad discēptationē pertinēt/sensa colligat/ ꝛ menoni huic adjiciat: difficile summā disputationis hui⁹ elicere possit. est aūt hec/quid virt⁹ sit. ꝛ quomodo nobis adsit inquirere. Id socrates efficit/dum quatuor menonis. Aristippi: gorgie/ ꝛ prodici de virtute definitionis cōfutat: ꝛ definitionē suā post illas inductā geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet: Est autē hois virtus affectio siue habit⁹ aie/quo potētia naturalis eius ḡ optime suū opus exercet: que definitio in libris de re pu. tradit. Opus cuiusqz potētie tunc optime exercet / cū ad finem suū dirigit. Quod ad finē confert/utile dicitur. Merito igit in hac disputatione cōmune virtutis officium id esse tradit/ut ꝛ actiones ꝛ ea quibus agendo utimur / utilia reddat. Illa itaqz definitio huic dialogo consonat/cunctisqz virtutibus est cōmunis. Virtutū profecto spēs plures sunt/prout virium aie ꝛ actuū diuersitate/ in quib⁹ vna tamē que dicta est cōmunis virtutis ratio semper inspicit. Prima vis aie mens est / cuius actus est perpetua contēplatio ueritatis. Secunda ratio/cuius actus ueritatis inuestigatio. Tertia phantasia/cuius actus collectio eorū que sensus eius nūcij porrigunt: perqz illa discursus. Atqz he sunt vires aie: que cognitiue dicunt. Restant tres alie quas appetitiuas uocāt. Uolūtas ꝛ irascēdi vis ꝛ cōcupiscēdi. Uolūtatis actus/appetere que mēs ꝛ ratio porrigit. Irascibilis aggredi que ratio ꝛ phātasia proponit. Concupiscibilis actus adsciscere: que phātasia sensusqz obijciunt. Sex insup istis due subijciūtur: mouēdi ꝛ nutriēdi vigor: sed he cū superioribus⁹ aut nihil aut vix ꝛ parū admodū in virtute cōmunicāt: Affectio mentis que contēplationem perficit/sapiētia est: que ratiōis indaginē/sciētia atqz prudētia: scia quidē indagationē eorū que natura facit: prudentia cōsultationē in ijs que nos agimus. Que phantasie discursum/opinio recta/quā sagacitatē quidā uocant: Justitia uoluntatē ꝛ liberalitas. Irascibilē fortitudo eiusqz pedissequę. Concupiscibilē continentia simul ꝛ tēperātia. His oibus id est cōmune / ut quelibet earū sit affectio actum potentie naturalis perficiēs: dū decorū reddit ꝛ utilē ad finē ultimuz consequēdū. Varie vo virtutes diuerso modo habentur. Sapiētia quidē natura: est enim eterna rationū oium in mente cōplexio/perpetuusqz ueritatis intuit⁹. Scia per doctrinā philosophie que reminiscētiam prestat/acquirit: dū ratio que pennas olim abiecit/ad mentē cōuersa reminiscēdo iterū alas recupat. Prudētia doctrina simul ꝛ lōgo usu rerum aduenit. Recta opinio exēplis: auctoritate: inductione: sorte. Justitia fortitudoqz ꝛ tēperātia ceteręqz morales virtutes prudētie rectęqz opinionis legibus ꝛ exercitatione legitima perficiuntur. Unde duo hec moraliū virtutū principia Plato posuit/prudentiā ꝛ rectā opinionē. Quāobrē prudentia sepenumero totius moralis virtutis apud Platonē nomē usurpat: Est ꝛ virtus quedā ad rectam opinionē attinens qua legitimi principes ac ciues/in agēdo honesti/cōtēplationis tamē expertes bonū publicū curāt/quā ciuilē peritiā noiant. Eamqz Plato facultatē ꝛ in theage ꝛ in presenti menone haud aliter ḡ sorte diuina/dari ciuilibus hoibus disputat: hac igitur summula quis mentez Platonis in menone colliget: ꝛ huiusmodi premissa distinctione contradictiones renuet / obiectiones qz vitabit: Disputationē vo illā de reminiscētia geometricisqz figuris in argumēto tractare iccirco non placuit: quoniā nō ut principalis sed ut accessoria est inserta: Argumētū aūt summā rei caputqz requirit. Singula quippe discutere nō argumenti: sed commentarij potius est officium.

¶ Menon seu de Virtute.

MENON: SOCRATES: PVER ANITVS. ME:

Otes ne mihi ostendere socrates / utrū virt⁹ doctrina: an exercitatione potius acq̄rat: An forsitā nec doctrina nec usu ab hoib⁹ cōparet: uerū ipsa natura uel alio quoḡ modo hoib⁹ insit: SO: Hactenus o menō thessalici hoies inter grecos illustres tum equestri facultate tū etiā diuitijs habiti sunt. Nūc aūt ut mihi videt/sapiētie quoqz gloriā cōsequent: presertiz amici tui aristippi larissei cōcines. Atqz huius rei causa uobis gorgias extitit/qui in urbē uestrā profectus amicos sibi ob sapiētiā cōparauit/cum reliquos thessalicos optimates: tū maxime alleuador rū familiā/ex qua amicus tuus aristippus originē ducit. Quāobrē sic uos gorgias assuefecit/ut intrepide ꝛ alto animo interrogantib⁹ rīdeatis: quēad modū scientes decet: quippe ꝛ ipse cōcedebat grecorū cuiqz rogare quicqd uellet / ac singulis respōdebat. nobis o amice menon contrariū contigit/si quidē sapientia nostra quodāmodo iam exaruit: atqz ex ijs locis ad uos diuertisse videtur. Itaqz siquē nostroz hoium hoc pacto percontari tenta ueris: nemo utiqz erit: quin tibi subridendo respondeat: O hospes forte tibi beatus quidā videor / qz me nosse existimas utrū doctrina an alia quadam

pr. Albin. Eremo pag. 453

ratione virtus hoibus adsit. Ego vo usq; adeo ab hac cognitione absu: ut nec quid ipsa sit virtus intelligã. Atqui ipe quoq; o menon sic affectus sum: in eadem quippe paupertate animi qua ꝛ cõciues mei sum cõstitutus: ac meipm accuso: utpote quid sit virtus penit⁹ ignorantẽ. Cũ vo quid sit nescią / quo nã pacto quale sit nossem? Num tibi fieri pos se videtur / ut qui nullo modo quis me nõ sit / noue rit / utrũ tamen bonus aut diues: aut generosus / an contra sit noscat? ME: Mihi quidem nequaq;. At vo ipse reuera o socrates quid sit virtus ignoras? Ista de te in patria renunciabimus? SO: Non id quelo solũ amice domi predices / uerũetiã ꝙ nullũ vnq; ut mihi videt / id scientẽ nactus sim. ME: Er go ne gorgią quidẽ cum hic cõmorarer / aliqñ con uenisti? SO: Equidẽ. ME: An hec ignorare tibi vi sus est? SO: Haud satis o menon memini: ideoq; quid tum mihi visu: fuerit: in presentia referre ne queo. Sed forte ꝛ ille nouit: ꝛ tu quid ille docuerit tenes: quare si placet / ipse dicas. Nam tu forsitan cum illo cõuenis. ME: Conuenio equidẽ. SO: Eu: igit cu: absit: omittamus. ipse vo o menon dic per deos obsecro: quid esse virtutẽ existimes: dic inq; / nec inuideas / ut fortunati cuiusdã mendacij redar guar / siquidẽ tu ꝛ gorgias id cognoscere videami ni / cu: tñ ego nemini vnq; hoc sciẽti occurrisse pre dixerim. ME: At o socrates nequaq; difficile est id dicere: ꝛ primo quidez si lubet que viri sit virtus / hec plane est ad ciuilią rerũ administrationẽ: suffi cientẽ esse: ꝙ siq; tractãdis amicos iuuare / inimicos ledere: necnon diligenter cauere: nequid ipse tale aliqñ patiat. Quod si ulteri⁹ que sit mulieris vir tus / nosse requiris / neq; id arduũ erit. Est eni: mu lieris virtus domũ recte gubernare / dum custodit domestica / viroq; obedit. Alia quoq; virtus est pueri femineq; ꝛ masculi: ꝛ viri iam etate maturi: necnõ liberi si uelis alia ꝛ alia serui. Atq; alie per multe virtutes existunt. Quãobrẽ haud nobis de est: quid de virtutis definitiõe dicam⁹. Enimuero ẽm singulas actiones atq; etates ad opera singula singulis hoibus virtus adest. Totidem preterea ꝛ de vitio o socrates / ut arbitror dici possent. SO CRA: Nõ mediocriter in hac uenatione fortuna tus sum o menon: siquidem vna: virtutem inuesti gans: examen quoddã virtutũ apud te habitantiũ repperi. Uerũtamẽ o menon ẽm hoc exemplũ exa minis / si me que sit apis ipsius substãtia percõtan te: multiplices illarũ esse substantias respõdisses / atq; ego iterũ te rogarẽ / nunquid ex hoc ais apu: substãtias eẽ diuersas / quo apes sunt? an alio quo pią? ueluti pulchritudine uł magnitudine aut alio quopia: huiusmodi / quid inq; sic interrogatus po tissimum responderes? ME: Quod inuicẽ eo quo apes sunt / minime differũt. SO: Et si ego post hec dicerem / quid ergo id est o menon / quo minime differunt: sed idez cũcte sunt: haberes ne quod mi hi responderes? ME: Haberẽ profecto. SO: Eadẽ itaq; ratione virtutes ẽ ẽ multe atq; uarie sunt / vnã tamen spẽm quandã in oibus eandẽ habent: qua virtutes existũt: in quã respicere decet eũ qui responsurus sit interroganti cuiq; quid virtus sit. Tenes ne quid dicã? ME: Intelligẽ mihi video: / nondũ tamẽ ut uellẽ quod quesitũ est: comprehendo. SO: Utrũ vo circa virtutẽ id solum o menon tibi vi detur / aliam quidẽ viri esse alia: mulieris: ꝛ aliã reli quoꝝ. An etiã circa sanitatẽ magnitudinẽq; ꝛ robur eodem modo / ut alia quidẽ viri sanitas sit / mulieris alia an potius eadẽ ubiq; sanitas spẽs est? Siquidez sanitas sit seu viro siue mulieri / siue alteri cuilibet adsit? ME: Eadem mihi sanitas ꝛ viri simul ꝛ mulie ris esse videt. SO: Nõne igitur siquidẽ robusta sit fe mina / eadẽ specie robozis robusta erit? cum vo eãdẽ dico qõ nihil differt qua robur ad hoc qõ robur sit intelligo / seu viro / siue mulieri insit. Nũ tibi differre aliqua ex parte videtur? ME: Minime. SO: Ergo ꝛ virtus ad id qõ virtus sit differret ne: seu iuuenẽ seu senem / siue virũ ornet siue feminã? ME: Mihi quidẽ o socrates hoc ceteroꝝ simile nequaq; esse videtur. SO: Nõne viri virtutẽ eẽ dixisti / recte rem. p. guber nare / mulieris vo domum? ME: Dixi equidem. SO CRA: An potest quisq; ciuitatẽ uel domũ aut aliqd aliud recte disponere / nisi tẽperate siue prudenter ac iuste disponat? ME: Nõ certe. SO: Nonne si tempa te iusteq; instituunt / tempantia iustitiaq; instituent? ME: Necesse est. SO: Utrisq; igitur tã vir ꝙ mulier indiget / si boni futuri sint / tempantia scilicet atq; iu stitia. ME: Apparet. SO: Quid vo puer ac senex oũ intempati ꝛ iniusti eẽnt / nu: boni existerẽt? ME: Ne quaq;. SO: At dum temperati ꝛ iusti? ME: Ita. SO CRA: Uniuersi igitur hoies eadẽ ratione boni fiũt / nam eozundẽ participatione boni semp efficiuntur? ME: Videtur. SO: Nunq; non eadẽ ratione boni fie rent / nisi eadẽ illoꝝ virtus esset? ME: Nunq;. SO CRA: Quoniã ergo eadẽ virtus est oĩu: / conare in memoriã reducere quid nã hoc esse gorgias dixerit / ac tu vna consenseris? ME: Quid nã aliud ꝙ preesse hoibus posse. Siquid vnũ in oibus exigis? SO: Req ro equidem attamen eadẽ ne puri ꝛ serui virtus erit o menon preesse posse dño / ac videt tibi ulterius ser uus esse dum impat? ME: Haud certe mihi videtur o socrates. SO: Neq; enim o optime vir id fas esset / sed hoc rursus cõsidera utrũ dominari posse aliquẽ putas / si iuste preesse adꝟciam⁹. Iniuste vo nequaq;. ME: Puto eqdẽ. Justitia enim virtus est. SO: Utrũ virtus o menon / an virtus quedaz? ME: Quo pacto id ais? SO: Quẽadmodu: de quouis alio ut ecce de rotunditate dicerẽ / eam figurã quandã esse non abso lute figuram. atq; ob eam causam ita loquerer: quia alie quoq; figure preter rotunditatẽ sunt. ME: Recte admodum inquis. Atqui ꝛ ipse non iustitiam tantũ / uerumetiã virtutes alias esse fateor. SO: At quas di cis alias explica obsecro: Equidez si me de alĳs figu ris interrogasses / utiq; respodisse: ergo ꝛ tu que sint alie virtutes / enarra. ME: Fortitudo / temperãtia / sa pientia / magnificẽtia: ceteresq; permulte. SO: Rursus in idem incidimus: Nam multas iterũ virtutes alio quodam pacto inuenimus. dum vnã inquireremus / vnam vo que per omnes diffunditur reperire nequi mus. MENON: Nondum queo o socrates ut ipse queris vnam in oibus virtutem / quẽadmodum in ce teris assequi. SO: Et iure quidem: at ego si modo po tuero / perducere nos conabor. Cognoscis ne sic in cunctis contingere: siquis a te petat idez qõ modo di cebam quid figura sit: ac tu ꝙ sit rotũditas rñderes /

454

455

ꝛ ille tibi que ꝛ ego inferret utrum rotũditas ſit figura: an figura quedã: an non illi diceres figuram quandam eſſe? ME: Prorſus. SO: Nonne ob id ꝙ alie quoq; figure ſunt? ME: Ita. SO: Quod ſi quales ille ſunt: querat: e ueſtigio reſpondebis? ME: Eqdẽ. SOCRA: Quinetiaꝫ ſi de colore ſimiliter/quid ſit querat/ꝛ tu ꝙ albedo ſit dicas: ac ille ſic deinde reſumat utrum albedo color ſit/an color aliquis/ inferres ne 456
colorem quẽdam ob hoc eſſe/ꝙ alĩ quoq; colores reperiantur? ME: Maxime. SO: Si iteruꝫ colores ceteros referre iuſſerit: narrabis utiq; ꝛ alios multos/ qui nihilo minus ꝙ albedo colores ſint? ME: Narrabo. SO: Si aũt ut ego nũc: ſermonez ille percurrat/ dicẽs ꝙ ſemper in multa declinarem⁹ qõ ille nequaq; fieri permittat/ſed poſtq; hec multa vno noie nuncupas/diciſq; nihil ex ĩs eſſe quin figura ſit/ q̃uis iſta inter ſe contraria ſint/ eſt autem hoc qõ non minus rotundum continet q̃ rectum/quam quidem figuraꝫ nominas ꝛ nihilo magis inquis rotũdum q̃ rectum figuraꝫ eſſe/an ſi dicis? ME: Sic plane. SO: Nunqd cum ita dicis/tunc nihil magis dicis rotũdum eſſe rotundum q̃ rectum/neq; rectuꝫ magis rectũ q̃ rotundum? ME: Non certe o ſocrates. SO: Uerũtamẽ aſſeris rotundum nihil magis figuram eſſe q̃ rectũ: neq; rectum magis q̃ rotundum? ME: Uera narras. SOCRA: Quid ergo id eſt/cui nomen hoc figura competit? declarare enitere: Si itaq; ſic percõtãti cuipiã de figura ſiue colore diceres: te nequaq̃ quid ipſe uelit cognoſcere/forte ille uehementer admiraretur ac diceret/an non intelligis ꝙ in ĩs omnibus idem quero? Uel non haberes o menon qõ diceres/ſiquis querat quid in rotũdo ſit ac recto ꝛ ceteris quas figuras appellas in omnib⁹ idem: explicare queſo id nitere/ ut hoc pacto reſponſionem ad queſtionẽ de virtute aliquam mediteris? ME: Nequaq̃/ſed ipſemet o ſocrates diſſere. SO: Uis ne tibi gratificer? ME: Divino. SO: Uoles ꝛ ipſe deinde virtutis queſtionem ſoluere? ME: Equidem. SO: Expediẽduꝫ iam eſt: decet enim. ME: Et maxime quidẽ. SO: Age experiamur/ quid figura ſit exprimere: ꝛ vide utrum iſtud admittas. Eſto itaq; id nobis figura/quod ſolum ex omnibus ſemper colorem ſequitur: Satis ne tibi hoc eſt? an forte aliud exigis? Ego enim ſat haberem/ſi mihi poſthac virtutem ipſam oſtẽderes. ME: At iſtud abſurdum quiddam eſt o ſocrates. SO: Quamobrez? ME: Quoniam figura ſm rationẽ tuam eſt/que ſemper colorem ſequitur: Si ergo colorem quis noſſe negaret/eodem modo quo circa figuraꝫ dubitãs/ quid illi potiſſimum reſponderes? SO: Uera equidẽ. Nã ſi qui rogat: ſapiẽtum aliquis ꝛ contẽtioſorum ac pugnantium ſit/reſponderẽ utiq; me dixiſſe: ꝙ ſi minus recte dixerim: ad te nunc attinet rationez ſumere/ac mea dicta refellere. Sinautem quẽadmodũ ego nũc ꝛ tu illi amici ſint/uelintq; inuicem diſputare: decet profecto mitius ꝛ magis dialectico more reſpõdere. Eſt autem dialecticus mos preſtãtior non modo uerum proferre: ſed ĩs illud rationibus approbare: quibus ꝛ ille qui rogat/plane ſe dinoſcere fateatur: hoc itaq; more nunc tecum in diſſerẽdo uti conabor. Dic ergo num finem appellas terminum quẽdaꝫ atq; extremum. hec enim omnia ueluti idem profero: forte vo prodicus ĩs tanq̃ differẽtibus uteretur. Tu autẽ nũ dicis terminari aliquid atq; finiri? nihil quippe diuerſum ĩs uerbis intelligo. ME: Dico ſane ꝛ qõ ais/intelligere arbitror. SO: Et planũ aliquid uocas ꝛ ſolidum aliud? cuiuſmodi que in geometria tractant? ME: Uoco equidẽ. SO: Jam igit quid figuram eſſe dicaꝫ/ex ĩs percipies: in omni quippe figura id aſſero: figuram eſſe id in qõ ſolidum deſinit. Atq; ut ſummatim dicam figuram appello ſolidi terminum. ME: Colorem vo quid uocas o ſocrates? SO: Procax nimium es o menon: homini iam ſeni onus imponis/ac reſpondere tibi iubes: ipſe autem memor quid gorgias virtutez eſſe dixerit/ definire minime vis? ME: At poſtq̃ id mihi declaraueris o ſocrates tibi illud referam. SO// CRA: Quanq̃ in imperãdo ſuperbior es q̃ decet at/gratificabor tamen/ac breuiter reſpõdebo. ME NON: Gratificare obſecro. SO: Uis ne tibi ſm gorgiam reſpondeam ſic maxime aſſentieris? ME NON: Quid ni uelim? SO: Nonne defluxus quidam ſm empedoclem a rebus manare dicuntur? ME: Et maxime quidem. SO: Ac pori: ideſt meatus in quos: ꝛ per quos etiaꝫ defluxus huiuſmodi manant? ME: Omnino. SO: Ex defluxibus autem quidam poris quibuſdam congruere/quidam minores aut maiores eſſe? ME: Sic eſt. SO: Nũquid ꝛ viſum aliquid uocas? ME: Uoco. SO: Ex ĩs igitur quid uelim accipe: ut ait pindarus. Eſt enim color defluxus quidam rerum viſui congruens atq; ſenſibilis. ME: Optime mihi o ſocrates reſpõdiſſe videris. SO: Forte enim tibi ut ſolitus es audire/nũc reſponſum eſt/ꝛ ſimul aduertis ꝙ ex hac reſpõſione facile etiã definire queas: quid ſapor: quid uox: quid odor ſit: ceteraq; huiuſmodi plurima? ME NON: Prorſus. SO: Atqui tragica o menon iſta reſpõſio eſt. Ideoq; tibi magis q̃ figure definitio placet. ME: Mihi vo. SO: At mihi quidez o alexidemi fili minime perſuadeo: eſt enim illa melior. forte etiam nec tibi iſta placebit: ut arbitror: niſi nunc quemadmoduꝫ ꝛ heri nobis obĩcias/te anteqũ perficiãtur myſteria/diſceſſurum/ſed permaneas atq; hic myſterĩs initieris? ME: At diu morarer o ſocrates/ modo huiuſmodi multa narrares. SO: Nihil utiq; pretermittam/quin talia quedam ꝛ tui ſimul ꝛ mei gratia dicam. Uerecor tamẽ ne minus poſſim huiuſmodi plurima dicere: Leterũ iam ad promiſſa ſeruanda nobis accingere: ac nobis communiter quid virtus ſit exprime: nec ut feciſti hactenus: deinceps vnũ in multa diſcerpas: quemadmoduꝫ dicaces aiunt/mordentes eos qui aliquid ſemper in multa diſpertiunt: ſed dimittens eam integram atq; ſanari/ dic tandem quid virtus ſit. exempla vo loquendi a me accepiſti. ME NON: Uidet mihi o ſocrates virtus eſſe/ ut poeta inquit/gaudere honeſtis ac poſſe. Atq; ego id ipſum virtutem uoco: honeſta quidem appetere: eaq; conſequi poſſe. SO: Num honeſta cupientẽ/ bona cupere dicis? ME: Omnino. SO: Nunquid ita loqueris: quaſi ſint nonnulli: qui bona cupiant/ quidam vo qui mala? ME: Immo. SO: Non oẽs igitur o optime vir bona tibi appetere videntur? ME: Mihi nequaq̃. SO: Quida itaq; mala? ME NON: Ita. SO: An ita dicis/quaſi que mala ſint/

bona esse opinentur: aut etiam noscentes q̄ mala sunt/nihilominus illa cupiant: ME: Utrunq; aio. SO: An censes aliquem cognoscentem mala q̄ mala sunt illa tñ appetere: ME: Arbitror. SO: Quid autem exoptare hunc dicis: num hec sibi adesse: ME: Adesse sane: naz quid aliud optet: SO: Utrū qui mala desiderat/mala esse cognoscens / iuuare illa cum adsunt/existimat: an vnūquodq; potius sua presentia ledere: ME: Sunt certe qui mala prodesse putēt nec desunt/qui obesse cognoscant. SO CRA: Uidentur tibi mala nosse q̄ mala sunt/qui mala prodesse cuiq̄ opinātur: ME: Haud sane id mihi videtur. SO: Ex ijs igitur patet eos nō appetere mala / qui illa minime nozint / sed illa potius: que bona esse putauerint: cum tamen mala sint: Quapropter ignorantes illa/bonaq; existimātes/ perspicuum est bona potius exoptare. An non: ME: Sic isti se habere vidētur. SO: At vo qui mala quidem affectant/ut ipse inquis / eaq; cuicunq; accidunt/obesse censent/noscunt ne q̄ illorum presentia ledentur: ME: Necessario sequitur. SO CRA: Quid vo lesos homines: nōne isti miseros esse/quatenus lesi sunt/opinātur: ME: Hoc quoq; necessarium. SO: Miseros autē nonne infelices: ME: Reor equidez. SO: Est ne aliquis: qui miser z infelix esse uelit: ME: Non videtur. SO: Nemo igitur mala vult siquidem talis esse minime uelit: Naz quid aliud est esse miserū/q̄ cupere mala in eaq; incurrere: ME: Uera loq̄ videris o socrates: nemo enim vult mala. SO: Nonne paulo ante dixisti virtutem esse bona uelle/ac posse: ME: Dixi equidem. SO: An non ex eo quod dictum est/uoluntas quidem ipsa omnibus adest / atq; hac ratione nullus alio melior: ME: Apparet. SO: Ergo siquidem est alius alio melior: nec id fm ipsam uoluntatem/sequitur ut fm ipsam potentiam sit melior: ME: Sequitur. SO: Secundum igitur rationē tuam hoc est virtus / bonorum comparandorum potestas: ME: Sic prorsus se habere videtur/ut nūc accipis. SO: Animaduertamus posthac/utrū id uere asseras nec ne: forte eniz bene loqueris: bona uendicare posse/virtutez esse dicis: ME: Istuc ipsum. SO: Bona vo nonne hec uocas/ceu sanitatem/diuitias/aurumq;: z argentum plurimuz possidere: honoribus preterea z magistratibus in re publica fungi: num alia quedam preter ista bona nuncupas: ME: Nequaq̄: sed omnia bona huiusmodi esse dico. SO: Ita aurum atq; argentum acquirere virtus est: ut inquit menon magni regis patrius hospes. Utrū vo addis huic lucro o menon: iuste ac sancte lucrari: an nihil interest/sed etsi iniuste quis ista possidet/nihilominus questuz huiusmodi virtutem uocas: ME: Nequaq̄ o socrates/ sed vitiū. SO: Omnino igitur ut videtur huic possessioni: iustitie: uel temperantie uel sanctitatis/aut alterius virtutis presentia opus est: Alioquin virtus minime erit: q̄uis bona sibi uēdicet. ME: Qui enim sine ijs virtus existat: SOCRA: At non cōparare aurum z argentum/quando minime iustū sit aut sibi aut alteri / neq; etiam virtus est hec egestas: ME: Uidetur. SO: Nihilo magis igitur horū bonorum copia virtus erit q̄ inopia. Ueruz ut videtur/quodcūq; cum iustitia sit/virtus est: quod aūt absq; illa eiusq; similibus: pranitas. MENON: Uidetur mihi necessarium esse quod dicis. SO: Nonne vnumquodq; horum paulo ante virtutis partem esse diximus iustitiam z temperantiam ceteraq; huius modi: ME: Diximus plane. SO: Siccine o menon me deludis: MENON: Quorsum hec o socrates: SO: Quoniam cum te orassem / ne amplius virtutē discerperes z exempla respondendi dedissem id tu neglexisti/dicens virtutem esse/bona cuz iustitia cōparare posse: iustitiam vo virtutis partem confessus es. ME: Sic est. SO: Nonne efficitur ex ijs que iam cōcessisti / virtutem esse agere cū parte virtutis quic quid agitur. Justitiam eniz z huiusmodi singula virtutis particulas confiteris. MENON: Quid tum: SO: Quia cum rogassem ut totam ipsam virtutem ostenderes/quid ipa sit: nullo modo explicuisti: oēm vo actionem quecunq; cum parte virtutis fit / virtutem esse dixisti: quasi quid tota virtus sit summatim predixeris: atq; ipse iam percepturus sim/si tu eam in particulas diuidas. Eadem igitur questio rursus o menon tibi subozitur: quid virtus sit: siquidem ois actio cum virtutis parte sit virtus. Id nanq; tunc dicitur/cum omnis actio/cum iustitia virtus esse definitur. An non eadem iterum questione opus esse vides: Num putas quempiam virtutis partez aliquā nosse/qui totius naturam minime nouerit: ME: Nō videtur. SO: Si enim memineris que in superiori bus de figura tibi respondi / reiecimus utiq; responsionem illam que per ea fit / quibus ulteriori proba tione opus est nec dum rata habentur: ME: Et merito quidem reiecimus. SO: Neq; tu igitur o vir optime/cum queritur: quid ipsa vniuersalis: ac tota sit virtus: fm partes eius respondens eam querētibus patefacies: neq; aliud quicq̄ dum eodem modo respondeas / sed rursus eadem interrogatione opus erit: quid nā virtus sit: qua supposita ista dicis. Nuz aliquid tibi dicere videor: ME: Mihi quidem probe loqui videris. SO: Responde itaq; iterum a principio: quid esse virtutem z tu z amicus ille tuus asseritis: ME: Audiueram equidem o socrates anteq̄ te alloquerer/officium tuum nihil aliud esse q̄ dubitare / z alijs scrupulos dubitationuz injicere. Et nūc quidem ut mihi videris me prestigijs / z ueneficijs incantationibusq; perturbas: adeo ut ambiguitatis sim plenus. Ac mihi videris omnino si tamen te iocando mozdere aliquantulum decet: q̄ simillimus esse tum forma tuz ceteris omnibus latissimo illi pisci marino qui stupor dicitur: ille siquidem hominem si bi propinquantem atq; tangentem/stupiduz reddit. Et tu quoq; nūc me stupefacis. Reuera enim z aium simul z os stupidum habeo: hesitoq; ne quid tibi respondeam inuenio: quanq̄ milies iaz de virtute pluribus z aduersus q̄plurimos disputaui: z ut mihi visus sum q̄ optime. At in presentia nec etiam quid ipsa sit virtus proferre ullo pacto ualeo. Itaq; caute tibi consuluisse te censeo / q̄ nunq̄ alio peregrinaris. Nam si aduena in aliena urbe hec ageres/utpote prestigiator quidā atq; ueneficus / supplicio forsi tan afficereris. SO: Callidus es o menon/ac ferme nunc me decepisti. ME: Quāobrem o socrates: SO CRA: Aduerti iam quam ob causam imitatione

Magnū ostitatē uno, deinde ostitat et alteri.

quadam me depinxisti.qua nam alia de causa/nisi ut ipse quoq; te contra depingam? Viri enim honesto habitu prediti cum effinguntur/delectari solent illis quippe conducit.honestoꝝ enim honeste sunt ꝛ imagines. At ego personam tuam minime effingã.Equidez si piscis ille stupidus ipse alios reddit stupidos/ei sum persimilis:secus autem minime. Neq; ipse fecundus/ceteros titubare cõpello:sed maxime oium ego dubitans/dubitare quoq; alios facio.Etenim in presentia/quid virtus sit/haud certe noui. tu tamen forte priusq; mihi occurreres/noueras:nunc vo ignoranti mihi assimilis euasisti.Veruntamen vna tecuz discutere hoc institui: quidue sit virtus inuestigare. ME: At quo tramite id inuestigabis o socrates? qõ quidem omnino quid sit ignoras? Quale enim tibi proponens id quod ignoras inquirẽs? Aut etiam si in illud incidas/quo naz signo id quod ignoraueras esse illud agnosces? SO: Intelligo quid uelis o men non. At tu animaduertis ne q̃ litigiosaz argumentationem in mediũ adduxisti:q̃ videlicet homo neq; quod noscit/neq; quod ignorat inquirit. Nam si noscit nulla inquisitione opus est.Sed neq; quod nescit inuestigat:non enim nouit quid querat.ME: Nonne recte induci o socrates hanc rationẽ existimas? SOCRA: Nequaq̃.ME: Potes dicere cur tibi nõ placeat? SO: Possum: Id enim a viris ac mulieribus diuinarũ rerũ peritis quandoq; percepi.ME:Quis istoruz sermo? SO:Verus:ut mihi videt atq; preclarus. ME: Quis inq̃ iste? ꝛ qui nam testantur? SOCRA: Qui hoc asserunt:religiosi viri sunt/ac religiose etiam mulieres quibuscunq; cura extitit ut eorum que profitent rationẽ reddere possent. Tradit preterea pindarus/ꝛ quicũq; ex poetis diuini sũt/talia quedam:que aduerte queso/num uera tibi videãtur:ferunt enim hominis animum immortalem esse: eũq; tũ decedere/quod quidem mori uocant/tuz iterum redire/interire vo nunq̃.Quam ob causam vitam q̃ sanctissime agere monent. Quicunq; eniz penas antique miserie proserpine iaz dederunt/ꝝ illa ad supernum solem nono anno rursus animam reddit. Quousq; in reges gloria celeritate sapientiaq; prestantes euadant:Reliquum autem tempus sancti heroes inter homines uocantur.Cum ergo animus immortalis sit / ac sepius in hanc vitam redierit/viderit; persepe ꝛ que in hac: ꝛ que in alia vita sunt: omniaq; perceperit/nihil utiq; restat/quin ipse didicerit:Quamobrem nihil mirum est/si eorum que ad virtutez ꝛ ad alia pertinent/reminisci possit:quippe cum olim illa cognouerit.Cum enim tota natura cognata sit/ac sibimet cõsona / ꝛ animus cuncta didicerit/nihil prohibet hominem vnius cuiusdam reminiscentem/quam disciplinaz uocant/reliqua omnia recuperare:siquis adeo fortis sit/ut querendo minime fatigetur.Querere igitur ac discere reminiscẽtia est. Quapropter litigiose illi argumentationi nequaq̃ credere decet:pigros enim nos quodãmodo redderet.Ea quoq; mollioribus hominiꝫ mirifice placet. Ratio autem nostra solertes rerum inuestigatores efficit:qua ipse utpote uera fretus / vna tecum quid sit virtꝰ/perscrutari desidero.ME: Immo o socrates/sed num absolute id asseris nos minime discere:quã vo disciplinam uocamus reminiscentiaz esse? potes ne hoc ita esse me docere? SO: In superioribus quoq; o menon te callidũ esse dixi.Et nunc rogas utrum docere te possim:cum ante nullaz esse disciplinam/sed reminiscentiã asseruerim:ut e uestigio mihipsi repugnare videar.ME: Per iouem o socrates nõ hoc animo/sed potius cõsuetudine quadaz ita locutus sum.Quod siqua ratione illud mihi ostendere potes/ostende obsecro. SO: Haud quaq̃ facile est:tui tamẽ gratia explicare conabor Verum huc ad me vnum aliquem istoruz qui te sequũtur/accerse:ut in eo demonstrationem hãc experiamur.ME: Libenter:heus tu huc aduẽta.SOCRATES: Grecus ne est? ꝛ grece loquitur? MENON: Et grecus est:ꝛ in domo mea genitus atq; educatus.SO: Attende igitur num illi memoriem: an doceam?ME: Attendam certe. SO: Dic age o puer cognoscis ne tale hoc spatium quadrangulum esse? PV: Equidẽ. SO: Habet ne quadrangulus has oẽs quatuor lineas equales? PV: Habet. SO: An non ꝛ istas que per mediuz protrahunt / equales habet? PV: Et istas. SO: Nonne ꝛ maior ꝛ minor eẽ põt? PV: Põt. SO: Si ergo sit hoc latus duoꝝ pedũ/ꝛ istud quoq; duorũ/quot pediz totum ipsum erit? Sic autẽ considera:si latus hoc duorum esset pediz/illud vo vnius/esset ne pluſq̃ semel duorum pedum hoc spatium? PV: Semel. SO: Quoniã vo alterũ quoq; latꝰ duoꝝ pedũ est/num aliud q̃ bis duoꝝ pedũ fit? PV: Istuc ipm. SO: Duoꝝ ergo bis pedum efficitur? PV: Ita. SO: Quot nam sunt bis duo pedes? cõputa. PVER: Quatuor. SO: An non fieri posset spatiũ aliud ad hoc duplum/habens similiter omnes equales lineas quemadmodũ istud habere vides? PVER: Prorsus. SO: Quot pediz erit? PV: Octo. SO: Age iam conare mihi dicere/qualis est quelibet illius linea huiꝰ siqdem duorum pedũ:linea vo illius dupli/qualis? PV: Patet o socrates esse duplam. SO: Cernis o menon me nihil ex ijs docere/sed singula potius interrogare? Et nũc iste nosse se putat / qualis ea sit a qua spatiũ octo pedum conficitur. An nõ tibi videtur? ME: Mihi quidẽ. SO: Nouit igitur? ME: Minime. SO: Putat aũt a dupla? ME: Ita. SO: Aspice deinceps hunc per ordinem ut oportet reminiscentem. Tu autem dic ammabo a dupla linea duplum spatium nasci fateris? tale profecto dico/quod non hac longum illa breue/sed equale vndiq; quemadmodũ istud / duplum vo istius octo pedum/sed inspice an tibi adhuc a dupla fieri videatur? PV: Mihi plane. SOCRA: Nonne huius dupla hec fit/si aliam equalem hinc adijciamus? PV: Prorsus. SO: Ab hac fore dicis octo pedum spatium? siquidẽ quatuor huic equales efficiantur? PV: Aio. SO: Describamus iterum igitur ab hac equales quatuor/aliud ne q̃ quod octo pedũ uocas/suboriet? PV: Hoc ipsum. SO: Nonne in ipso sunt hec quatuor/quorũ quodlibet isti quadrupedi equale est? PV: Certe. SO: Quantum itaq; fit? an nõ quater tantum? PV: Quid ni? SO: Num dupluz est id quod quater tantum? PV: Non per iouem. SO: At quotu plũ? PV: Quaduplum. SO: A dupla ergo o puer põ duplum/sed quaduplum spatiuz procreatur?



PVER: Vera loqueris. SO: Quater enim quatuor sex et decē cōplent: nōne? PVER: Sic est. SOCRA: Octo pedum autem spatium a qua linea? nōne ab hac quadruplum? PV: Fateor. SO: Quartus vō istud ab hac dimidia. PV: Ita. SO: Age igitur octo pedum nonne huius duplus est: illius vō dimidium? PV: Immo. SO: An nō erit ergo a maiori linea q̄ hec tanta et a minori q̄ illa tanta? PVER: Mihi quidem videt. SO: Sic utiq; recte loqueris: qō enim tibi videt. id respōde: ac mihi dicas. hec ne duorum pedus/illa quatuor? PV: Ita. SO: Oportet itaq; octo pedum spatiū lineas maiorem esse linea spatiū bipedalis/minorē vō quadrupedalis linea? PVER: Oportet. SO: Annitere ut nobis qualis sit dicas. PV: Tripedalis. SO: Nonne si tripedalis est dimidius hui⁹ assumem⁹ eritq; tripedalis. Duo nanq; ii/is autem vnus. et hinc eodem modo/duo quidem isti: iste autez vnus: fitq; hoc quod ais spatiū? PV: Ita. SO: Nonne si hec trium est et illa trium totum utiq; spatium ter triū pedus conficitur? PV: Apparet. SO: Ter vō tres/quot pedes sunt? PV: Nouem. SO: Duplum autē quot pedū eē supra oportuit? PV: Octo. SO: Nō ergo a tripedali spatium octo pedū exoritur? PVER: Non profecto. SO: A quali igitur conare nobis liquido exprimere. q̄ nisi numerare uelis/saltē a quali demonstra. PV: Per iouem o socrates haud noui. SO: Aduertis iterum o menon quantum hic ad reminiscendum proficiat. Nā ab ipso principio disputandi nequaq̄ nouerat/que sit octo pedum spatiū linea? quemadmodum nec in presentia noscit: uerum tunc se nosse illam opinabatur/et audacter nimium quasi sciens respondebat: nec deesse sibi quicq̄ putabat/nunc autem egere se iaz existimat/et ut ignorat/sic se ignorare fatet? ME: Vera dicis. SO: Nonne melius nūc ad id quod ignorat/affectus est? MENON: Hoc quoq; arbitror. SO: Cum ergo ambigere ipsum compulerim et piscis illius more stupidum fecerim/num aliquid obfuit? ME: Non ut mihi videtur. SO: Operepretium itaq; fecimus ad ueritatem inueniendā: nūc enim utpote ignorantie sue conscius libēter et spōte perquirere. At tūc sine cōtrouersia et sepe et ad uersus q̄ plurimos loqui se recte arbitrabat: dum spatiū duplū/duplam longitudine lineam habere oportere profiteretur? ME: Videtur. SO: Num cē ses ipsum studuisse vnq̄ id uel inuenire uel discere quod cū ignoraret/nosse rebatur? priusq̄ in hanc ambiguitatem incideret: qua et suam ingnorantiaz re deprehendit/ et scientiam appetere cepit? MENON: Nequaq̄ o socrates. SO: Profuit igitur sibi stupor eiusmodi? ME: Videtur. SO: Considera itaq; ex hac ambiguitate q̄ iste vna mecum inuestigās nihil me docēte: sed potius interrogante reperiet. Obserua obsecro diligenter nuz vnq̄ docere hunc ac demōstrare illi quicq̄ videar potius q̄ eiusmodi opiniones singulas scisitari: Tu enim dic hoc ne spatiuz quadrupedale est. Intellextin? PV: Equidem. SO: Num et hoc aliud equale isti apponere licet? PV: Licet. SOCRA: Et tertium istud utriq; istorū equale? PV: Et istud? SO: Nonne hoc qō in angulo est complere licet? PV: Prorsus. SO: Hec inde equalia spatia quatuor nascentur? PVER: Ita. SO: Totum igitur hoc quotuplum ad istud efficitur? PV: Quadruplum. SO: Oportebat autem duplum nobis contingere/num recordaris? PV: Maxime. SOCRA: Nōne hec linea ab angulo in angulum aliquem porrecta/in duo utrunq; spatium diuidit? PV: Ita. SOCRA: Ergo quatuor hec linee equales fiunt/id spatiū comprehendentes? PVER: Fiunt. SO: Considera itaq; quale est id spatiū. PV: Haud intelligo. SO: Nōne cū hec quatuor sint/dimidium cuiusq; linea queq; secat intrinsecus? PVER: Secat. SO: Quot igitur tanta in hoc sunt? PVER: Quatuor. SO: Quot autem in isto? PV: Duo. SO: At quatuor ad duo quotupla sūt? PV: Dupla. SO: Hoc itaq; quot pedum fit? PV: Octo. SO: A qua potissimum linea? PV: Ab hac. SO: Ab ea neq; quatuor pedum est? ab angulo protracta in angulū? PV: Ita. SO: Hanc vō diametrū sophiste nūcupāt: et si huic nomen est diameter/a diametro ut ipse ais o puer/duplum spatiuz nasceretur? PV: Prorsus o socrates. SO: Quid tibi me non videtur? respondit ne iste vnq̄ ex alterius q̄ suiipsius opinione? MENON: Hunq̄/sed ex propria semper. SOCRATES: Veruntamen haud nouit/ ut paulo ante confessi sumus. ME: Vera loqueris. SO: Inerant igitur huic opiniones huiusmodi? ME: Inerant. SO: Huic igitur ignoranti opiniones de ijs que ignorat ucre insunt. ME: Apparet. SO: Nūc igitur isti opiniones tales quasi per somniuz suscitate sunt q̄ siquis interroget hunc talia quedam sepe et multa/certo scias hūc ista/siquis alius nouit/perfecte sciturum. ME: Videtur. SO: Nonne ergo nemine prorsus docēte/sed interrogante potius ista sciet/ex seipso scientiam ad se reuocans? ME: Sic est. SO: Resumere vō scientiam in seipso/an nō reminisci dicitur? ME: Prorsus. SOCRA: At vō scientiam quam iste nunc habet/aut accepit aliquādo/aut semper habuit? ME: Verum. SOCRA: Et si habuit semper/sciens semper extitit. sin quandoq; percepit/hac in vita nequaq̄: nemo enim hunc geometrica docuit/cū in ceteris omnibus que cunq; uel ad geometriaz uel ad alias disciplinas pertinent/ hec eadem sit facturus. Est ne aliquis a quo iste cūcta didicerit? Verisimile est te illū cognoscere/ presertim cum penes te et natus et nutritus fuerit. ME: Noui equidē hūc neminem docuisse. SO: Has ne opiniones habet? ME: Necessarium o socrates id apparet. SO: Sinautez utpote in presenti vita minime adeptus/haud nouit/patet eum in alio quodam tempore habuisse atq; didicisse? ME. Apparet. SOCRA: An nō tempus iam fuit/cum nondum homo hic erat? ME: Istuc ipsum. SO: Ergo si quando tempus sit in quo homo non sit/ inerunt tamen ipsi opiniones uere: que sciscitando expergefacte/ scientie fiunt certe per omne tempus: hec hominis animus sciet. nam omne per tēpus aut est aut non est homo? ME: Videtur. SO: Nonne igitur si semper rerū oiuz ueritas in animo est/ immortalis extitit? Quamobrem audacter et magna cū spe oportet/que in presentia minime scimus/ hoc est minime recordamur/ut reminiscamur inq̄rere. ME: Bene mihi nescio quo modo o socrates loqui videris. SOCRA: Mihi quoq; o menon: Atq; cetera nō admodū disputādo

assẽuerarem.q̃ autẽ ōum putamus que quis igno
rat:esse querenda/potiores efficatioresq̃ / ac minus
pigri sumus/q̃ si ignota nec inuestiganda esse nec in
ueniri posse arbitraremur / de hoc inq̃ siquo modo
possem ꝛ uerbis ꝛ opere decertarẽ.ME: Hoc quoq̃
recte dicẽ videris o socrates . SOCRA : Vis ne igi
tur postq̃ confessi sumus ignota perscrutari licere /
quid virtus sit/cõmuniter inuestigemus:ME : Quã
maxime:gratius tamẽ mihi esset audire prius/quod
in principio disputationis interrogaui/utrum virtu
ti incumbẽdum sit/quasi per doctrinam percipi pos
sit/uel natura potius insit uel alio quopiaz pacto ho
minibus adsit.SO : Atqui si tibi o menon quẽadmo
dum mihiipsi imperarem/haud prius utrum docea
tur nec ne:virtus perscrutaremur /q̃ quid ipsa sit in
dagassemus:postq̃ vo nec tu te tibi dominari contẽ
dis ut liber viuas/ac me ut tuo arbitratu respondeã
obsecras/iam utiq̃ respondebo.Videtur igitur con
siderandum esse quale sit qõ nonduz quid est cogno
uimus. Attamen paulisper a proposito tuo declina :
idq̃ ex suppositione considerare permitte/utruz do
ctrina uel alio pacto virtus possideatur:Ex supposi
tione autem sic dico/quemadmodum geometre sepe
discutiunt:postq̃ illos quispiam interrogauit/ueluti
an possit in hunc circulum trigonus hic extendi:ubi
quis dixerit nondũ se nosse an hoc huiusmodi sit ue
rum suppositionem aliquã talem conducere.Si eniz
est hoc spatium tale/ut ad positam eius lineã proten
dens ab eo deficiat quale ipsum protensum est/aliud
quiddam euenturum puto ꝛ aliud item / si talia que
dam pati nequeat / per suppositionem ergo disputa
re decreui de ijs que contingunt circa productionem
illius in circuluz/an fieri possit nec ne . Sic ꝛ nos de
virtute/quoniam nec quid nec quale sit nouimus sup
ponentes hoc/utrum doceri possit/in hunc modum
queramus.Si virtus est aliquid eorum que circa ani
mum uersantur/aut doceri poterit aut non . Primi
pio enim si aliud est q̃ scientia / num doceri poterit :
uel potius : ut modo diximus memoria reuocari:ni
hil referat apud nos utro nomine utamur:an doceri
poterit :' Vel id oibus manifestũ/q̃ preter scientiã ni
hil homo doceꝫ.ME:Mihi sane videꝫ.SO:Sinaũt
scia quedã virtus est/doctrina percipiꝫ . ME:Quid
ni:'SO:Hoc ergo q̃ primũ expediꝫ:nã si talis sit/do
ceꝫ:aliter vo nequaq̃:'ME : Prorsus.SO:Posthac
inuestigãdũ cẽseo utrũ virtus scia:aut aliud quiddaz
sit:'ME:Mihi quoq̃ idẽ querẽdũ eẽ videꝫ.SO : An
virtutẽ aliud q̃ bonũ eẽ dicim⁹:'ꝛ hec nobis positio
stabilis permanet/virtutez.s.esse bonũ:'ME : Valde.
SO:Siqdẽ est aliqõ seorsum a scia bonum/nõne vir
tus forsitã scia nulla erit:'sinautẽ nullũ bonũ est quin
scia cõprehẽdaꝫ/sciam esse virtutẽ suspicantes/recte
utiq̃ suspicabimur:'ME : Sunt hec uera.SO:Quin
etiã vtute boni sum⁹:'ME:Sum⁹.SO : Et si boni uti
les/oia quippe bona utilia:'ME : Sic est.SO : Ergo
ꝛ virt⁹ utile quiddã:'ME:Ex ijs que pfessi sumus/ne
cessario sequiꝫ.SO:Cõsideremus rursus in singulis
qualia sint/que nobis pſunt : sanitas ne ꝛ robur/ for
maq̃ atq̃ diuitie ceteraq̃ huiusmodi cõferre dicun
tur:'ME: Ita.SO:Eadez hec aliqñ nocere fatemur .
An tu aliter sentis:'ME : Sic certe sentio.SO:Vide
itaq̃ quo ducẽte hec obsint/quoue prosint:nõne cuz



rectus usus pest/iuuãt/cõtra vo nocẽt:'ME:Pro
sus.SO : Preterea que circa aiũm uersant cõside
remus.Tẽperantiã aliqd uocas ꝛ iustitiã ꝛ fortitu
dinẽ / docilitatẽq̃ ꝛ memoriã ꝛ magnificẽtiã ꝛ hu
iusmodi reliqua:'ME:Equidem.SO:Aduerte que
so quecũq̃ ex ijs scie nequaq̃ esse videnꝫ/sed aliõ
quiddã preter sciaz/nõne interdũ iuuãt/aliquãdo
ledunt:'ueluti fortitudo remota prudẽtia : num for
titudo aliud est q̃ audacia quedã/ ꝛ quãdo cuz ra
tione vir audet/iuuatur:cũ absq̃ ratione leditur:'
ME:Sic est.SO:Tempantia quoq̃ ꝛ docilitas eo
dem modo/cũ ratione quidẽ percepta atq̃ cõdita
emolumẽto sunt:cõtra aũt detrimẽto:'ME:Quam
maxime.SO:Ut ergo sũmatim dicã/oẽs aie impe
tus atq̃ oẽs declinationes ducẽte prudẽtia ad bea
titudinẽ tẽdũt:imprudẽtia vo ad cõtrariũ:'ME:Vi
detur.SO:Quapropter si virtus aliqd est eorum
que consistũt in animo necessarioq̃ utilis est / pru
dentiam hanc esse oportet:quippe cuz omnia que
sunt circa animũ ipsa quidẽ fm seipsa nec conferẽ
tia neq̃ noxia sint . Adiuncta vo prudentia uel im
prudẽtia statim aut utilia aut noxia fiant.hac itaq̃
rõne virtutẽ cũ maxime oium conferat/prudentiã
quãdam esse concludiꝫ:'ME:Mihi sane videtur.
SO : Quinetiã in aljs que modo dicebamus:opu
lentiã atq̃ similia tũ utilia esse tũ noxia:nonne quẽ
admodũ prudẽtia ceteris animi viribus ꝛ officijs
presidẽs/utilia reddit:imprudẽtia vo cõtraria/sic
ꝛ illis aius recte utẽs atq̃ ducẽs bona efficit/nõ re
cte aũt mala:'ME:Prorsus.SO:Recte autẽ ducit
aius prudens/imprudẽs aberrat:'ME:Sũt hec ue
ra.SO : Quamobrẽ omnino asserẽdum est cetera
quidẽ humana oia referri ad animũ / ꝛ que in aio
sunt/ad prudentiã/si modo bona futura sunt:eaq̃
ratione prudentia ipsum cõferens erit/virtutẽ vo
pferre predixim⁹:' ME:Omnino.SO:Ergo pru
dentiã virtutẽ aut vniuersam / aut partẽ aliquã cõ
fitemur:'ME: Recte mihi hec omnia dici videtur.
SO:Nonne si hec ita se habent haud natura boni
hoies erunt:'ME:Haud mihi videnꝫ.SO:Id pre
terea contingeret/si natura boni fierent: Adessent
profecto nobis qui filios nostros natura bonos di
noscerent/eosq̃ nos illorũ inditijs seligentes/in ar
ce quadam conseruaremus : illos multo magis q̃
aurum obsignãtes / ne quis corrũperet:sed postq̃
adoleuerint/utiles essent in rẽ publicaz ciues:'ME
NON:Cõsentaneũ hoc o socrates.SO:Cum vo
natura boni minime sint:num forsitan disciplina :'
ME:Necessariũ id apparet. Ac fm positionez no
stram sequiꝫ/ut si scientia virtus est/doctrina perci
piatur.SO:Forte per iouẽ / uereor tamen ne id te
mere confessi fuerimus.ME:In superioribus pla
ne id recte dici visum est.SO : At non in preterito
solum/sed in presenti etiam ꝛ futuro tempore tale
videri debet/siquid in eo sinceri futurum est:'ME
NON:Quid nam impedimẽti est:'ad quid potis
simum respiciẽs suspicaris ac diffidis/ne forte vir
tus sciẽtia minime sit:'SO:Dicã tibi o menon:vir
tutem quidẽ doceri posse/siquidem sciẽtia est / ne
quaq̃ reijcio/quasi minus recte sit dictum.Quod
vo scientia sit/vide an iure diffidã:Age id mihi re
sponde.Siquid doceri potest : nõ de virtute solũ:
sed de

sed de quolibet alio loquor/an nō illius p̄cepto
res discipulosq; eē aliquos necesse est:ME:Ni/
hi quidē videt.SO: At cōtra cuius nec doctores
extāt:nec auditores si id doceri nō posse conjēcia
mus/nōne ꝓbabiliter ꝓiectabimus:ME:Sic est:
sed num virtutis p̄ceptores nullos esse censes:
SO:Sepenumero si quis hui⁹ magistri eēnt:omni
studio inuestigaui:nec unq; iuenī:ꝛ si vna cū cete
ris plurib⁹/atq; ijs ut videbat/huius facultatis
pitis id quesiui. Et nūc quidē opportune o menon
iste iuxta nos assedit:quē inqsitionis huius parti
cipē faciamus. Ac merito ad id sociū adhibebi
mus: hic enim primū diuite ꝛ sapiente patre an
themione nat⁹ est: qui ꝓfecto nō casu quodā aut
alicui⁹ largitione opulēt⁹ euasit/quēadmodū nu
per theban⁹ ismenias polycratis pecunias nact⁹
sed prudētia ꝓpria atq; vigilantia lucrat⁹ est:pre
terea nec supb⁹ ciuis neq; inflat⁹ aut difficilis/ue
rū modestus ꝛ frugi facilisq; vir extitit. Deinde
hūc bene educauit eruditumq;: cuius rei testis est
ois atheniēsis populus/qui eū ad summos eligit
magistrat⁹.par est vna cum huiusmodi viris/an
sint aliqui virtutis magistri/ꝛ qui sint/passim ue
stigare. Ergo age o anite/quere mecū/vnaq; cū
hospite tuo menone/qui nā huius rei p̄ceptores
sint:ꝛ in hūc modū cōsidera.si uellemus menonē
hūc optimū fieri medicū/ad quos potissimū do
ctores ꝓducerem⁹:nōne ad medicos:ANI:p̄or
sus. SO: Et si cerdonē optimū euadē cupemus/
an non ad cerdones:ANI:Ita. SO:Et in alijs
eodē modo. ANI:Dino.SO:Sic iterum de me
dicis mihi dicas/cū diximus mittēdū hūc eē ad
medicos si medicū fore uelimus/an nō id sentie
bam⁹/ut sisti debeat apud eos dūtaxat: qui artē
illā ꝓfitētur/ac mercedē p̄o ea palā ab auditori
bus capiūt nōne hui⁹ ratio hūda est:si modo illā
prudenter locaturi simus:ANI:Sic est.SO:Et
de tibiarū sono ac ceteris oibus similiter iudicā
dū. Neq; enīz mediocris inscitia eēt/oū studere/
mus quēpiā tibicinē fieri/cōmēdare ijs nolle qui
facultatē hanc pollicent/mercedēq; reportāt/sed
hoc onus illis imponere/qui nec doctrinā sibi uē
dicāt:nec est apud illos ullus in hac arte discipu
lus:qua instrui hūc quē mittimus desideramus.
An non ꝓcul a rōne id eēt:ANI:Per iouē non
modo absq; ratione/uerūetiā demētia quedam.
SO: Probe loqueris:Nūc itaq; licet tibi coīter
vna mecū de hoc hospite tuo menone delibera
re:hic enīz o anite iāpridē mihi dixit se hāc sapi
entiā virtutēq; appetē:qua hoies ciuitates ꝛ do/
mos recte gubnāt/filiosq; suos q̄ optime educāt:
ac ciues ꝛ hospites tū admittē tū dimittē sciunt:
ut bono viro dignū est: meditare igit ad quē po
tissimū huius cōparāde virtutis gratia hūc mit
tere deceat. An ex his que modo diximus patet:
cōmittendū his esse qui se docturos talia pollicē
tur:seq; palam cuiq; grecoꝝ discere uolēti semp
exponūt: huius discipline ꝓscriptū p̄ciū capiē
tes. ANI:At quos dicis o socrates:SO: Nosti
quodāmodo ꝛ ipse hos esse/qui publice sophiste
uocant. ANI:Hercle bona uerba queso o socra/
tes. Nullus cognatoꝝ uel familiariū uel amicoꝝ
aut ciuiū aut hospitū in tātā insaniā incidat/ut istis
adherēs/inde perdat:eoꝝ quippe cōsuetudo mani
festa illoꝝ qui eos sectant:pestis est.SO: Cur ita di
cis anite: num ij qui soli ex omni hoium genere p̄o
desse hoibus p̄fitētur/tāto ceteris deteriores sūt/
ut nō modo nō iuuent quēadmodū alij:qō ipsis tra
ditū sit/uerū cōtra corrūpant:atq; huius gratia vul
go mercedē exigāt:Equidē nō video qua rōne fidē
tibi adhibeā. Noui enim virū vnum protagorā qui
plures ob hāc sapientiā pecunias cumulauit quam
aut phidias ille cuius tam perspicua pulchraq; opa
extāt:aut decē alij sculptores lucrati fuerint. ANI/
TVS:Atqui absurdū eēt/si qui calceos ueteres cō
suūt/uestesq; resarciūt/latere nō possent dies trigin
ta/deteriores reddentes q̄ accepint. SO:Ceterū si
talia facerēt/breui fame perirēt:protagoras aūt vni
uersā greciā annos plus q̄ quadraginta decepit/dū
familiares puerteret:deteriores q; redderet q̄ acce
pisset. Nā reor illū vita decessisse natū annos pene
septuaginta:quadraginta uero in hac arte uersatū.
Ac per omne illud tēpus usq; in hāc diē clarus exti
tit:neq; protagoras tātū/sed alij quoq; pmulti/par/
tim priores illo/partim etiā nūc vitā agētes. Utrum
fm orationē tuā dicemus eos cōscios decipe atq; le
dere iuuenes/an seipsos quoq; latere/ꝛ isanos hoc
pacto illos esse/qui a nōnullis oium sapiētissimi iu/
dicant:ANI:Longe abest ut insanire dicant o so/
crates:sed multo magis iuuenes qui illis argētū tra
dūt. Atq; his etiā deteriores sunt/siqui illos quoꝝ
ad se cura pertinet/ijs cōmittant. Omniū postremo
insanissime sunt res.p.que illos excipiūt/neq; expel
lūt/siue quis aduena seu ciuis hoc opus aggrediat.
SO: Num aliq̄s te sophistarū o anite iniuria vnq;
affecit:uel quid illis ita succēses:ANI:Nulla mi/
hi unq; cū aliquo illoꝝ ꝓsuetudo fuit:neq; meoꝝ ali
quē illis uti pmitterē.SO: Nunq; ergo illoꝝ mores
exptus es. ANI: Neq; sim quid tum:SO:Qua nā
rōne dinosces bonū ne an malū sit/cuius nullū feci
sti periculum:ANI:Liquido istos noui quales sunt
siue exptus sim/siue nō. SO:Vates forsitā es o ani/
te:hoc enim te alia rōne nouisse ex ijs que modo di
xisti:admodū admirarer. Verū non eos querimus/
ad quos perfectus menon inficiatur/hi nanq; si vis
sophiste sint: Sed opem patrio feras amico ostēde
illi cui natura adherēs eoꝝ qui tam amplā urbē co
lūt/eā quā narrauim⁹ virtutē adipiscet. ANI:Cur
ipse non indicas:SO:At quos ego magistros existi
mauerā/in mediū iam ꝓduxi:uerū fm rōnem tuam
nihil oīno profeci. Ac forte uera loqueris. Itaq; tu
quoq; iam partē tuā huius muneris exple. Ostende
ad quē atheniēsium ꝓficiscat.ꝓfer cuiusuis nomen.
ANI:Quid opus est hominis vnius nomen audi/
re:quēcūq; atheniēsiū nact⁹ fuerit ex bonis clariscq;
hoib⁹/melior illi⁹ familiaritate/si modo paruerit/
euadet/q̄ cōsuetudine sophistarū. SO:Utrū uero ij
preclari boniq; viri ex seipsis nullo instituēte tales
effecti sunt/eaq; tū docere alios possunt:ꝛ ipsi a nul
lo didicerint. ANI:A seniorib⁹ viris preclaris atq;
bonis percepisse arbitror:An nō tibi videnī in hac
ciuitate multi insignes ꝛ optimi homines extitisse:
SO:Mihi quidem o anite esse hic viros ciuilis ad
ministrationis ꝓtos/nec pauciores olim fuisse videt

dignū. AL: At id quidē cogito. SO: Quā dignū est: ut sat tibi factum putes si sis tuoꝝ militum prestātissimus: non autē respicias ad hostium duces/qua ratione illis excellas: coniectans ad eos semper/ꝛ contra illos te munies: ALCI: Quos dicis o socrates? SOCRA: Nostin urbem nostram cum lacedemonijs/ac magno persarum rege vndiqꝝ bellum gere// re? ALCIBIA: Vera dicis. SOCRA: Nōne cum habeas in animo huius ciuitatis dux fieri/recte senties/si putaueris aduersus lacedemoniorum persarūqꝝ reges certamen te subiturū? ALCIBIA: Vera dicere videris. SOCRA: Non o bone vir/sed admidiā coturnicū nutritorē te decet inspicere/ꝛ alios huiusmodi qui ciuilia tractare similiter aggrediunt: adhuc seruiles ut mulieres dicerēt: hostes in aio pilos ob rusticā impitiā/necdū illos abijcientes/uerū adhuc barbariē redolētes: atqꝝ ita affecti prodeūt adulaturi ciuitati/nō aūt imparaturi. Ad istos inq̄ intueri te decet: ac teipsum negligere neqꝝ discere que cūqꝝ ad eruditionē ptinēt. cū sis tātū certamē aditurus. neqꝝ te in quib⁹ oportet exercere: ꝛ que sunt prepārāda parare atqꝝ ita institutū ciuilē administrationē capessere. AL: O socrates uera mihi dicere videris. Arbitror tn lacedemoniorꝝ duces regēqꝝ persarum nihilo ab alijs discrepare. SO: At o vir optime aīaduerte queso: qualis hec sit opinio tua. AL// CI: Qua in re? SO: Num existimas teipsuꝫ diligentius curaturū si illos formidaueris: potētesqꝝ censueris: An si minime eos timueris? AL: Si potentes illos existimauero. SO: An cēses tuūipsius curā in aliquo tibi posse nocere? AL: Nullo modo: at contra/maxime iuuare. SO: Unū quidē hoc in primis tātū malum ista tua opinio cōtinet. AL: Vera dicis. SOCRA: Secūdum vo q̄ falsa est atqꝝ id ex uerisimilibus aduerte. AL: Quomodo? SO: Utrū cōsentaneum sit meliores esse nās in nobili genere q̄ ignobili? AL: Manifestū q̄ in generoso. SO: Nōne bene nati/si bene etiā nutriātur/ita demuꝫ ad virtutē peruenīūt? AL: Necesse est. SO: Consideremus itaqꝝ illis nostra cōparātes: primū quidē utrū lacedemoniorū persarūqꝝ reges ignobiliori q̄ nos genere orti videantur. An ignoram⁹ illos quidē ab hercule: hos aūt ab achemene gen⁹ ducere? herculis autē ꝛ achemenis origo in persem iouis filium reducit. AL: Et nostrū q̄dē o socrates in eurysacē. Eurysacis in iouē. SO: Atqui nostrū o generose alcibiades in dedaluꝫ etiā/dedalus aūt in vulcanū iouis filiū: Uerū istorū maiores ab ijs incipiētes reges sunt ex regibus usqꝝ ad iouē. Illi q̄dē argoꝝ ꝛ lacedemonis? Isti vo persidis semp: sepe etiā ut ꝛ nūc asie: Nos autē superiores nostri priuati. Quod si te oporteret progenitores ac patriā curysacis oīdere salaminā/uel eaci etiam priorīs eginā artaxersi xersis filio/quos te risus reportaturuꝫ putas? Sed vide ne generis dignitate ac etiā educatione illis inferiores simus: Nunq̄d audisti quāta sit lacedemoniorꝝ regū dignitas? quorūꝫ uxores publice obseruant ab ephoris. i. prefectis. ut quoad fieri pōt/rex nō ex alio latenter q̄ heraclidarū genere oriat: persarum vo rex adeo excellit/ut nemo suspicet regē ex alio q̄ ex ipso genitū esse: Quā obrē regis uxor non ab alio q̄ metu custodit: postq̄ vo nat⁹ est primogenit⁹ qui succedit in regno/primo qui dē eum diem oēs qui sub regno sunt/celebrāt. Atqꝝ ita in posterum quotannis natalez regis diem sacris ac festis omnis asia colit. Luꝝ vo apud nos quis nascit/ne vicini quidem ut ait cōmedus multum sentiunt o alcibiades. Beinceps nutritur puer: nō a quauis nutrice: uerū ab eunuchis qui reliquorum circa regē optimi videātur: quibus ꝛ alia que spectāt ad curam pueri demādantur: Ac precipue ut natū q̄ pulcherrimū reddāt/cōponētes membra eius atqꝝ dirigētes. Atqꝝ hec faciētes magno in honore hntur: Cum aūt pueri septimū etatis annū impleuerūt/ad equestris artis magistros ꝓficiscūtur. deinde in uenationē tendūt. Anno vo quartodecimo puerū suscipiunt hi quos regios pedagogos appellāt: Sunt ų profecto electi ex oib⁹ persis etate sua precipui/quatuor: sapientissimus: iustissimus: tēperatissim⁹: atqꝝ fortissim⁹. Quoꝝ prim⁹ magicā zoroastris oromasų filū docet: est autē illa deoꝝ cult⁹. Atqꝝ idē tradit instituta regia. Secūdus admonet: ut in omni vita sit uerax. Tertius ne ulla cupidine supet: ut liber viuere ꝓsuescat: ac reuera rex imperās primū ijs que in se sunt/ne ulli seruiēs. Quartus deniqꝝ impauidum illū ꝛ intrepidū reddit: nequādo quippiam metuēs seruus fiat. Tibi aūt o alcibiades pericles instituit pedagogū zopyrū thracē oium seruorum suoꝝ obsceniū inutilissimū. Narrarē ꝓterea tibi reliquā educationē: ꝛ disciplinā aduersarioꝝ tuorum: nisi prolixitatē uererer. Quin etiā satis hec sunt ad cetera que ex ijs sequūtur ostēdenda. Tue vo aliorūue atheniēsiū generationis educationis ꝛ discipline nulli ut ita dicā ꝓpinquorū cura est/nisi forte amici id curēt. Si aūt diuitias delitiasqꝝ ꝛ uestiū luxuriosum ornatū vnguētorūqꝝ odores ac ministroꝝ sequētiū turbaꝫ aliāqꝝ persarū mollitiē cōsiderare volueris/ipse tecū tui gratia erubesces/sentiēs quāto sis illis inferior. Rursus si respicere uelis ad lacedemoniorꝝ tēperantiā: modestiā: facilitatē: māsuetudinē: magnanimitatē: moderationē: cōpositionē: fortitudinē: ꝓstātiā: tollerātiā victorie cupiditatē: ꝛ amorē glorie/puerū te in ijs oīb⁹ iudicabis. Siqd rursus opulētie tribuis/ꝛ in hac putas aliqd esse/neqꝝ hec a nobis silētio pretereat. Modo enim sentias ubi nam sis/ꝛ lacedemoniorum diuitias intuearis/cognosces profecto nos ab illis lōge admodū superari. Quicqd enim agroꝝ aut sui aut messanie possidēt: nemo utiqꝝ dubitaret/quin amplitudine ꝛ ubertate ac seruorum tam alioꝝ q̄ ileticoꝝ frequētia ꝛ equoꝝ preterea/aliorūqꝝ pecorū que fert messania copia nostros exsuperet. Ceterum hec omnia in presentia omitto. Auri vo ꝛ argenti apud lacedemonas copia tanta/quantam ne vniuersa quidem reliqua grecia possidet. Multa enim iam secula infertur quidem illuc ex vniuersa grecia/sepe etiaꝫ ex barbaria: effertur autem nusq̄. Sed reuera quemadmodum apud Esopum vulpes leoni dixit de ferarum uestigijs/sic ꝛ nūmoꝝ uestigia ingredientiuꝫ lacedemonē trita quidē videntur in puluere/egredientium vo nusq̄ apparent. Unde coniectare licet lacedemonios auri atqꝝ argenti grecorum omnium esse ditissimos. Quin etiam rex illorum

pecunioſiſſimus eſt. Ex ijs enim maxima pars ad ipſum peruenit. Tributū preterea regi pergrāde impēditur. Et res quidem lacedemonioꝝ quoad reliquos grecos ample/quoad vo perſas regeſq; perſarū: anguſte. Retulit quippe nobis vir quidā grauis vn⁹ ex ijs qui ad perſarū regē ꝓfecti erāt/ ſe quādoq; integrū pene diē latā ac fertilē pagraſ ſe prouinciā/quā incole uxoris regie zonā appel lant. Eſſe quoq; aliā noīe calyptrā. i. ornatū capi tis muliebrem atq; ita multas alias regiones pul chras ac fertiles ad ornatū regine referri/ noiaq; ſingulis locis a ſingulis ornamentis ipoſita. Quā obrē opinor ſiqs diceret amiſtridi xerſis quidem uxori regis autē matri/dinomaches filium in aio habere cum ſuo pugnare/cum dinomachi ornat⁹ adſit forte quinquaginta minarū: filio vo agri ple thra in erchiaſis minus q̄ trecēta: eam admiratu ram qua re fret⁹ alcibiades audeat cum artaxer ſe pugnare. Reorq; illā arbitraturā hūc virum in nulla alia re niſi diligētia ſapiaq; ꝓfiſum id aggre di: hec q̄ppe ſola apud grecos eſtimatione digna exiſtere. Nō ſi forte audiret alcibiadē iſtum certa men tātum inire: primo quidē nōdum integros vi ginti annos natū/deinde oīno indoctum/nec ami co ſuo obediētem dicenti prius diſcendū exercen dūq;/q̄ tantū regem inuadat/arbitror illā admi ratione cōcitam interrogaturā quid nam ſit quo adoleſcēs iſte cōfidat. Cui ſi rnderemus: pulchri tudine: proceritate: nobilitate: diuitijs: aio te fide re/nos o alcibiades iſanire putaret: hec apud ſu os oīa potiora ꝓſpiciēs. Eodēq; modo lāpidonē leotychide filiā: archidami vo uxorē. Agidis aūt matrē/qui oēs reges extitere/miraturā cū norit: qualia circa ſe ſunt/te tam male inſtructū filio ſuo nō dubitare bellū indicere. Atqui nonne turpe vi deat/ſi hoſtiū mulieres rectius de nobis ſentiunt/ q̄ noſipſi: quēadmodū cōtra illos noſipſos accin gere debeamus. Ceterū o beate mihi parēs/r illi qō in delphis eſt/epigrāmati/noſce teipſum: quo niam ij ſunt aduerſarij noſtri/non quos ipſe reba ris/quos quidē nulla re alia/niſi induſtria r arte ſupare poſſumus. Cuiꝰ profecto ſi inferior fue ris/gloria quoq; apud grecos r barbaros tibi de erit: quā ſic ardēter videris appetē/ut nemo vn⁹q; aliq̄d ardētius ꝓcupiuerit. AL: Quā igit curā ad hibēdam cenſes o ſocrates. An potes oſtendere. Mihi enim ſupra q̄ dici poſſit/uera dixiſſe vi deris. SO: Poſſum quidē/uerū cōmuni conſilio opus eſt qua rōne q̄ optimi efficiamur. Ego eniz nō te tantū uerūetiā me diſciplina indigere dico. Nam vnū ſolum eſt/quo a te differo. AL: Quid. SO: Curator meus melior eſt r ſapiētior q̄ tuus pericles. AL: Quis hic o ſocrates. SO: Deꝰ o al cibiades/qui me uetuit ante hunc diem tecū diſſe rere: cui credēs: aſſero te per nullū alium niſi per me claritatē cōſecuturū. AL: Jocaris o ſocrates. SO: Forſitan/uera tū loquor/q̄ ambo curatione indigemus: imo hoies vniuerſi: ceterū nos q̄ plu rimū. AL: Quod quidē ego indigeā: haud quaq̄ mētiris. SO: Neq; etiā q̄ egoipſe. AL: Quid igit agēdum. SO: Nec heſitādū neq; etiā mollitie in dulgēdum eſt o amice. AL: Nō decet o ſocrates. SO: Nō certe: ſed ſimul conſiderādum. Verum dic mihi/an optimi eſſe uolumus. AL: Certe. SO: In qua facultate. AL: Qua videlicet viri boni. SO// CRA: Qua nam in re boni. AL: In rebus agēdis. SO: In quibꝰ. num in equeſtri negocio. AL: Non. SO: Ad equeſtres enim iremus. AL: Profecto. SO CRA: Nūquid in nauis gubernatiōe dicebas. AL CI: Nequaq̄. SO: Ad nautas enim iremꝰ. AL: Iremus. SO: In quo ergo negocio. r quoꝝ hoium offi cio. AL: In ijs que clari boniq; atheniēſiū viri agūt SO: Claros ac bonos prudētes ne an imprudentes appellas. AL: Prudentes. SO: In quo quiſq; pru dēs: in eodē bonus. AL: Certe. SO: Imprudēs autē malus. AL: Malus. SO: Calceoꝝ ſutor prudēs ad calceoꝝ opus. AL: Prorſus. SO: Bonus ergo ad hec. AL: Bonus. SO: Quid vo in ueſtibꝰ ꝓficiēdis: nōne cerdo iſte imprudēs. AL: Ita. SO: Malus er go ad hec. AL: Ita. SO: Idē itaq; ſm hāc rōnē bo nus atq; malus erit. AL: Videt. SO: An dicis viros bonos malos etiā eſſe. AL: Nequaq̄. SO: Quos tā dem bonos uocas. AL: Eos qui in ciuitate preeſſe pñt. SO: Nō tū equis. AL: Nō certe. SO: At hoibꝰ. AL: Hoibus. SO: Num hoibus egrotātibus. AL CI: Nō. SO: An forte nauigātibꝰ. AL: Nō ijs dico. SO: Metētibus ne. AL: Neq; iſtis. SO: Aliquid ne uel nihil faciētibꝰ. AL: Faciētibus. SO: Quid tandē faciētibus id mihi declara. AL: Cōmercia inq̄ agen tibꝰ/atq; inuicem mutuo ſe utētibus/quēadmodum nos in ciuitatibus vitā agimus. SO: Nunquid impa re eos dicis hoibus/qui hoibus utuntur. AL: Aio. SO: An gubernatoribus qui remigibꝰ utūtur. AL CI: Nō. SO: Nec eniz gubnatorie facultatis vtꝰ eſt. AL: Eſt. SO: Fortaſſe impare dicebas tibicinibꝰ qui canētibꝰ preſunt/chorciſq; utuntur. AL: Neq; iſtis. SO: Hoc nāq; ad facultatē chori magiſtrā pertinet. AL: Dino. SO: Quid deniq; uocas imperare poſſe hoibus/qui utūtur hoibus. AL: Preeſſe hoibus cō municantibꝰ inuicē in rei. p. adminiſtratione: atq; cō mercijs. SO: Que naz hec ars eſt. quēadmodū ſi te iterū interrogarē/que facultas efficit ut preeſſe ſcia mus in nauigatione cōmunicātibꝰ. AL: Gubernato ria. SO: Comunicātibus aūt in cantu/ut paulo ante dicebaſ/que ſcia pēſſe docet. AL: Quā tu nup aie bas chori diſciplina. SO: In re. p. vo cōmunicātibꝰ: quā ſciaz uocas. AL: Bonū cōſiliū o ſocrates. SO CRA: Num tibi videt gubernatorꝝ ars carere cō ſilio. AL: Minime. SO: Eſt ipſa quoq; bonū cōſili uz. AL: Mihi ſane videt. SO: Ad nauigātium ſalu tem. AL: Recte loqueris. SO: Quod vo bonū cōſili uz uocas ad quidnā ſpectat. AL: Ad melioꝝ ciuita tis inſtitutionem ciuſq; ſalutē. SO: Qua nam re pre ſente uel abſente melius diſponit atq; ſeruat. Ceu ſi ipſe me rogares/quo preſente aut abſente bene ſe habent corpora: reſpōderem utiq; ſanitate preſente: morboq; remoto. Idem r tu exiſtimas. AL: Idem. SO: Quod ſi idē queras de oculis eadē rōne reſpō debo/pulſa cecitate: adhibito viſu: Et aures curari fugara ſurditate/admoto vo auditu. ALCI: Recte. SOCRATES: Ciuitas autem quo remoto. quoue adhibito melioꝝ fit/ac melius iſtituitur. ALCIBIA DES: Mihi quidem videtur o ſocrates: quando amicitia eſt inter ciues: odia vo r ſeditiones abſunt.

SO: Amicitiã uocas cõsensionem: an dissensionem:
AL: Cõsensionẽ. SO: Per quã artez ciuitates circa numeros ꝓsentiũt:
AL: Per arithmeticã. SO: Priuati vo/an nõ ꝓpter eãdẽ:
AL: Nẽpe. SO: Et vnus quisqz secũ ipse:
AL: Certe. SO: Per quã artẽ dsqz secũ ipse ꝓsentit de palmo ꝛ cubito uter quid ex ỹs maioꝛ sit: nonne per metiẽdi peritiã:
AL: Quid ni:
SO: Nõne etiam priuati inuicem atqz ciuitates.
AL CI: Immo. SO: Et de põderibus eodem pacto.
AL CI: Adsentioꝛ. SO: Consensio igit/quã dicebas/quenam est: circa quid: que ars illã prestat: Etenim ista ꝓsensio talis est ut insit rei.p. ꝛ priuato vnicuiqz ad seipsum ꝛ ad alios.
AL: Cõsentaneũ. SO: Que igit est: ne pigeat rũdere. at prompte enarra.
AL: Reoꝛ eadem esse amicitiã ꝛ ꝓsensionẽ qua pater ac mater filiũ/ꝛ frater fratrẽ ꝛ uxoꝛ virũ amantes ꝓsentiunt.
SO: Putasne o alcibiades virũ cuz uxoꝛe circa lanificiũ ꝓuenire/imperitũ cuz perita:
AL: Nequaq̃.
SO: Neqz oportet quidez/muliebꝛis enim hec disciplina est.
AL: Prorsus. SO: Quid vo mulier cum viro circa opꝰ militare ꝓueniet: cum id haud quaq̃ didicerit:
AL: Minime. SO: Virile enim id rursus esse diceres.
AL: Eadem. SO: Sunt ergo disciplinequedã mulierũ/quedã viroꝝ ꝑm oꝛationẽ tuaz.
AL CI: Quid ni:
SO: In ỹs itaqz mulieribꝰ cum virisꝓsensus est nullus:
AL: Nullus. SO: Neqz amicitia igit/siqdẽ amicitia ꝓsensio quedã est.
AL: Nõ videtur. SO: Ideoqz quatenus mulieres officia sua exercẽt/nõ amãtur a viris.
AL: Nõ apparet. SO: Neqz viri etiam a mulieribꝰ/oũ virilia tractãt.
AL: Nõ. SO: Nõ ergo tũc optime ciuitates instituũtur/cum singuli opibus suis incũbũt:
AL: Ego tñ id o socrates arbitroꝛ. SO: Quomodo hoc ais amicitia sublata/qua pñte ꝓfessi sumꝰ bene ꝓstitui ciuitates/aliter vo ꝓra:
AL: Atqui mihi videt ob hoc inter hoies ꝓsistere amicitiã/ꝙ quisqz suũ officiuz exequat. SOCRA: Nõ tñ id paulo ante dicebas/nunc aũt quopacto rursus ais cõsensione adhibita amicitiã fieri: an põt circa hec cõsensus existere/quoꝝ ũ quidẽ periti/ỹ vo imperiti sunt:
AL: Fieri nõ põt. SO: Justa ne an iniusta faciũt/cum singuli que ad se attinẽt exequũtur:
AL: Justa profecto. SO: Juste igit agentibus ciuibꝰ in ciuitate non est amicitia.
AL: Necessariũ hoc itidẽ videt o socrates. SO: Qua itaqz dicis amicitiã siue cõsensionẽ/circa quã nos sapiẽtes ꝛ cõsultoꝛes esse oportet/ut boni viri simꝰ. neqz enim percipere possum que nam sit/aut in quibꝰ existat cum ex oꝛatione tua interdũ in eisdẽ inesse/nonnunq̃ ab eisdẽ abesse videat.
AL: Per deos o socrates neqz ipse quidẽ qd dicã intelligo. videoꝛqz iãdiu meipsuz latuisse/cuz me turpissime habeã. SO: Cõfidere decet. nam si hoc demuz aĩaduertisses annos quinquaginta natꝰ/arduũ sane foꝛet/teipsum curare. nũc vo in ea es etate/qua id aduertere decet.
AL: Quid igitur hoc aduertẽtẽ facere oportet:
SO: Rñde ad ea que interrogabo te alcibiades. Nã si feceris/ac deꝰ voluerit/siqua modo fides meis est uaticinijs adhibẽda/tu simul ꝛ ego melius nos hẽbimus.
AL: Ita erit quo ad me rñdentẽ attinet.
SO: Age quid est se ipsum curare/ne sepe nosipsos lateamus/nõ curantes nosmet/cuz id agere opinemur: Et quãdo id homo agit: num quotiẽs suoꝝ/totiẽs ꝛ sui curã habet:
AL: Mihi qdẽ videt. SO: Quid: nũ pedes tũc quis curat/cũ coꝝ que pedum sunt/sibi cura est:
AL: Nõ intelligo. SO: Dicis ne eẽ aliqd ipsius manus quẽadmodũ anulus est:
AL: Dico eqdẽ.
SO: Num alterius mẽbri ꝙ digiti anulũ esse censes:
AL: Minime. SO: Et pedis calceuz eodem modo:
AL: Ita. SO: Cum calceoꝝ curam habemus/tũc pedũ nobis cura est:
AL: Haud satis te teneo socrates. SO: Quid vo: o alcibiades uocas ne aliqd rectã alicuius curationẽ:
AL: Voco. SO: An nõ cum quid melius fit: tũc eius rectã curationẽ esse dicis.
AL: Dico. SO: Que ars calceos meliozes efficit:
AL: Cerdonica. SO: Cerdonica igit calceoꝝ curam habemus.
AL: Hac ipsa nunqd ꝛ pedes etiaz cerdonica: uel ipsa potius/qua pedes reddimꝰ meliozes:
AL: Illa. SO: Pedes autez meliozes nonne qua ꝛ reliquũ coꝛpus:
AL: Videt. SO: Hec nõne gymnastica:
AL: Maxime. SO: Ergo gymnastica pedes curamus/cerdonica vo illa que pedum sunt.
AL CI: Prorsus.
SO: Et gymnastica quoqz manus: anularia vo illa que sunt manuum.
AL: Sic est.
SO: Et gymnastica coꝛpus/textoꝛia autem ꝛ alijs facultatibꝰ ea que coꝛpoꝛis sunt.
AL: Omnino. SO: Allia igit arte vnũquodqz alia que illius sunt/curamus.
AL CI: Videtur. SO: Non ergo cum sua quis/tũc etiam se curat.
AL: Nullo pacto. SO: Non enim eadem ars ut videtur que nos ꝛ que nostra curat.
AL: Non apparet.
SO: Age itaqz qua nam arte nosipsos curare possumus:
AL: Non habeo qd dicam. SO: At hoc tamẽ inter nos conuenit: ꝙ nõ qua nostroꝝ aliquid melius efficimus/nos curamus: uerum qua nosipsos ad meliozẽ frugẽ ducimus.
AL: Vera narras. SO: Nosse ne vnq̃ possemus que ars meliozẽ facit calceum nisi calceum ipsum nouerimus:
AL: Fieri neqt.
SO: Neqz etiam que anulum efficit meliozẽ ignoꝛãtes anulum.
AL: Verum. SO: Sciemus ne vnq̃ qua arte meliozes euadamus/ꝙ diu nosipsos ignoꝛauerimꝰ:
AL: Nunq̃. SO: Utrum facile quidda sit seipsuz cognoscere. ac ridiculus fuerit/qui templo apollinis id inscripsit/an potius arduum quippiaz/nec cuiusuis hois opus.
AL: Mihi quidẽ o socrates aliquãdo visum est facile hoc ꝛ cuiusuis officium esse: nõnunq̃ vo oiuz difficillimũ.
SO: Sed siue facile hoc sit o alcibiades siue difficile/nobis sane sic se habet ut ipsum intelligẽtes/etiam qua ratione curandi sumus/intelligamus. Ignoꝛantes vo cõtra.
AL: Est ut dicis. SO: Age quomodo ipsuz qõ ipsuz inueniemus: foꝛte vo sic quid simus ipsi inuenire poterimus. At hoc ignoꝛates nunq̃.
AL CI: Recte loqueris. SO: Attende ergo per deum/cum alio ne ꝙ mecum tu nunc disputas:
AL: Te cum. SO: Et ego nonne tecum:
AL: Et tu mecuz.
SO: Socrates igitur est qui disputat:
AL CI: Est.
SO: Alcibiades vo qui audit:
AL CI: Ita est.
SO CRA: Nonne sermone uel ratione socrates disputat:
AL: Quid ni:
SO CRA: Disputare autẽ ꝛ sermone uel ratione uti idez quodam modo uocas:
AL: Idem. SO: Utẽs autẽ ꝛ que utitur/nonne aliud:
AL: Quomodo dicis:
SO: Quẽadmoduz cerdo incidit quidẽ circulari ꝛ semicirculari

ozgano atq; alijs instrumentis. AL:Est ut dicis. SO:Nõne aliud quiddã est/qui diuidẽdo utitur: alia vo quib⁹ utit:AL:Quid ni:SO:Jtẽ aliud citharedus:aliud quo cũ citharam pulsat:AL:Aliud.SO:Hoc paulo ante interrogabã/an utens ꝛ quo utit/semp aliud esse videat.AL:Videt.SO// CRA:Verdonẽ incidere dicimus instrumẽtis tã tum an etiã manib⁹:AL:Et manibus.SO: Et ijs ergo utit.AL:Utit.SO:An nõ ꝛ oculis utens coria incidit:AL:Prozsus. SO:Utentem vo aliud qddã ab ijs quib⁹ utit esse cõcessimus. AL: Cõ// cessimus. SO: Verdo igit ꝛ citharedus aliud qd dã sunt/q̃ oculi ꝛ manus/quibus utunt. AL:Ap paret.SO:Nõne toto corpore homo utitur:AL CI:Penit⁹.SO:Aliud utiq; utẽs/ꝛ quo utitur: ALCI:Sic est.SO:Homo ergo est a suo corpo// re aliud.AL:Videtur. SO: Quid est igit homo: AL:Ignoro.SO:Scis esse id qõ corpore utitur. AL:Scio.SO:Aliud ne utit ipso q̃ aia:AL:Nil aliud.SO:An nõ imperãs:AL:Imperãs.SO// CRA:Quin etiã neminẽ hoc aliter estimaturuz puto.AL:Quidnã:SO:Quin ex trib⁹/vnũ ali// quid homo sit.AL:Ex quib⁹:SO:Aut aiaz vide licet aut corpus:aut totũ ipsum ex utrisq; cõposi tum.AL:Cur nõ:SO:Verũtñ id qõ impat corpo ri/hoiem esse confessi sumus.AL:Cõfessi sumus. SO:Quid igit homo:Num sibiipsi corpus im// perat:AL:Nullo modo.SO: Subijci enim illud diximus.AL:Certe.SO:Nõ est igit hoc qõ que/ rimus.AL:Nõ ut videt.SO:At utrũq; simul for sitan corpori dñatur/atq; id homo est:AL:For// te.SO:Jmmo minime oium:nam altero illorum nõ dñante nulla cõiectura est/ut simul utrũq; do/ minet.AL:Recte loqueris.SO:Cum vo nec cor/ pus nec simul utrũq; sit homo/restat ut arbitror/ aut nihil oĩno hoiem esse/aut siqd est/nihil aliud esse q̃ aiaz.AL:Prozsus.SO: Adhuc ne liquidi us mõstrari tibi opoztet/animaz esse hoiem:AL CI:Nõ per iouẽ:hec enim sufficere mihi videtur. SO:Et si non in integrũ hec discussa sunt/ medio criter tamẽ inducta in pñtia sufficiũt. Nam tunc demũ penit⁹ cõprehẽdemus/cum inuenerim⁹ qõ nũc/qz latiozẽ speculationẽ reqreret/pretermisi// mus.AL:Quid istud:SO: Quod paulo ante sic est dictũ/q̃ prius psiderãdũ sit ipsum qõ ipsum/ nũc vo pro eo qõ qdem est ipsum qõ ipsum / cõsi derauimus ipsum vnũquodq; quid est: Jdq; for/ te sufficiet. Nihil enim in nobisipsis principalius esse q̃ aiam dicere possemus.AL:Nõ certe.SO/ CRA:Nõne decens est ita putare/me scilicet ac te pspirare inuicẽ aia ad aiam utẽtes sermonib⁹:AL:Et maxime quidẽ.SO:Hoc itaq; erat quod paulo ante dicebamus/q̃ socrates cum alcibiade disputat ozatione utẽs nõ ad psonã tuam ut appa ret:sed ad alcibiadẽ uerba dirigẽs:hoc autem aia est.AL:Mihi sane videt.SO: Aiam igit nosse iu bet:qui recipit nosce teipsum.AL:Videtur.SO// CRA:Quicũq; igit corpus cognoscit:sua quidẽ non seipsum nouit. AL:Sic est. SO:Atq; ideo nullus medicus vt est medic⁹/ neq; gymnastic⁹ ut gymnastic⁹ sese nouit.AL:Nõ ut videt.SO:Mlto min⁹ agricole alijq; opifices se cognoscũt:neq; enim se/neq; sua sed remotioza quedã fz artes suas psiderãt:ijs enim intẽdũt/quib⁹ corpus curat. AL// CI:Vera narras.SO: Quare si prudẽtia est seipsuz cognoscere/nullus istoz fm suam artẽ est prudens: AL:Nõ ut videt.SO:Ob hoc mechanice artes iste nõ autem boni viri discipline vident.AL:Prozsus. SO:Nõne rursus quicũq; corpozis curã habet/sua quidẽ nõ tñ seipsuz curat:AL:Apparet.SO:At vo cui pecunie cure sunt/nec se nec sua sed que procul a suis sunt:curat.AL: Videt.SO: Nõ ergo suis indul get qui pecunias cumulat. AL:Recte. SO: Quisqs etiã corpus alcibiadis amauit vnq̃ non alcibiadem ipsuz/sed que alcibiadis essent amauit.AL:Vera loqueris.SO:Qui vo te amat:amat aiũm.AL:Neces sario sequi ex rõne tua videt.SO:Nonne tui corpo ris amatoz/cũ primũ species deflorescit: abiẽs dese rit:AL:Apparet.SO:At vo qui aiũm tuuz diligit/ nunq̃ deserit donec ad meliozẽ frugẽ perueniat.AL CI:Cõsentaneũ.SO:Hãc ego ob causam te minime desero/uerũ in amicitia perseuero reliqs senescente corpore abeũtib⁹.AL:O q̃ bene facis mi socrates: ne in posterum me deseras obsecro.SO:At enitere ut q̃ pulcherrimus fias.AL:Conaboz. SO: Sic se tua res habet.nec fuit vnq̃ nec est ut opinoz alcibia dis clinie filij amatoz ullus preter vnũ ꝛ illũ quidem amabilẽ/socratẽ sophroniſci ꝛ phanaretis filiũ.AL CI:Vera dicis.SO:Nõne dixisti me aliquãtulũ pre ueniſſe/cum te salutatũ ueniſſem:nam statuisse te ut prioz meipse queniẽs interrogares/quãobrez solus ego te nõ reliquerim.AL:Sic erat.SO: Hec procul dubio causa:quoniã amatoz tui solus erã.ceteri vo tuoz.Tua sane labũtur tẽpore.Tu aũt nunc primuz florescis.ac deinceps quidẽ nisi ab atheniẽsi populo corrũparis:ac turpioz euadas nunq̃ te deseraz. Jd enim uehemẽter timeo.ne amatoz populi factus no bis corrũparis:Multi enim ꝛ ingenui quidez apud atheniẽses id passi sunt.Nam bene psonatus est ma gnanimi erechthei populus sed illũ nudatũ contue ri opoztet.adhibe igit hãc quã dico cautionem. AL CI:Quã:SO: Exue illũ prius o beate ac disce que cũq; sciẽda sunt:anteq̃ tractẽtur ciuilia ut rẽpublicã adeas ferẽs tecum alexipharmacũ idest medicinam prohibẽtẽ mala.ne quid aduersi aliquãdo patiaris. AL:Bene mihi dicere videris o socrates:ueruz co nare iam nobis exponere qua rõne nosmetipsos cu remus.SO:Nõne satis iam a nobis in superioribus definitũ est:Quid enim simus pueniẽter supra cõclusi mus.Timebamus enim ne in hoc decepti nosipsos forsitã laterem⁹.alicuius alterius nõ nostri curã hñ tes.AL:Est ut dicis.SO:Deinde pcessum est aie curã hñdã semq; ad ipsam respiciẽdũ.AL: Manife stũ est.SO:Corpoꝛ vo pecuniarũq; curã alijs relin quẽdã.ALCI:Quid ni:SO:Quo nã igit pacto ista pspicue noscerem⁹ postq̃ hoc intellecto nos quoq; ipsos intelligem⁹:an forte per deos ipsaz inscriptio nẽ delphicã recte monẽtẽ:cuius supra mẽtionem feci mus nõdũ intelleximus:AL:Quidnã aiaduertens sic ais o socrates:SO:Dicã tibi qd suspicor hãc in scriptionẽ nobis psulere.neq; vo passim ei⁹ exẽplar: sed inuisu solũ iueniri posse videt.AL:Quõ id ais: SO:Cõtẽplare tu quoq;:si oculo nostro quẽadmo/ dum homini psuluisset: Vide teipsum quomodo id

Alexipharmacũ.

Ἐφραταὶ Δελφικὸν τὸ γνῶθι σεαυτόν

admonuisse arbitraremur: nõne ut in illud ĩspiceret oculus: ex cuius intuitu seipsum usurus eẽt. AL: Cõstat. SO: Cõsideremus itaq; in quid potissimũ intuentes/illud ipsuz simul ac nosipsos videremus. AL CI: In specula/7 alia huiusmodi. SO: Recte loqueris: sed oculo quo videmus/an nõ inest huiusmodi quiddã. AL: Valde. SO: Nũ aduertisti q facies hominis in oculũ intuentis in oppositi visu relucet uelut in speculo/quã suprẽmã uocamus pupillã simula chrũ inspiciẽtis existens. AL: Aduerti. SO: Oculus igit ita demũ seipsum cernit/cum in oculũ inspicit: in idq; preterea intẽdit: qõ oculi optimũ est 7 quo oculus ipse videt. AL: Apparet. SO: Si aũt in aliud qõdaz hois mẽbrum respexerit/uel in quoduis aliud/ pterq; in id cuius hoc est simile haud quaq; seipsum percipiet. AL: Uerũ. SO: Oculus ergo cum seipsum visur⁹ est/in oculũ respicẽ debet: atq; in eũ oculi locum/in quo virt⁹ est oculi: Is aũt visus atq; pupille acies est. AL: Sic est. SO: Eodem pacto 7 anima o amice alcibiades/Si seipsam noscere vult/in aiam intueat/in eũq; precipue locũ anime in quo inest virtus aie/sapia/7 in aliud cui⁹ hoc est simile. AL: Ni hi quidẽ videt o socrates. SO: Nũ repire possum⁹ quippiã in aia diuinius illo circa qõ intelligẽtia sapientiaq; uersat. AL: Nequaq. SO: Id igit aie diuini simile est: in qõ sane quis intuẽs: 7 omne diuinuz/ deũ scilicet 7 sapiam cernẽs/sic seipsum ꝓsus agnoscet. ALCI: Apparet. SO: Seipsum vo cognoscere/ prudẽtiã esse cõcedimus. AL: Prorsus. SO: Si autem nec nosipsos cognosceremus/nec prudẽtes esse mus. possemus ne nostra seu mala/siue bona cognoscere? AL: Quomodo hoc fieri posset o socrates. SO: Impossibile tibi forte videt quenq; non cognoscẽtem alcibiadẽ tñ que alcibiadis sunt/q alcibiadis sint cognoscere. AL: Impossibile per Iouem. SO/ CRA: Nec nostra q nostra sint/nisi pri⁹ nosipsos. AL: Nullo modo. SO: Si nostra ignoremus nec ea que nostroꝝ sunt/intelligemus. AL: Nõ ut videtur. SO: Nõ igit recte oino ꝓsensimus/cum supra quosdam esse assereremus/qui se ignorãtes/sua tñ oinoscerẽt: Atqui nec ea etiã que suoꝝ: hec enim cũcta dinoscere vnius atq; eiusdẽ artis officium esse videt: seipsuz scilicet 7 que sua sunt 7 que suorum. AL: Uidetur. SO: Atqui sua ignorat/ignorat 7 aliena. AL CI: Cur nõ? SO: Num igit si aliena/etiã que ciuitatum sunt ignorabit? AL: Necesse est. SO: Nunq; ergo hic vir ciuilis esset. AL: Nõ certe. SO: Nec economicus etiã. AL: Neq; hoc. SO: Nec qõ agit/itelliget. AL: Minime. SO: Ignorãs autẽ/nõne errabit? AL: Maxime. SO: Qui aberrat/an nõ male aget 7 priuatim 7 publice? AL: Quid ni? SO: Male agẽs nõne miser? AL: Et maxime quidem. SO: An vo 7 ỹ quibus cũ hec agit? AL: Et isti quoq;. SO: Nemo itaq; felix esse potest nisi sapiẽs bonusq; sit. AL: Nemo. SO: Sequtur ut mali hoies: miseri sint. AL: Apprime. SO: Nõ ergo qui diues fit/sed qui prudens/ miseriã vitat. AL: Videt. SO: Quãobrem nec menibus nec nauib⁹ triremibusq; atq; naualib⁹ o alcibiades nec multitudine nec amplitudine sine virtute ciuitas ad felicitatẽ indiget. AL: Nõ profecto. SO: Si recte ciuitatem gubernaturus es/virtute imbuendi sunt ciues. AL: Quid ni? SO: Nũ dare quis potest alỹ/qõ ipse non habet? AL: At quomodo? SO/ CRA: Ergo virtute prius ornat⁹ ipse debet esse/ quicũq; nõ sibi tãtum ac suis: sed rei.pu.etiã 7 ỹs que ad eã spectãt impaturus est? AL: Uera dicis. SO: Nec igit princip⁹ neq; licẽtia quodcũq; libuerit/faciẽdi aut tibi aut rei.p. uerũ iustitia potius 7 prudẽtia cõparanda. AL: Apparet. SO: Ius te enim ac prudẽter agentes 7 tu simul 7 tua res p. deo gratũ opus efficietis. AL: Decens est. SO/ CRA: Et quẽadmodũ supra diximus/in diuinũ splẽdorem intuẽtes agetis. AL: Uidet. SO: Quin etiã illuc respiciẽtes uosmet uestraq; bona pspicue discernetis. AL: Certe. SO: Nonne sic recte atq; bene agetis? AL: Agemus. SO: Enimuero fi de iubere parat⁹ sum uos si ita vixeritis felices fore. AL: Locuplex certe fideiussor. SO: Contra/si iniuste vixeritis despiciẽtes in tenebras diuinitatis expertes/cõsimilia istis opa/ut ꝓsentaneũ est/ efficietis/uosipsos penitus ignorãtes. AL: Uidet. SO: Cui enim o amice alcibiades potestas adest quodcũq; libuerit/cõficiẽdi: mente vo captus est quid nam ꝓueniẽs est/illi ptingere: seu priuat⁹ ille quidẽ siue res p. sit. Ueluti si egrotãti cuidã libera licẽtia sit/rõnem medici nõ hñti/sed tanq; tyrãnidem exercẽti/ut nemo eũ absterrere ualeat/ quid illi euẽturum est? Nõne uerisimile est ut corpus corrũpat? ALCI: Uera loqueris. SO: Quid vo/si in naui apud quẽpiã ois licẽtia sit quodcũq; videat agẽdi/mẽte tñ 7 gubernãdi peritia careat/num cernis que sibi 7 socỹs euẽtura sint? AL/ CI: Opinor eqdem illuz seipsum vna atq; socios perditurũ. SO: Nõne igit omni rei.p. omniq; imperio 7 dñationi/ubi virt⁹ deest/cõtingit ut male agat? AL: Necesse est. SO: Nõ ergo tyrãnis optime alcibiades aut nobis aut rei.p. parãda est/sed virt⁹ modo felices esse uelimus. AL: Uera dicis. SO: Ceterũ anteq; virt⁹ adsit prestat viro nõ modo puero/regi a meliore q regere. AL: Apparet. SO: Nõne qõ melius est idẽ 7 pulchri⁹? AL: Sic est. SO: Qõ pulchrius decentius? AL: Quid ni? SO: Decet itaq; malum seruire: melius enim est. AL: Decet. SO: Seruilis ergo prauitas. AL: Apparet. SO: Liberalis autẽ virt⁹. AL: Ita est. SO CRA: Nõne o amice seruit⁹ fugiẽda? AL: Maxime qdẽ o socrates. SO: Aduertis quomodo te nũc habeas: utrũ libaliter an ptra? AL: Et maxime qdẽ ut mihi videor hoc sentio. SO: Hosti ne quo pacto id qõ nũc te occupat fugare queas? nolim enim istud in claro hoie noiare. AL: Noui eq dẽ. SO: Quomodo igit? AL: Si ipse uolueris o socrates. SO: Haud recte loqueris alcibiades. AL: At quomodo dicẽdũ est? SO: Si deus uoluerit. AL: Dico eqdẽ/ atq; hoc insup addo q pericli tabimur figuras inuicẽ cõmutare: tuã qdez ego induẽs/tu autẽ meã. fieri enim non pot/qn ego te deinceps ducã: tu autẽ a me ducaris. SO: O generose nihilo igit meus in te amor a ciconia differt/ si postea q prope te uelut in nido amorẽ alatum fouerit/ab illo iterũ nutriatur? AL: Profecto sic se res habet. 7 incipiã hinc iam iustitiã meditari. SO: O q te nelim pseuerare. Timeo autẽ nature tue diffidens huiusq; ciuitatis robur intelligẽs ne

id me simul ac te vincat. Finis Alcibiadis pmi.

Argumētum Marsilij ficini in Alcibiadem secundum de Voto.

Quoniā secūdus alcibiades liber pfecto sanctissimus de uoto inscribitur summatim colligēdum est / quid uotū quid in uoto petēduz z quādo z quo modo . definitio uoti partim ab Orpheo/partim a Platone sumpta hec est. Votum est ardēs affect⁹ casti animi deo dedit⁹/z qō bonum videt exoptās/huic affectui zoroaster z orpheus subfumigationes z characteres adhibuerūt:quotiēs ad secūda numina pces dirigerentur: Mercuri⁹ ac Plato cū supmi numinis maiestatē uenerabant/externas oēs cerimonias auferebāt solā ac purā fragrātiam animi relinquētes:sed de his oibus in nostris cōmētarijs diligētius. In uoto petēdum Plato vult bonū idqz ex eo patet/q petitionē hāc poete lacedemoniozūqz cōprobat: eāqz tutā z prudēti z impudēti esse putat:uotūqz huiusmodi z a quolibet z semper fieri posse: Petitionē vo certi cuiusdā z propij boni tunc demū esse securā/cum prudētiam quis fuerit cōsecutus: alias aūt periculosam. Ubi multa de prudētia disserit:que tu vir omniū prudentissime Cosme lege obsecro diligēter/ut quāti faciat prudētiam prozsus agnoscas. Uniuersalis ergo precatio/qua bonū solūmodo petit/semp fieri pōt: ppria vo quā certū aliquod qō bonū videt/optat:tūc facienda cum quid poscēdū est quis nouerit:tūc id noscet/cum quid bonū quid malū est:intellexerit. Id intelliget:cum a mēte didicerit/discet. Cum se ad illā cōuerterit. Cōuertet:cum purgauerit aiam tenebrasqz expulerit.purgabit cum seipsum legitime philosophie dediderit. Tradet cum suā ignorantiā recognouerit: Nosce ergo teipsuz templo apollinis est inscriptū/ne quis temere deū ozaturus accederet. Quo autē ordine in oratione prozpria sit ozādū. Mercurius in orationib⁹ suis z in eius hymnis Orpheus z Pythagoras in carminib⁹ aureis docuerunt quoz ritus alias exponemus. Plato deinde hos theologos imitat⁹/in li° de pulchritudine ozantē sic socratē introducit. O amice pan atqz cetera numina date obsecro:ut intus pulcher efficiar. Et quecūqz mihi extrinsecus adiacēt/intrinsecis sint amica . Sapientē solū divitē putē: Tantū vo huius auri tradite/quātū nec ferre nec ducē alius q̄ vir tēperans possit: Quid petit socrates: Bonū. Quod bonū: Sapiētiam/hoc est ueritatis diuine cognitionem:quā dare solus deus pōt: quā accipe solus aius pulcher idest tēperatus purus candidus valet . Quid poscit in primis:ut dignū sapientia faciat: Temerarij nēpe hois est munus aliquod quo indignus est petere. Quis diuina sapiētia dignus:qui lumē eius ferre paratus est.quis parat⁹:qui per ptinētiam primo deinde per temperantiā/postremo per sanctimoniā idest ciuilē/ purgatoziā purgatiqz virtutē animi/sic animum expiauerit/ut pulcher hoc est purus oīno nitidusqz euaserit: z virtutē iam exēplarem/diuinā scilicet sapiētiam solā:utpote thesaurum omniū diuitiarū optauerit. Iccirco socrates deum patrē omniū z ministros eius amice adspirare precatur:ut illoz benigno propitioqz fauoze purgat⁹ euadat. Lozpozea vo z externa leuiter pertrā sit/eligēs illa sic se habere. ut tranquillā puritatem animi nō impediāt. Deinde pulchritudine hac iam parta/optat ut sapiētiā solā hoc est dei cognitionez esse opulentiā oēz sufficiētiāqz extimet/solāqz sitiat. Postremo quasi per antedicta parat⁹ fulgidū hoc aurū diuine sapiētie postulat. Neqz id superbe:neqz remisse tamē. Animā quippe ueritatis cognitionē intēperati homies sortiūtur:summā z infinitā in se ipso deus amplectit:magnā vo z amplam vir tēperās adipiscit. Tantū igit huius auri postulauit/quātū solus ferre vir tēperans valet:hoc equidē esse aurū ignitū arbitroz quod emendū Joannes in apocalipsi precepit.

Alcibiades secundus de Voto.

SOCRATES ALCIBIADES.

SO: Dum ne o alcibiades precaturus accedis: AL. Et maxime quidē o socrates. SO: Tristitiā quandā pre te ferre videris: z oculos in terrā figere tanq̄ aliquid tecū ipse premeditās. AL: At quid ad hec premeditatione opus est o socrates. SO: Maxima ut mihi videt: nā dic per iouē obsecro:nōne putas deos que precamur z priuatim z publice:nōnunq̄ partim cōcedere/partim minime: z alijs quidē annuere:alijs vo contra: AL. Omnino quidē. SO: Nōne igit tibi videtur magna prouidētia opus esse:ne quis seipsum lateat:dū magna petit mala credēs bona se poscere: dij aūt in eo sint habitu/in quo rogantib⁹ annuūt/quēadmodum edippū ferunt obsecrasse deū/ut filij de regno paterno ferro decernerēt. Cunqz liceret pñtiū malorū absolutionē poscere : alia insup impcabat. Unde ad effectū ista uenerūt : atqz ex ijs alia multa z grauia: que referre singula nequaq̄ opus est. AL: At tu furentē quidē hoiem in exemplū adduxisti:nā quem putas sane mētis hominē audere talia petē: SO. Insanire nōne ꝛriū est ei qō est prudētē eē: AL: Prozsus. SO: Num ex hoibus alij imprudentes/alij prudētes esse tibi vident: AL: Videntur sane: SO: Age itaqz cōsideremus qui nā isti sint. Esse enim alios quidem imprudētes/alios vo prudētes/nōnullos insanos iam cōuenit. AL: Cōuenit. SO. Preterea bene valētes aliqui sunt: AL: Sunt. SO: Egrotātes alij: AL: Dino. SO. Nō ergo ijdē sunt: AL: Non certe. SO: Sūt ne alij quidā/qui neutrū istoz patiantur: AL: Nequaq̄. SO: Necesse enim hominē uel egrotare uel nō egrotare. AL: Videt. SO: De prudentia vo z imprudētia idem iudicas: AL: Quomodo dicis: SO: Opinaris hoiem aut prudētē aut imprudētē eē oportere: An tertiū pterea mediū quiddā quo nec prudēs nec imprudēs homo sit: AL: Nihil pfecto. SO: Necesse igit alterū istoz pati. AL: Appet. SO. Recordaris ꝛcessisse te insaniā prudētie eē ꝛriā: AL: Equidē. SO: Nōne etiā nullā esse mediā passionē/que hoiez nec prudentē nec imprudentē efficiat: AL: Cōsensi quidē. SO: Quin etiā duo esse eidē rei ꝛria quo pacto pñt: AL: Nullo. SO: Imprudentia igitur atqz insania idē esse videntur. AL: Videntur.

SO:Si ergo oēs imp2udentes insanire dixerimus: recte dicemus:7 ex tuis equalib⁹ necnō etate maioribus quicūq3 sunt imp2udētes/insanos esse. Nōne putas perpaucos esse in hac urbe p2udētes / imp2udētes plurimos:quos insanos appellas. AL:Eqdē. SO:An cēses nos tutos inter nos insanos ita uersari/quin pcutiamur ab ijs ac uerberemur/7 quecūq3 furiosi facere cōsueuere patiētes/iādiu penas nō fuisse daturos:Sed vide o beate/ne aliter se res habeat. AL:Quo pacto se habet o socrates:appet enim non ita esse ut putarā. SO:Nō certe ut mihi videt: uerū sic cogitandū est. AL:Quomodo ais:SO:Dicā tibi ponimus aliquos egrotātes esse:nec ne. AL/CI:Dino quidē. SO:Nunquid necessariū opinaris oēm egrotū cruciari dūtaxat podagra uel febri uel lippitudine:An etiam posse alijs morbis affici:cum multe sint morboꝝ species p2eter istas:AL:Sic mihi videt. SO:Dis lippitudo morb⁹ tibi videt:AL/CI:Mihi certe. SO:Et ois morb⁹ etiā lippitudo:AL:Non mihi quidē:nescio tñ quid asserā. SO:Si dicēti mihi mentē adhibeas 7 ambo simul inuestigemus. Fere qō uolumus cōsequemur:AL:Adhibeo q̄ maxime possum. SO:Nōne cōuenit inter nos lippitudinē oēm esse morbū/non omnē tñ morbū lippitudinē esse:AL:Cōuenit. SO:Et recte quidē cōsensisse videmur. Etenim febricitātes egrotāt oēs/non tñ quicūq3 egrotāt / etiā febricitāt/uel podagra/aut lippitudine afficiunt. Sed omne quidez huiusmodi comuniter morb⁹ est:Differre autē medici dicunt illoꝝ curationē:nō eniz oēs aut similes sunt: aut similiter pertractant/uerū p̄m vim p2opziā singuli morbi tñ sunt oēs:Quēadmodū opifices aliquos eē ponimus:nonne:AL:P2orsus. SO:Et cerdones 7 fabros sculptoresq3 7 q̄ plurimos alios/quos referre singulos referre nil opus est / quiue partes opificū discretas habēt/ac oēs quidē opifices sunt:nō tamē fabri oēs neq3 cozziarij neq3 sculptores/ac cuncti generatim opifices. AL:Sic est. SO:Eadez quoq3 rō ne imp2udentiā inter se plurimi partiūtur/7 qui maiorē sortiunt imp2udētie partē/insani furentesq3 uocant:qui uero aliquāto minorē stolidi atq3 attoniti. Qui autē honestioribus uocabulis eadē significare uolūt/partim quidē magnanimos appellāt/partim ineptos quidā nō malos innocuos 7 inexpertos 7 stupidos. Inuenies quoq3 alia multa noīa: quibus omnib⁹ imp2udētia significat. Discrepāt autē ut in supioꝝb⁹ discrepare apparuit ars ab arte/7 a morbo morbus. Tibi uero quid videtur:AL:Idipsuz. SO:Sed ut redeamus vnde digressi sumus/p2oposituū fuit in disputationis exordio:qui p2udētes qui ue imp2udētes essent diiudicare. Cōuenimus aūt tales aliquos eē nōne:AL:Cōuenimus. SO:P2udētes existimas quicūq3 agēda dicēdaq3 cognoscunt:AL:Equidem. SO:Imp2udētes eos qui neutra vidēt:AL:Eosipsos. SO:Nōne qui utraq3 hec ignorāt/seipsos latēt 7 agētes 7 loquentes que nō oportet:AL:Apparet. SO:Ex his hominib⁹ vnū o alcibiades edippū esse dicebā. Reperies quoq3 nostris tpibus plurimos nō impetu cōcitos ut ille neq3 putātes mala sibijpsis:sed bona potius exoptare. Ille siquidē ut nō optabat/ita nec putabat:sunt uero nō nulli qui hoꝝ ꝫia patiunt:Reor equidē te p2imū si forte deus ille ad quē exorandū accedis/sese ocu lis offerēs/te p2iusq̄ aliqd obsecrares/interroga ret satis ne tibi sit athenīesiū tyrānide potiri / nō si hoc qddā exiguū estimares/adderet 7 grecoꝝ oīum/7 si viderit te neq3 istis etiā acqescere/nisi totius etiā europe adjiciat. neq3 id quidē tibi sufficere nisi eadē die sentiāt oēs alcibiadē clinie filium tyrannū esse atq3 ideo hec tibi p2ecederet oīa: reor inq̄ ab eo te ingēti cū letitia rediturum/ac si maxima bona esses feliciter cōsecutus. AL:Arbitror o socrates 7 quēcūq3 aliū quisquis eādē sor tē assequeret. SO:Nō tamē eligeres aīe tue loco adesse tibi grecoꝝ oīuz atq3 etiā barbaroꝝ tyrānidē. AL:Non ut opinor/quippe cū nullo modo usurus essem. SO:Quid si usurus quidē sis/male tñ 7 cū nocumēto:Neq3 sic qdē. AL:Nō pfecto. SO:Cernis ergo tutū nō esse aut que offerū tur / temere acceptare / aut optare/siqs ꝓpterea incōmoda subiturus sit/uel vitā p2otinus amissurus. multos aūt referre possemus/qui cū tyranni dē affectassent/inq3 illius adeptionē ardenti studio p2ēdissent/utpote bonū aliqd adepturi/p2opter tyrannidē circūuenti insidijs periere: puto etiā audiuisse te nōnulla heri ac nouissime gesta: cū archelaū macedonū tyrannū tyrannidis amātem delitias:aliquis huiuscemodi delitias nō mi nus q̄ ille sitiēs interfecit: ut tyrannus mox beatusq3 futurus: Cū uero triduū aut quatriduū tyrānide potitus esset rursus ab alijs ex insidijs oppressus perijt:Ut aūt referamus que nō ex audi tu pcepimus/sed ipsi nos p2esentes inspeximus/ vides insuper ex nostris ciuib⁹ quicūq3 p2efecturā exercit⁹ affectātes nacti sunt illā/partim etiam ijs tpibus exules oberrare/partim morte damnatos esse. Et siqui forsitan in extremis periculis 7 timoꝝb⁹ strenue rem gessisse visi sunt / nō modo in ipso exercitu/uerūetiā postq̄ in urbē redīre/ nō minoꝝb⁹ ab insidiatoribus ciuibus q̄ a militibus calūnijs affecti sunt:ut pleriq3 illoꝝ optauerint deniq3 se p2iuatos vixisse potius q̄ in publico munere. Quod si pericula 7 laboꝝes huiusmodi/ad aliquā nobis utilitatē afferrēt / pfecto hoc studiū nō nihil rōnis haberet. Nūc uero lōge cōtra res se habet. Inuenies p̄terea eodē pacto nō nullos boies:qui filios uotis exoptāt/at cū filios adepti sūt:in calamitates doloresq3 maximos incidūt. Maz pleriq3 cū nati per omnē etatē imp2obi perseuerēt/vniuersam vitā meroze conficiunt. Qui uero p2obos filios nacti aduerso quodā casu illis orbant/nihilominus q̄ supioꝝes illi miseri sunt:ut p2orsus eligerēt/nunq̄ se filios genuisse. Et q̄uis hec atq3 alia multa huiuscemodi manifesta sint/raro tñ inueniret qui uel a datis abstineret/uel si orādo impetraturus esset/uotū omitteret:Permulti etiā neq3 ab acqsita tyrānide neq3 a parta p2etura/neq3 ab alijs innumeris/que cū possident ledunt potius q̄ p̄sint/discederēt. quin potius orarēt sibi illa cōcedi siquādo nō adsint. Interdū breue post tēpus p2eterita uota dānāt: ad ꝫia recurrētes. Quāobrem uereor equidē ne homines temere deos incusent/quasi mala ab ijs inferant:ij uero seu p̄teritate q̄dā siue insipiētia

sibijpsis

sibiipsis dolores morte acriores pariunt. Quare prudēs mihi videt poeta ille / qui amicis insipien tib⁹ usus dū eos videret ⁊ agētes ⁊ orātes que il lis mime ꝓducebāt/cū tñ eis utilia viderent / pro oib⁹ sic ait. Iuppiter rex optima q̄dē nobis ⁊ uo uētib⁹ ⁊ nō uouētib⁹ tribue: Mala aūt poscētib⁹ quoq; abesse iube: Recte igit ⁊ caute loqui poeta mihi videt. tu vo siq̄d habes in aio qđ aduersus hec ꝓferas ne sileto. AL: Difficile est o socrates: in is que bene dicta sunt/ꝺdicere. Illud autem co gito quātū malū sit hoib⁹ ignorātia/quādoq̄dem ꝓpter hāc nos latet cū male q̄d agim⁹: ⁊ qđ deter rimū est/ob eā pessima nobis qñq; precamur: qđ quidē nemo putaret: Sed illud q̄libet opinaretur posse videlicet se sibiipsi non pessima sed optima petere. hoc enim reuera execrationis cuiusdā nō uoti sile esset. SO: At forte o optime diceret q̄spi am te simul ac me sapientior haud satis recte nos loq̄ dū sic temere ignorātiam vitupamus: nisi hec adꝺiciamus que nā ⁊ quor ignorātia sit. Quibus dā nāq; certo modo affectis bonū forte est ignorā tia quēadmodū alīs malū. AL: Quid ais: Est ne quicq̄ qđ alicui quomodocūq; se hñti / ignorare aliqñ ꝓstet q̄ cognoscere: SO: Mihi sane videt ti bi minime. AL: Nō per iouē. SO: Enimuero nec illud te aduersus matrez patrasse vnq̄ uelle iudi cabo/qđ orestē ⁊ alcmeona ⁊ siqui tales fuere cō misisse ferūt. AL: Bene ominare per iouē o socra tes. SO: Nō decet o alcibiades eū qui inq̄t te nol le ista feciſſe: iubere ut bene ominet: sed potius si quis ꝺia diceret postq̄ facinus tā horrēdū tibi vi deret: ut ne ꝓnūciari q̄dē facile debeat putas orestē si prudēs fuisset: ⁊ q̄d bonū sibi nouisset: scelus tā tū ausurū fuisse: AL: Nō certe. SO: Neq; aliū ut arbitror ullū. AL: Nullū. SO: Malū igit ut vide tur ignorātia optimi ⁊ qđ optimum est ignorare: AL: Mihi sane videt. SO: Nōne ⁊ illis ⁊ ceteris oib⁹: AL: Fateor. SO: Cōsiderem⁹ ꝓterea ⁊ hoc q̄d euēturū eēt/si tibi quoq; adesset ignorātia que dā qua periclē nō cognosceres/dū opinareris me lius esse periclēdam qua periclē nō tū interficere/ ac sumpto gladio ad fores illius ꝓperās interro/ gares num int⁹ sit: uolēs illum dūtaxat/nec aliū quenq̄ occidē/domestici aūt illū int⁹ eē rnderēt. Neq; tñ dico te q̄cq̄ huiusmodi cōcupiscere: sed an videat tibi/qđ q̄dē nihil ꝓhibet/ignorāti quid sit optimū/adesse posse interdū opinionē/ut iudi ces qđ est pessimū nōnunq̄ optimū esse/An nō ti bi videt: AL: Vino q̄dē. SO: Ergo si domū ingres sus/videsq; illū opineris aliū esse/nū ipsum pime res: AL: Nō per iouez ut mihi video. SO: Non enim quē sors offerret/sed quem statueras: nōne: AL: Prorsus. SO: Nū ⁊ si frequēter inuaderes/ semp aūt ignorares periclē / vnq̄ in eū irrueres: AL: Nunq̄. SO: Orestē vo putas vnq̄ manus in laturū fuisse matri/donec eam minime coguisset: AL: Nō arbitror. SO: Neq; enim ille quecūq; oc curreret mulier/sed matrē suā dūtaxat necare de creuerat. AL: Sūt hec uera: SO: Itaq; hoib⁹ sic affectis: ⁊ in ꝗsdē opinionib⁹ inuolutis / ignorare talia prestat. AL: Videt. SO: Vides iā q̄ ignoran tia quedā hoib⁹ certo quodā modo dispositis bo nū q̄ddā est/nō aūt ut tibi videbat malū: AL: Appa ret. SO: Preterea si uolueris qđ deinceps in medīū afferet mirabile dictu/discutere forte ꝓbabile tibi vi debit. AL: Quid istud o socrates: SO: Videtur sane ceterarū oium sciarū possessio nisi qs sciam optimi nactus fuerit/raro quidē ꝓdesse/obesse plerūq;: illi qui sit huiusmodi scientiis ꝓdit⁹. Sic aūt ꝓsidera. Nō ne necessariū tibi videt: cuz aliquid facturi uel dictu ri sum⁹/oportere nos prius quidē uel putare cogno scere uel uere cognoscere qđ prōptius agere ⁊ loqui debemus: AL: Mihi plane videt. SO: Num rheto res statim uel cū sciūt ꝓsulere uel saltē scire se putāt/ ꝓsulunt nobis passim: ꝝ quidē de bello ⁊ pace: illi vo de menib⁹ ꝓstruēdis: uel de portib⁹ preparādis mu niēdisq; ⁊ ut sūmatiz dicā quicquid ipsa ciuitas agit aduersus aliā ciuitatē uel in seipsa / rhetoꝝ consilio perficit. AL: Vera narras. SO: Vide ⁊ que sequūtur si fieri pōt/Vocas aliquos prudentes/imprudentes alios: AL: Voco. SO: Et multos quidem imprudentes: prudentes vo paucos: AL: Profecto. SO: Non ne ad aliquid respiciens/utrosq; nūcupas: AL: Imo. SO: An eum qui ista consulere nouit nisi sciat docere utrum melius/⁊ quid melius/prudētem di// ces: AL: Nequaq̄. SO: Neq; ut arbitror quicunq; pugnare nouit/ignoret tamen quādo ⁊ quātum me lius. AL: Sic est. SO: Neq; siquis quēpiam perime re sciat/⁊ pecuniis spoliare ac exulem a patria face re/nisi sciat etiam quādo ⁊ quem/melius sit. ALCI BIA: Minime. SO: Quicūq; igitur horum aliquid nouerit modo adsit etiam sciētia optimi: que quidez eadem ⁊ utilis scientia est/hunc forte prudentem uo cabis. AL: Hunc ipsum. SO: Prudentemq; ipsum dicemus sufficientem esse sibi ⁊ patrie consultorem. imprudentem vo contra: quid nam tibi videtur: AL CIBIA: Idem. SO: Quid autez siquis equitare aut sagittare sciat/uel palestram uel pugillariam uel ali ud quoddā certum exercere/aut aliud aliquid eorū quecūq; per artem nouimus/quo nomine appellas eum qui intelligit quid in arte melius fiat: an nō ſm equestrē artē/equitē ſm pugillariā pugilē: tibicinari am tibicinē: atq; in alīs eodem modo: an secus: AL CI: Sic certe. SO: Num tibi videt qui horū aliquid intelligit/vir prudēs appellādus: an lōge adhuc ab/ esse: AL: Longe per iouē. SO: Qualē igit ciuitatem eam putabis/que ex peritis sagittarīs ⁊ tibicinibus athletisq; ac ceteris artificibus constet / sint insuper admixti militarem callentes artem / ⁊ qui ad interi mendum prompti/necnō inflati ciuilium rerum ad ministrationes / desit aūt optimi sciētia/⁊ qui nouit quādo ⁊ ad quē vno quoq; illorum uti prestat. AL CI: Ignobilē o socrates. SO: Maxime hoc ut arbi tror diceres/siquādo cerneres vnūquēq; illorum am bitiosum ⁊ plurimas sibi partes rei.p. partiētem ad hoc ut potētissimus sit/potētissimuz inq̄ in eo quod ſm artem ipsam est optimum: ab eo vo quod sibi ⁊ rei.pu. optimum/procul aberrātem quippe qui opi nioni sine mente crediderit. Cūq; hec ita se habērēt nonne recte diceremus hanc ciuitatem tumultus q̄ plurimi iniquitatisq; plenissimam: ALCIBIA: Re cte per iouem. SOCRATES: An non necessariuz nobis visum fuit primum quidem putare nos co// gnoscere uel reuera cognoscere hoc quod prompte

sint:alia quadam opus est dicacitate:neq; enim tibi permanere uolunt:ut tibi quoq; videt/EV: Immo mihi videt o socrates que dicta sunt:eadē pene dicacitatē iocūq; admittere.q; eniz illa circūlabant/ego minime in causa sum.sed tu mihi dedalus ipse videris:quantū nāq; in me est:sic illa mansissent/SO:Ui deor igit o amice eo in hac arte q̄ ille prestantior/quo ille sua solū instabilia fabricabat:ego aūt preter mea/ut apparet etiam aliena. Idq; mihi est in arte pulcherrimū q̄ inuitus sum sapiēs. Malim nanq; rationes mihi manere immobileq; consistere/q̄ supra dedali sapiētiā:tantali quoq; diuitias affatim assequi.postq̄ vo tanq̄ delicatior laborē subterfugere mihi videris:ego vna tecū declarare cōtendā:ut me circa ipsum sanctū erudias: nec in medio sermone deficias.Uide num tibi necessariū videat omne sanctū esse iustū/EV:Mihi vo/SO:Nunquid t omne iustū sanctū:aut poti⁹ omne sanctū iustū: Justū vo nō omne quidē sanctū:sed partim sanctum / partim aliud q̄ddā/EV:Nequaq̄ o socrates que dicta sunt assequor/SO: Uerūtamē iunior me nihilominus q̄ sapiētior es/sed ut dixi delicatior es ob sapientie copiam: At o beate vires tuas excita/enitere. Nihil enim arduū est qō diccbā/cōprehēdere.Dico nāq; cōtrariū eius/qō ijs uerbis poeta cecinit.Jouē quidem cōditorē/quine hec oia genuit/dicē nolle.Ubi enim timor ibi t pudor.Ego aūt a poeta hoc discrepo.Num vis quo differo tibi dicā:/EV: Valde/SO CRA:Non videt mihi ubicūq; timor est/ibi etiam pudor existere. Mā multi pauptatē ac morbos ceteraq; huiusmodi ut mihi videt/metuūt: neq; tamen pudore ullo in ijs afficiunt tibi vo nōne idē/EV:Et mihi/SO:At ubicūq; pudor ibi t timor.Quisquis enim pudore afficit atq; erubescit / opinionē prauitatis formidat/EV:Formidat certe/SO: Haud igit recte dicit/ubi timor ibi pudor/sed ubi pudor ibi t timor:neq; tamē vice uersa ubicūq; timor ibi etiam pudor. Amplior enim ut arbitror est timoris q̄ pudoris natura:siquidē pars timoris est pudor:quēadmodū numeri pars est impar:Ideoq; non ubicūq; numer⁹ ibi impar/ubi tū impar/t numer⁹ est:nū tenes?/EV:Maxime/SO:Be hoc in supiorib⁹ percūctabar/utrū ubi iustū ibi t sanctū:an ubi sanctū ibi iustum/ubi tamē iustū/nō semp t sanctū:pars quippe iusti sanctū est.Sic ne an aliter dicim⁹?/EV:Sic utiq;.probe enim dici videt/SO: Aspice itaq; deinceps si sanctū iusti pars est/oportet nos ut apparet cuiusmodi iusti pars sanctū sit inuenire:Si tu ergo me modo aliquid predictorū interrogares/utputa par:cuiusmodi pars numeri/t quis numerus sit:respōderē profecto/qui nō scalinus:sed isoceles / idest qui nō inequilaterus/sed equilaterus est/An nō idē tibi videtur?/EV:Mihi certe/SO:Conare igitur tu quoq; me ita docere cuiusmodi iusti pars sanctū est ut t melito cōfestim obijciā:ne ulteri⁹ iniustitie nos:t impietatis accuset:q̄ppe cū abs te que pia:que sancta:queue cōtraria sunt ad sufficiētiā didicerimus. EV:Eā iusti partē o socrates sanctū t piū esse reor:que circa deorū curā uersat:que vo ad hoium curā pertinet/reliquā esse iustitie partē.SO:Probe o euthyphron dicere mihi videris:sed paulū quid ultra req̄ro:Curā enim quā uoces/nōdū intelligo. Neq; forte dicis hāc curā talē eē: quales cure sunt:que ad alia spectāt:Ut ecce cum dicimus. Nō quiuis equos curare nouit/sz equester:an nō:EV:Prorsus.SO:Equestris nāq; facultas equorū cura est. EV:Utiq;.SO:Et uenatoria canum t buccolica boū.EV:Omnino.SO: Sanctitas aūt ac pietas cura deorū:sic ne o euthyphron asseris:EV:Assero.SO:An nō cura ois idē intendit/ut quiddā huiusmodi/bonū t utilitatē ei qō curat / afferre t ut equi ab equestri diligētia iuuant: ac meliores euadūt:An nō sic vidētur:EV:Mihi plane.SO:Et canes a uenatorū peritia:t a buccolica boues/ac reliqua cūcta similiter. Num in dānū eius qō curat/curā tēdere putas:EV:Non per iouem.SO CRA:Ad utilitatem vo:EV:Quid ni:SO: Sā ctitas quoq; cū deorū cura sit/dijs ne prodest:ac meliores efficit:Atq; id ipse cōcederes/ut cū sanctū quippiā peragas/deorū aliquē facias meliorē EV:Nunq̄ per iouē.SO:Neq; ego o euthyphrō id te dicere arbitror: lōge enim a me suspitio hec abest.propterea te rogaui qualē ne curā deorū dicerem:nō existimās huiusmodi quādam te dicere. EV:Et recte quidē o socrates:non enim talē asserо.SO: Age que nam deorū cura sanctitas erit:/EV:Qua o socrates serui dominos curant. SO CRA:Intellígo:ministra quedā deorū ut videt/cura hec erit.EV:Prorsus. SO: Potes ne dicere/ad quid suppeditet medicis cura medicoq; ministra:nōne ad sanitatē:EV:Ad hanc ipsam.SO CRA: Minister vo facultas eorū qui naues cōstruunt/ad quid illis ministrat:EV : Ad nauis fabricā.SO:Et que domorū edificatoribus nonne ad domus constructionem:EV:Immo.SO:Dic itaq; mihi vir optime / cura illa ministra deorū / ad cuius opis effectionē dijs obsequitur:perspicuū est te scire: cū diuina te nosse pre ceteris oibus affirmaueris.EV : Et uera loquor o socrates. SO CRA: Dic ergo per iouē quid est mirificū istud opus qō dij nobis ministrātib⁹ faciūt:EV : Multa profecto ac pulchra o socrates.SO:Exercitus quoq; duces multa t pulchra efficiūt o amice/uerūtamē precipuū dicer es opus illorū eē/in prelio superare:an nō:EV:Quid ni:SO:Multa preterea atq; pulchra ut arbitror agricultores:summa tū illorū est:ex terra alimēta colligere. EV:Prorsus.SO: Multorū vo:pulchrorūq; facinorū que dij pficiūt/que nā summa existit:/EV:Etiā paulo ante dixi o socrates:prolixi opis esse hec oia perfecte cōprehēdē. Si aūtē nūc tibi simpliciter dico q̄ siquis grata dijs loq̄ t agere nouit / uouēs:atq; sacrificās/hec sancta sunt:atq; hec officia tum domos proprias tū ciuitates cōseruāt.Cōtraria vo impia sunt/t vniuersa peruertūt ac perdunt.SO CRA:Paucissimo⁹ admodū o euthyphron si uoluisses/summā eorū que rogabā explicuisses/sed videris nequaq̄ proptus t libēs ad me docendū accedē:t nūc utiq; posiq̄ id psensisti/dehortatus es atq; aduertisti:qō si respodisses forte sanctitatē abs te didicissem:nūc aūt/necesse est enim interrogātē iterrogatū sequi quacūq; ducit / quid rursus dicis sanctū eē atq; sanctitatē:/ nōne scientiā quādā uouēdi atq; sacrificādi:/EV:Equidē. SO:Nōne

Adagiū Tantali talenta

Adagiū Ubi timor ibi et pudor.

ſacrificare eſt munera dijs offerre:¶ Vouere autē a dijs petere:EV: Et maxime quidez o ſocrates. SO:Sciētia ergo ꝛ dijs dandi ꝛ ab ijs petēdi ſm hanc rationē ſanctitas erit.EV:Perpulchre o ſocrates qđ dicebam intellexiſti.SO:Auidus ſum o amice ſapiētie tue.mentēq; adhibeo:ne uerba fruſtra effundas.At mihi dicas oꝛo/que nam hec eſt miniſtratio erga deos:¶ An eſſe dicis ab ijs petere aliquid ꝛ ijs dare:EV:Certe.SO: Recte ab illis petere/nonne eſt ea petere/quibus egemus:¶ Recte autē dare ea quib⁹ indigēt/illis offerre:¶ Neq; eniz artificioſum eēt ea alicui qb⁹ nō indiget elargiri.EV:Uera narras o ſocrates.SO: Mercatura igit quedam o euthyphꝛon inter deos ꝛ hoies mutua ſanctitas erit.EV:Mercatura ſi ſic eā nominare lubet.SO:At nihil mihi placet / niſi ſit uerū:Dic ergo que nā dijs ex muneribus noſtris utilitas.Que enim dent vnicuiq; patere pōt. Nihil enim nobis eſt bonū quin illi prebeāt:que vo a nobis accipiūt:quid illis cōferūt:¶ An tanto ipſis in hac mercatura preſtamus:ut cum nos oia ab illis bona ſuſcipiamus / ipſi nihil a nobis boni repoꝛtent:¶EV:Num opinaris o ſocrates deos:ijs que a nobis accipiunt/aliqua ex parte iuuari:SO:At quid tandē erūt hec noſtra dona dijs oblata.EV THY:Quid putas aliud q̄ honorē ueneratiōnē ꝛ ut modo dixerā gratiā:SO:Gratū igitur erit o euthyphꝛon ſanctū:nō autē utile aut placitū dijs. EV:Reor eqđē maxime omniū placitū.SO:Hoc igit iterū ſanctū eſt:dijs placitū. EV: Maxime. SO: Et miraris cū hec dicas:q̄ rationes tibi nequaq̄ cōſiſtere/ſed uacillare potiꝰ uideant:ac meueluti dedalū culpas: q̄ eas nutare cōpellā cū tū ipſe lōge admodū artificioſioꝛ ſis q̄ dedalus / dū ipſe facis ut ſermones circulo reuoluant.An non ſentis oratiōnē rurſus in idez refluere:¶ Meminiſti in ſupioꝛibus ſanctū ꝛ amicū deo haud eadez: ſed diuerſa inuicē apparuiſſe:EV:Meminī.SOCRA: Nunc vo nequaq̄ animaduertis te ſanctum deo placitū dicere:hoc autē nihil aliud eſt q̄ deo amicū:An nō:EV:Omnino.SO:Ergo aut tunc non recte cōceſſimus/aut ſi recte tūc/modo nō recte iudicaremus.EV:Uidet.SO:Igitur a principio rurſus qđ ſanctū ſit/examinandū eſt. Mā ego anteq̄ diſcā uolens ac libēs adſtare nequaq̄ uereboꝛ.Sed ne me contēnas immo mētē penitus adhibēs q̄ maxime nunc exprime ueritatem. Noſti enim ſiqs hoium alius. Neq; dimittendus es quē admodū protheus priuſq̄ dixeris. Mā niſi liqdo ſanctū ac prophanum nouiſſes/nunq̄ mercēnarij cuiuſdā gratia: virū ſenē ꝛ patrē ut reum mortis perſeq̄ ſtatuiſſes.Sed deos timuiſſes/ne forte minus id recte aggrederēris:atq; ex hoium conſpectu erubuiſſes. Nūc autē noui q̄ plane ſanctum ꝛ prophanū cogſcere opinaris:Dic ergo o optime euthyphꝛon:neq; nos celes qđ ipſum exiſtimes:¶ EV:Alias o ſocrates:nūc iam alio propero:horaenim eſt ut abeā.SO:Quid agis amice:¶ Magna de ſpe me nunc abiens deieciſti:qua ſperabā abste quid ſanctū qđ nō ſanctū diſcere atq; ita meliti accuſationē liber euadere:oſtēdens illi q̄ ab euthyphꝛone diuinoꝛ ſapiētiā adeptꝰ fuerim: neq; ulteriꝰ ex mea rudiq; ſnia nouū aliqđ de diuinis inductur⁹ ſim. ſed reliquū omne tps melioꝛ admodū ſim victurus. ¶Finis Euthyphꝛonis.

¶Argumentū Marſilij in Parmenidē de vno rerum omnium principio.

Cum Plato per oēs eius dialogos totiꝰ ſapientie ſemina ſparſerit/in libꝛis de rep.cuncta moꝛalis philoſophie inſtituta collegit:oēz naturaliū rerū ſcientiā in timeo: vniuerſaz in parmenide cōplexus eſt theologia:cūq; in alijs longo interuallo ceteros philoſophos anteceſſerit in hoc tandē ſeipſum ſuperaſſe videt:ꝛ ex diuine mentis aditis intimoq; philoſophie ſacrario celeſte hoc opus diuinitus depꝛomp ſiſſe:Ad cuius ſacrā lectionē quiſq; accedet prius ſobꝛietate animi mētiſq; libertate ſe pꝛeparet q̄ attrectare myſteria celeſtis opis audeat.hic eniz diuꝰ Plato de ipſo vno ſubtiliſſime diſputat: quemadmodum ipſum vnū rerū oium pꝛincipiū eſt: ſuper oia/oiaq; ab illo. Quo pacto ipſum extra oia ſit ꝛ in oibus oiaq; ex illo per illud atq; ad illud: At huius qđ ſup eſſentiā eſt/vnius intelligētiam gradatim aſcendit:Unū quippe in triplici oꝛdine reperit: In ijs que fluūt/atq; ſenſibus ſubijciunt:ꝛ ſenſibilia nominant.In ijs etiā que ſemp eadē ſunt: ꝛ intelligibilia nuncupātur/nō ſenſibus amplius / ſed ſola mēte percipiēda. Nec in ijs tantū uerūctiā ſupza ſenſum ꝛ ſenſibilia/intellectūq; ꝛ intelligibilia ipſum vnum exiſtit. Quāobꝛē hoc in dialogo zenon eleates pꝛimo parmenidis pythagoꝛici diſcipulus vnū eſſe in ſenſibilibus pꝛobat/oſtēdēs q̄ ſi hec multa cēnt:nullo modo vniꝰ natura participātia/errores plurimi ſequerent:Deinde ſocrates zenoni nō repugnās quidem/ſed cum altius eleuās/ad cōſiderationē vnius ꝛ vnitatū/que in rebus intelligibilibus inſunt: pducit ne in hoc vno/qđ ſenſibilibus ineſt/moꝛetur.Ex hoc igit ad ideas inueſtigādas pueniūt: in quib⁹ rerū vnitates cōſiſtūt:poſtremo parmenides ipſe ſenioꝛ haud quaq̄ ſocrati cōtradicēs/ſed incohatā contēplationē eius abſoluēs/integrā idearū explicat rationē:Ubi quatuoꝛ de ideis queſtiones inducit: pꝛimo utrū ſint: ſcōo quoꝛ idee ſint ꝛ quoꝛ minime. Tertio quales ſint/quāue vim habeant:quarto quomodo ab ijs que infra ſe ſunt/participant:hinc iam ad vnū qđ ſup intelligibilia ꝛ ideas exiſtit aſcendit ipſe/nouēq; de illo ſuppoſitiōes adducit.Quinque ſi vnū ſit/quatuoꝛ:ſi nō ſit vnū/querēs quid utrinq; ſequat:he vo ſuppoſitiones a triplici vniꝰ ꝛ duplici ipſiꝰ nō eſſe partitione ducunt.Unū quippe triplex ſup eſſe in eſſe poſt eē repertū. Ipſum vo nō eſſe gemine conſideratioꝛi ſubijcit:Aut eniz nullo modo eē/ aut partim eſſe:partim non eſſe quis cogitat. pꝛima itaq; ſuppoſitio tractat/ſi vnū ſup eſſe exiſtit/quid circa illud ad ipſum ꝛ ad alia ſequit.Secūda/ſi vnū cū eē eſt/quomodo ſe habet ad ſeipſuz atq; ad alia. Tertia/ſi vnū ſub eē ponit qđ illi ad ſeipſum aliaq; contingit.Quarta/ſi vnū ſup eē cōſiſtit / quomodo ſe habēt alia ꝛ ad ſe ꝛ ad vnum.Quinta/ſi eſt illud vnū qđ cū eē locat/qđ alijs ad ſe ꝛ ad illud accidit. Sexta/ſi nō eſt vnū/ita ut partim ſit/partiz minime ſit/qua ſe ratione ad ſeſe ꝛ ad alia hēat:Septima/ſi nō eſt vnū/ita ut nullo modo ſit/quo pacto ſe habet

ad seipsum atq; ad alia. Octaua/si nō est vnū ita:ut partim sit:partim nō sit/qd aliis ad se ꝛ ad illud eue niat. Nona/si nō est vnū:ita ut nullo modo sit.quid alia ad sese ꝛ ad illud veniq; patiātur. In ijs oībus generatiz itēdit parmenides potissimū hoc asserere q; vnū oiuz pncipiū sit/eoq; posito ponant oia/sub lato autē / interimant:Itaq; in primis quinque sup positionib⁹ qnque rerū gradus posito vno in rerū ordine tradit. In quatuor vo sequētibus inqrit quot absurda quot errores quātaq; mala ipso vno subla to sequātur. Prima ex qnque superioribus de vno su premoq; deo disserit:quomodo procreat disponitq; deorū sequētiū ordines.secūda de singulis deoz oz dinibus:quo pacto ab ipso deo proficiscunt.Tertia de diuinis animis.Quarta de ijs que circa materiā fiūt:quomodo a supernis causis producūtur.Quin ta de materia prima quēadmodū suapte natura spe cierū est expers/ꝛ a primo vno dependet.Illud insu per aduertēdū est/q; in hoc dialogo cū dicit vnū py thagoreoz more queq; substātia a materia penitus absoluta significari potest:ut deus:mēs: anima.Cū vo dicit aliud ꝛ alia:tam materiā q; illa:que in mate riam fiunt/intelligere licet. His ergo premissis atq; seruatis ad ipsum dialogum ueniamus.

¶ Parmenides de vno rerum omniū principio.

CEPHALVS:ADIMANTVS:ANTIPHON GLAVCON:PYTHODORVS: SOCRA TES:ZENON:PARMENIDES. CEPHA:

Dum domo e clazomenis athenas pro fecti essemus:iuxta forū adimantū ꝛ Glauconē offendimus.Et manū meā prehendēs adimantus:salue inquit o cephale/ꝛ siquo indiges qō nostre fa cultatis sit:iube. At ego inq; ad id ue ni in quo uestra opera indigebo:expone inquit:quid sit quo indiges:Cū ego fratri uestro germano qō no men erat:nō enim memini.Erat enim ferme puer / quādo huc e clazomenis accessi:longū vo interces sit tēporis interuallū: patri tamē eius pyrilāpes nomē fuisse arbitror:prorsus inqt:ipsi vo nomē antiphon. sed quid potissimū queris? Isti inq; cōciues mei ar dentes sunt sapiētie amatores:audierūtq; hūc anti phonem diu pythodoro zenonis socio familiariter usum:rōnes quas quondā socrates:zenon:atq; par menides inuicē pertractarūt / cum a pythodoro fre quētius accepisset:memoria retinere. Vera inqt di cis:Has itaq; audire desideram⁹:Haud difficile id est:nā dū eēt adolescētulus/eas diligēter meditabat Nūc vo apud auū: cui idem est nomē:circa rē eque strem ut plurimū uersat.Ceterū si opus est/ad eum pficiscamur.Nuper enim hinc domū abijt:habitat aūt prope in melita.Cū hec dicta fuissent/accessim⁹ domiq; inuenimus Antiphonē frenū quoddā aptan dū fabro tradentē:Postq; vo ab illo discessit/ꝛ fra tres/nostri aduentus causam retulerūt/agnouit me ex priori illuc accessu:ꝛ ꝓgratulatus est. Nobis aūt orantibus ut disputationē illā referret/primo quidē recusabat:esse enim operā nō mediocrem deinde ta mē exposuit.Dixit ergo antiphon pythodorū enar rasse/zenonē atq; parmenidē uenisse quondā ad ma gnorū panatheneorū celebritatē: ꝛ parmenidē iam senē fuisse atq; canū/aspectu decoz/annos ferme qnque ꝛ sexaginta etatis agētē.Zenonē vo annos pene quadraginta natū:procero insuper ꝛ grato corporis habitu:parmenidiscq; familiarē.Diuer tisse aūt illos ait apud pythodorū extra menia in ceramico:quo etiā aduentasse socratē / aliosq; cū socrate plurimos: scripta zenonis audire cupien tes: Nā tūc primū ab illis in eā urbem inuecta:so cratē vo co tēpore admodū iuuenē extitisse: legis se autē illis zenonē ipsum: parmenidē enim forte extra domū fuisse: Ac parū supfuisse legēdū/quan do se intrasse domū vna cum parmenide ꝛ aristo tele qui de triginta viris vnus fuit / pythodorus aiebat:Unde pauca que legēda restabāt audisse: Ueruntamē a zenone prius omnia percepisse.

Quorum ijs auditis/socratē vixisse ait uti primā sermonis primi suppositionē ite rum legeret.Qua lecta statim sic intulis se:Quomodo id dicis o zenon q; si mul ta sunt ea que sunt/oportet illa similia atq; dissimi lia esse hoc autē esse impossibile: Neq; enim dissi milia:similia:neq; similia dissimilia eē posse. Nō ne sic dicis:Sic certe rñdisse zenonē: Nōne si im possibile est:dissilia silia esse:ꝛ silia dissilia/ēpossi bile etiā multa esse:Nā si multa eēnt:impossibilia ista cōtingerēt:Rum hoc est:qō sermones tui uo lunt:neq; aliud quicq; intendūt/q; per oia que di cunt asserere q; multa nō sint huiusq; ipsius vnā quāq; rationē coniecturā esse putas: ac totidē cō iecturas inuestigasse te cēses/quot rationes attuli sti q; multa nō sunt:Sic ne dicis? An ipse nō recte percipio:Immo respōdisse zenonē/optime quid hec scripta sentiūt/intellexisti.Intelligo dixisse so cratē o parmenides q; zenon iste nō amicitia solū cōspirare vult tecū:sed ijs etiā:que cōposuit.Idē enim quodāmodo qō ꝛ tu/scripsit/uerū permuta tione quadā nos decipere tentat:quasi aliud q; tu dicat.Nā tu in poematib⁹ vnū ais esse ipz omne: atq; huius argumēta q; pulcherrima exhibes:hic vo rursus non multa esse ait:coniecturasq; ꝛ ipse permultas ac ualidas prebet. Dū ergo alter vnū dicit/alter nō multa/ꝛ cū in modū utercq; loquit / ut nō videant idē inferre cū tñ eadē ferme dicāt / videntur nobis ista supra nos dici. Ita est o socra tes dixisse zenonē: nō omnino tamē ueritatē eorū que scripta sunt/persensisti: q; uis ceu canes lace ne bene trāscurris ꝛ inuestigas dicta.Sed primū quidē hoc te latuit / q; nō omnino sic se extollunt huiuscemodi scripta:ut eā ob causam scripta sit: quā tu putas ut hoies celēt:quasi egregiū quiddā hinc efficiat.Verū tu quidē cōtingēs quiddā dixi sti.Sunt autē hec reuera cōscripta in suffragium Parmenidis aduersus eos qui illū carpe nitunt/ dicentes:siquidē vnū sit omne / ridicula plurima huic opinioni/ac etiā repugnātia sibi penitus euē tura:hec quoq; scripta eos qui multa esse uolunt/ impugnant/ac plura obijciūt:ut pateat multo ab surdiora ex opinione illorum sequi:q; scilicet mul ta sint/q; ex opinione parmenidis q; sit vnū/sicjs diligēter examinauerit.ob hāc itaq; contētionem in ipsa iuuētute librum composui:quē surripiens quispiam edidit anteq; cōsultare mihi liceret/an

efferendus esset in lucē nec ne? Id ergo te fugit o socrates / q̄ existimas non a iuuenili certamine / sed a senili ambitione scriptum fuisse. Verūtamē ut dixi / non inepte coniecisti. Accipio inquit socrates: & puto sic se ut dicis habere.

Sed hoc mihi respōde: putas ne eē ipsaz per seipsam speciē quādā similitudinis? & huic aliā quandā contrariā dissimilitudinis speciē: in quib⁹ duobus & ego & tu participem⁹ & alia que utiq; multa uocam⁹? atq; ea quecūq; in similitudine participāt / similia fieri eatenus / quatenus participāt? que vo dissimilitudine dissimilia & que utrisq; utraq;. Quod si oia in utrisq; cōtrarijs existētibus participāt / & quia utrorūq; participia sunt / similia & dissilia inter se sunt / qd mirū? Siqs enim ipsa similia dissimilia eē diceret / ul dissimilia ipa / similia mōstrū quoddā / ut arbitror esset: Sinautē participantia in utrisq; quispiaz utraq; pati assereret / nihil mihi o zenon mirandū esse videret. Neq; etiā id mirarer: siqs cuncta vnū diceret: ex eo q̄ in vno participant: atq; hec eadē rursus multa / quia in multitudine quoq; participāt. At si qō ipsum vnū est hocipsum multa esse ostēderit / & ipsa multa / vnū / iam summope admiraboz. Ac de ceteris oibus eodē modo: Hā si genera ipsa & spēs & in seipsis asserat ista cōtraria in se recipe. admiratione profecto dignū erit. Etenim siquis me vnū ac multa esse demonstret / cur mirandū: siquidē uolēs multa me asserere / dixerit alia esse dextera mea / sinistra alia / alia anterioza / alia posterioza: & supioza deniq; ac inferiora similiter: multitudinis quippe ut arbitroz / particeps ipse sum: & quādo vnū me ostēdere uelis: dixerit / q̄ e nobis qui septē sumus / ego vnus homo sim: vni⁹ particeps / similiter nihil mirū. Quā obrem uera utraq; affirmant. Si ergo quispiā talia conet vnū & multa eadē demonstrare / lapides videlicet ac ligna & reliqua huiuscemodi / vnū & multa ipsum ostēdisse fatebimur non tamē vnum multa / neq; multa vnū: neq; mirabile quippiā predicasse: sed qō oēs cōfiteremur. At siquis eoz um que paulo ante dixi / primū quidē species ipas ꝑz seipsas seorsum distingueret / ueluti similitudinez: dissimilitudinē: multitudinē: vnū statū: motū: cetera q; huiusmodi / deinde in seipsis ista cōmisceri secerniq; posse assereret obstupescerē equidē o zenon. Et si ea que scripsisti / ut virū forte decet / pertractata eē reor. multo tamē magis mirarer atq; letarer: siquis posset hāc eandē questionē in ipsis speciebus penitus implicitā quēadmodū in reb⁹ que vident expositū est: ita & in ijs que ratione cōprehendūtur / clarius explicare: Dū hec socrates diceret: aiebat pythodorus se putasse parmenidē & zenonē in singulis esse aduersus socratem indignatos: Eos autē summa quadā attētione auscultasse / ac frequēter alterutrū respiciētes subridisse / quasi socratem admirātes. Unde cum finē socrates loquendi fecisset: dixisse parmenidem o socrates q̄ dignus es admiratione ꝓpter impetū quo

a ad rationes promptus accedis.

Verum mihi dicas oro. Tu ita ut dicis seorsum quidem ipsas species discreuisti / seorsum etiā speciebus participantia: videturq; tibi quiddā esse ipsa seorsum similitudo: cuius & nos participes sumus: & vnū rursus ac multa: & oia quecūq; nuper a zenone audisti. Mihi quidē videt socratē respōdisse: Num talia quedā inquis / rogasse parmenidē / ceu iusti speciē quādā ipsam per seipsam & pulchri & boni atq; oīum deniq; taliū: prorsus. Hunc̄d speciem hoīs seorsum a nobis & ceteris eiusdē generis. & ignis etiā & aque speciē? Sepenumero inquit socrates in hac sum ambiguitate uersatus utrum de ijs perinde ut de supioribus dicēdum sit / an secus? Utrum de ijs etiā dubitasti o socrates / que ridicula forte / qs putet / sicut de pilis lutoue & macula: & alijs ignobilissimis rebus atq; vilissimis. Num ambigis utrū ponēda sit horū cuiusq; separata species: aliud quiddā ab illis existēs / uel eorū que nos ptractam⁹ siue nō? Nullo pacto inquit socrates / sed hec que videmus hec & esset. speciē vo quandā illorum esse putare / forte nimis ridiculum esset. Aliquādo me olim ea cogitatio perturbabit: ne quid forte sit de oibus idē: postq̄ vo paulisper institi / inde discessi / metuēs ne in profundā deliratiōnē mersus forte perirē: Unde reuersus ad ea que species habere prediximus / circa illa iam uersor: Iuuenis adhuc es o socrates: nec dū te philosophia cōplexa est. Amplectet autē ut mea fert opinio / quādo nihil istorum neglexeris: nunc vo ad opiniones hominū ob etatē respicis.

Et hoc mihi dicas. Videné ne tibi ut aiebas species quedā existere / & ea que illis participāt / illarū cognomēta sortiri: ueluti similitudine participātia: similia magnitudine magna: pulchritudine atq; iustitia / pulchra & iusta uocari? & maxime quidē inquit socrates: Nonne qō cūq; speciei particeps fit / uel totā spēm uel partē accipit? An est alius preter istos participādi modus? Et qs ali⁹ socrates ait: Utrū videt tibi tota species in vno quoq; multorum esse vna existens: an aliter? Quid prohibet esse vnā? Unū ergo & idē in multis seorsum positis totū simul vnū erit. atq; ita ipsum a seipso seorsuz existet: Nequaq̄ inqt socrates. Verū sicut dies vnus deniq; ubiq; simul adest / nec ipse tamen a seipso secernit: ita nil prohibet quālibet speciē vnā & eandē simul multis adesse: nec tamē a seipsa secerni: Belle o socrates vnū idē simul in multis ostēdis: ac si super multos uelamen quoddā extēdēs: dicas vnū in multis totū esse: nōne tale quiddā dicis? Forsitan: An ergo totū uelamē singulis uel pars eius alia alteri aderit? pars. Diuisibiles igit inqt o socrates spēs erūt & que illis participāt / partē capiēt: nec amplius in quolibet tota / sed pars cuiusq; vnū erit. Sic apparet. Voles ne o socrates vnā speciē reuera diuidi ac etiā vnā eē? Nullo modo. Cōsidera itaq; si ipsā magnitudinē partiaris & vnūquodq; plurium magnorū parte magnitudinis minore q̄ ipsa sit: magnū erit nōne procul a ratione videbitur? prorsus. Quid vo ipsius equalis parte vnūquodq; paruum participās / habebit quo minore existente q̄ ipsum equale id qō habet / equale alicui sit? Impossibile: Sed & aliquis nostrū ipsius parui partē habebit / qua ipsum paruū maius est / q̄ppe cū ea pars ipsius existat: atq; ita ipsum paruū maius erit. Id autem cui ablata pars addicit minus erit: & nihilo maius

q̄ antea fuerit: Istud inquit fieri nō posse: Quo igit modo o socrates ait/cetera speciebus participabūt/ Cum nec ſm totas neq; ſm partes cape queant: per iouē non leue quiddā hoc ad determinādū videtur. Ad illud aūt q̄d ais? Quid nā? Reor te ex hoc vnā quālibet speciē ponere. Cū plura quedā magna tibi videnť/vna quedā forsan idea tibi videť/per oia respicieti: vnde ipsum vnū magnū esse putas: Vera dicis: Quid si ipsum magnū atq; alia que magna sunt aio codē modo per oia respicias/nōne vnū quiddā magnū iterū apparebit/quo hec oia magna videri necesse est: Apparet. Iccirco alia iā magnitudinis spēs preter ipsaz magnitudinē ⁊ participātia magnitudine/iterū elucebit: ⁊ in ȳs oibus alia rursus: quatenus vniuersa sint magna: nec amplio vnaqueq; spēs vna erit: sed numero potio infinite: At forsitan inq̄t socrates quelibet harū specierū notio quedā est nec alibi esse q̄ in animis potest: sic enim vnaqueq; vna erit: nec cōtingent ulterius: que dicebanť. Quid ergo inquit: quelibet notio vna est: notio autē nullio notio? At hoc impossibile: Sed cuiusdā? Cuiusdā sane: existētis uel nō existētis? Existētis: Nuq; vnius cuiusdā q̄ notionē illā in oibus sequētē intelligere licet ideā vnā: prorsus: preterea nonne species erit hoc q̄ intelligit vnū esse/semper in oibus idē? Necessarium hoc quoq; videť: Quid vo inq̄t parmenides/an nō necesse est/cū cetera speciebus participēt / ex notionibus vnūquodq; cōstare ⁊ intelligere singula: uel cū sint notiones: nihil tamē intelligere? Sed neq; id inquit ratione habet: uerū q̄maxime sic ista mihi se habere videnť: has quidē species tanq̄ exēplaria in natura cōsistere: cetera vo ȳs similia fieri: atq; esse simulachra: nec aliter ista speciebus participare q̄ q̄ illis similia fiūt. Siquid igit ut ais speciei simile est: num possibile est speciē ipsam nō esse similē eius q̄ ipsi simile factum est? quatenus ipsi factū est simile? An cogitari potest simile nō esse simili simile? Non certe. Simile autē nōne vnius eiusdē speciei necessario particeps est/cuius ⁊ illud cui simile sit: Necesse est: At quo similia participātia similia fiunt: nonne illud ipsa species erit? Omnino: Nō igit pōt quicq̄ speciei simile esse/nec species alteri. Nā preter ipsaz speciē species alia semper emergeret: q̄ si illa cuiq̄ sit similis/alia rursus nec vnq̄ progressus iste cessabit: q̄n noua species semp occurret: si species participāti similis sit: Verissima loqueris: Non ergo per similitudinē cetera speciebꝰ participant: sed alius quidā preterea querēdus est participādi modus: Appa ret. Cernis o socrates quāta sequit ambiguitas siqs quasi species sint: ipsas ſm seipas distinguat? Et maxime inquit. Scito insup te nondū ut ita dixerim cōprehēdere quāta sit difficultas si vnūquodq; existētiū vnā speciē semper quiddā distinguēdo posueris: Quomodo id inq̄t? Multa quidē alia sunt sed hoc est maximū: siquis asserat illas dinosci nō posse / cū sint tales quales esse species oportere dicimꝰ/Eum sanc qui ista diceret: nō posset aliquis redarguere nisi multarū rerū peritꝰ sit qui dubitat: ⁊ ingeniosus. uelitq; preterea sequi demōstrantē/diū plurima lōgo ordine trāsigit: ueruntamē nec etiā persuaderi potest: qui ignotas illas esse coget. Cur o parmenides ait socrates? Quoniā o socrates arbitror ⁊ te ⁊ quē uis aliū quicūq; essentiā quādā cuiusq; ipsam ſm seipsam existentē ponit / nullā nobis inesse speciē cōcessurū. Quo enim pacto inquit socrates ipsa ſm seipsam esset? Recte loqueris. Nōne igit quod cunq; ex ideis inuicē respiciūt: que sunt ipse ad se ipsas essentiā habēt / nō autē ad ea que circa nos sunt: seu simulachra siue quomodocunq; illa quispiā nominet: quibus nos participātes singula eē denoiamur. Que vo circa nos sunt illis equoca: ipsa similiter ad seipsa non ad species sunt: ⁊ sui ipsorū non illarū quecūq; rursus similiter nuncupant: quomodo dicis inquit socrates: Veluti siqs nostrū alicuius dominus aut seruus sit/nō ipsius domini q̄d dominus est/seruus existit: neq; ipsius serui q̄d seruus est / dominus est qui dominus dicitur: sed hec utraq; est tanq̄ homo: Ipsa vo oīa tio seruitutis ipsius existit id q̄d est: ⁊ ipa iterum seruitus eodē modo ipsius oīationis est seruitꝰ: Nec ea que nobis insunt ad illa: nec etiā que illic sunt/ad nos referunť: Sed ut dixi ipa sui ipsorū ⁊ ad seipsa sunt: ⁊ que hic sunt/similiter ad seipsa respiciūt: Intelligis ne q̄d dico: prorsus intelligo. nōne ⁊ sciētia ipsa q̄d sciētia est/illius ipius q̄d est ueritas: scientia est. Omnino quidē: Quelibet rursus sciētiarū que est q̄d est alicuius existētium est sciētia/an nō: profecto: Sciētia vo nostra / nonne ueritatis que circa nos/sciētia erit? Et rursus vna queq; nostra scientia: vniuscuiusq; eorū que circa nos sunt/sciētia. Necesse est. Verūtamē ipsas species neq; nos habere/neq; circa nos esse posse assentiris: Nō profecto: Cognoscunť ne ipsa sciētie specie genera ipsa que singula sint? Certe. Quā spēz nos haud habemꝰ? Nō certe: Nulla igit spēs a nobis cognoscit: cū ipsius sciētie particeps minime simus. Nō apparet. Ignotū itaq; nobis ipsuz pulchrū ⁊ ipm bonū est ⁊ oīa deniq; que ut ideas esse supponimus. Videť: Cōsidera ⁊ hoc etiā grauius: Quid nā? Num fateris si est ipsum quiddā sciētie genus: multo illud prestātius eē hac nostra sciētia: ⁊ ipsam pulchritudinē ac reliqua eodē pacto: Immo: Nonne siquid aliud est ipsius scientie particeps: nullū nisi deū dices supremā habere scientiā? Necesse est. Num poterit deus cū ipsam sciētiā sit amplexus hec nostra dinoscē? Cur nō? Quoniā inq̄t parmenides confessi sumus o socrates neq; species illas ad nostra vim habere quam habēt: neq; nostra etiā ad superna: uerū utraq; ad seipsa referri. Cōsensimꝰ plane. Ergo si apud deū suprema ipsa dominatio est: atq; ipsa supma sciētia / nunq̄ aut dominatio ipsa nobis dñabitur: aut ipsa sciētia nos / uel aliud nostrorū quicq̄ cognoscet: sed ⁊ nos similiter dīs minime imperabimus impio nostro: neq; diuinū quicq̄ scientia nostra pcipiemꝰ. Et illi itē eadē rōne nec nostri erūt dñi neq; res humanas cū dīs sint/aiaduertent. At nōne ualde mirabilis inq̄t: hic sermo videbit: siqs deū cognitiōe priuaucrit: hec q̄dē o socrates inq̄t parmenides aliaq; preter hec multa necesse est specieb⁹ cōtingere/siquidē he rerū idee sint: ⁊ aliquis ipsam quādā vnāquanq; speciē determinet. Unde uacillat quisq̄ hec audit: ac dubitat ne forte idee nihil sint omnino: uel si sint necesse eas esse

humane nature ignotas existimat. Adeo ut qui ista dicit/iferre aliqd videat. Et ut paulo ante di xi/mirū est q̄ sit incredibile/z viri admodū inge nioſi percipe posse q̄ sit genus quoddā cuiusq̄:z ipa ſm seipsam essentia:necnon mirabiliozis viri officiū est/hec postq̄ uenerit/alios docere posse sufficienter oia discernentē: Assentioz o parmeni des inqt socrates: que enim dicis mēti mee mirifi ce cōsonāt. Uerūtamē inqt parmenides: siqs pre dictis rōnibus motus species rerū existētiū aufe rat/neq̄ speciem ipsam vniuscuiusq̄ distinguat. haud sane repiet / quo cōuertat intelligētiā cū nō permiserit ideā vniuscuiusq̄ rerū existētiū eandē semp existere: z in hūc modū disserēdi etiā facul tatē fundit⁹ subuertet: Talē quādā rōnē tu quoq̄ precipue sensisse mihi videris: Uera dicis: Quid itaq̄ de philosophia facies: quo ūs ignoratis te uertes: haud quaq̄ discernere id in presentia vi deoz: Anteq̄ exercitatus sis o socrates: definire aggrederis: qd pulchrū: iustū: bonū: z aliarū que libet specierū: hoc enim pridē animaduerti: hic te au diens vna cū hoc aristotele disputantē: pulcher sa ne atq̄ diuinus mihi crede impetus iste tuus: quo ad rōnes aduolas. Ceterū collige teipsum/diligē tiusq̄ te in ea facultate exerce: que inutilis esse vi deē: z a multis nugatio siue garrulitas nuncupat/ dū iuuenis es: alioqn te ueritas fugiet: Quis exer citationis huiusce modus est parmenides: Iste inquit/quē a zenone audisti: Sed etiā illud tuū ad uersus hūc dictū miratus sum/cū diceres non in ūs que oculis percipiunt/eozūq̄ erroze cogitatio nē sistere oportere/sed ad ea conscēdere que quis maxime ratione cōprehendere/ac species esse pu taret. Neq̄ in hūc modū arduū eē videt: silia vi delicet atq̄ dissilia/ceteraue que reb⁹ existētibus cōpetūt explicare: Et probe quidē dixisti. Est aūt preter hoc: illud etiā obseruādū: ut nō modo si est aliquid supponas / ac deinde que ,pueniūt ex sup positione cōsideres/uerūetiā si nō sit idipsuz sup ponas si pfectius exercitari uolueris: quo pacto id ais. Uerbi causa si uelis circa istā suppositionē quā zenon inuexit/si multa sunt/quid cuēturū est ipsis multis ad seipsa z ad vnū: z vni ad seipsuz z ad multa. Ac rursus si non sunt multa/iterū cō siderādum quid accidat vni atq̄ multis / tum ad seipsa: tū inuicē. Et rursus si supposuerit esse simi litudinē: uel non esse: quid potissimū ex utraq̄ sup positione cōtingat: tā ūs que supposita sunt / q̄ ce teris oibus ad seipsa pariter atq̄ inuicē. Eadem quoq̄ de dissilitudine ratio est: de motu: statu: ge neratiōe: corruptione: eē: atq̄ nō eē: z ut vno uer bo complectar: de quocūq̄ supponit: aut esse: aut nō esse: siue quā vis aliā passionē suscipe: conside randa sunt que ex suppositione proueniant ad se ipsum/z ad quodlibet aliozū: quodcūq̄ elegeris: z ad plura z ad vniuersa siliter. z alia rursus ad seipsa atq̄ ad aliud: quodcūq̄ assumpseris siue ut existēs siue ut nō existēs ipsum posueris: si mo do absolute exercitat⁹ / ueritatē sis penitus inspe cturus: Arduū inquit opus adducis/nec te omni no intelligo. Sed cur ipse nō supponis aliquid il lud eo modo percurrēs: ut clarius intelligā: Grā de o socrates onus seni imponis. Tūc socrates cur nō ipse o zenon hāc rē discutis: Cui zeno subridens respōdit: ipsum o socrates oremus parmenidē: neq̄ enim leue qddā est/qō ait. An nō vides quātū sit ne gociū qō iubes: Quod si plures essemus haud sane id postulare deceret. Indecoz nāq̄ huiusmodi que dā in conspectu multozū tractare / atq̄ id seni preci pue. Ignorāt enīz multi q̄ absq̄ hoc discursu ac per uagatione per oia impossibile sit mētis ueritati con iuncte cōpotē fieri: Ego igit o parmenides vna cum socrate precoz/ut z mihi etiā liceat tāto tēpoze tran sacto hec audire. Cū vo hec intulisset zenon retulit: Antiphon dixisse pythodozū / se quoq̄ z aristotelē ac reliquos oēs obsecrauisse parmenidē/ut qō dixe rat: demōstraret: neq̄ aliter faceret. Tunc demū par menides necesse est inquit obtemperare/z si mihi vi deoz in id qō passus est ibicius equus incidere. Cui profecto equo athlete seniozi curruū subituro certa mē z propter experiētiā euentū extimescēti ibycus ipse se conferē iuitus inqt z ipse iā senex ad amozes regredi cogoz. Eadē rōne ego mihi admodum trepi dare videoz/cū cogito quo pacto possim iā grandis natu tā profundū disserēdi pelagus trānatare. Ob sequēdū tamē/cū z zenon ipse roget: ūdē enīz sum⁹. Unde igit incipiemus: quidue primū supponemus: An vultis postq̄ negocioſum ludū ingressi sumus a meipso meaq̄ suppositione in primis exordiar: de ipo vno supponēs/siue vnū sit siue nō/qd accidat: prorsus inqt zenon. Quis igit mihi respōdebit: An iunioz: min⁹ enim negocij prebebit/z que ipse sentit maxime respōdebit/ut eius respōsio min⁹ me defati get paratus sum o parmenides: Aristoteles inqt me nāq̄ significas/dū iuniorē rūdere iubes. Sed age/ ut lubet interroga me: tanq̄ libētissime responsurū.

Age igit si vnū est/nō utiq̄ multa erit ipsum vnū: At quomodo: Neq̄ igit partē esse il lius aliquā: neq̄ totū esse ipsum oportet: Cur naz: Pars utiq̄ totius pars est: Est. Quid vo: nōne totum est: cui nulla pars deest: pro rsus. Utrinq̄ igit ipsum vnū ex partib⁹ esset / totūq̄ existēs ac partes habēs: Necesse est: Utrinq̄ rursus ipsuz vnū multa potius q̄ vnū esset: Uerū: Oportet autē nō multa: sed vnū ipsuz existere: Oportet: sane: Itaq̄ nec totū erit neq̄ partes habebit/si vnum fue rit ipsum vnū: Non certe: Si nullā habet partē: nec principiū etiā neq̄ finē. neq̄ mediū habebit: partes enim ipsius hec essent. probe: Quin etiā principiū z finis termini cuiuslibet sunt: Quid ni: Infinitū igit ipsum vnū/cū principio fineq̄ careat: Infinitū: Er go z absq̄ figura: neq̄ enim rotūdi: neq̄ recti parti ceps est. Cur rotūdū: pozro id est/cuius extrema vn diq̄ a medio eque distāt: Id nēpe: Rectum vo cuius mediū extremis utrisq̄ precedit: Sic est: Nōne par tes haberet ipsuz vnū: multaq̄ esset si recte uel circu laris figure esset particeps: Omnino quidē: Iccirco neq̄ rectū est neq̄ rotundū/cum partes etiā nullas habeat. Recte. Quin etiā cū tale sit/nusq̄ est. nā neq̄ in alio neq̄ in seipso eē potest: Quāobrē: Si in alio esset: circulo quodā ab eo in quo esset/cōcluderetur/ passimq̄ ab illo ac multis partibus tāgeret: At cum vnū impartibile sit z rotūditatis expers / impossibi le est multifariam circulo tangi. Impossibile: Sin in

seipso esset ipsum seipsum cõplecteret:nõ aliud quid dã q̃ ipsummet existẽs/siquidẽ in semetipso sit:non enim potest quicq̃ in aliquo esse:quin ab illo etiã cõ prehendat:Impossibile certe:An non aliud quiddã eẽt ipsum ut cõprehẽdẽs/aliud ut cõprehẽsuz:nunq̃ enim idẽ ipsum totũ utraqz hec simul pateret ꝛ ageret:quo fit ut ipsum vnũ/nõ vnũ ulteri⁹/sed duo sit: Est ut dicis:Nusq̃ igit est ipsum vnũ / quãdoquidẽ nec in alio nec in semetipso est:Nusq̃:Cõsidera quo so num qõ huiusmodi est aut stare aut moueri uale at.Cur nõ ꝛ Quoniã qõ mouet/uel fert uel alterat: hi quippe soli sunt motus.Esto:Si ipsum vnũ ex eo qõ est alteret:impossibile est alteri⁹ esse vnũ:Impos sibile:Iccirco ſm alterationẽ nõ mouet:Nõ ut vide tur:nũquid ſm progressionẽ:Fortassis.Atqui si ipm vnũ ferat:uel in codẽ motu spherico circũfert/uel lo cũ aliũ ex alio mutat.Necesse.Nonne qõ circulo cir cunfert in medio cõsistere oportet/atqz alias sui par tes que circa mediũ voluãtur:hẽre ꝛ Cui vo nec me diũ neqz pars ulla puenit/quomodo id cogitari põt in circulũ circa mediũ volui:Nullo pacto:An locũ transiẽs alias alibi fit:atqz ita mouetur:forte.Num esse ipsum in aliquo/ut impossibile iã redargutũ est: Immo:An nõ multo magis impossibile ipsum in ali quo fieri:Non intelligo quomodo.Si in aliquo ali quid fit:necesse est nondũ in illo penitus esse:siquidẽ adhuc in illo cõtinue fiat/nec etiam extra illud pro sus extare/siquidem in eo iã fiat:necesse est.Si ergo aliud quicq̃ hoc patit/id solũ patitur cuius partes alique sunt:partim enim in illo iam est qõ patit:par tim simul extra:qõ aũt nullis partibus cõstat/nunq̃ in aliquo totũ eẽ:ac totũ simul abesse poterit:Vera: Quod vo neqz partes habet ullas neqz totum est/ multo magis etiã impossibile est:siue ſm partes:siue ſm totũ alicubi fieri.Apparet:Ergo nec aliquo per gens nec alicubi ingrediẽs locũ mutat:neqz in codẽ reuolutũ neqz etiã alteratũ:Nõ videt.Secũdũ quẽ libet igit motũ immobile est ipsum vnũ:Immobile: Preterea ipsum vnũ in nullo esse posse asseuerauí mus:Asseuerauim⁹.Haud igit aliquãdo in codẽ est: Quãobrẽ ꝛ quoniã iã in illo esset:in quo eodem est. prorsus.At vo nec in seipso neqz in alio ipsum vnũ esse poterat:nõ certe:Nunq̃ igit ipsum vnũ in codẽ existit.Nunq̃ ut videt.Quod vo nunq̃ in codẽ exi stit:neqz quietem agit neqz stat.Neqz enim possibi le.Iccirco ipsum vnũ nec stare neqz moueri videt. Non apparet.Itẽ nec alteri neqz sibiipsi etiã idem est:rursusqz nec a seipso nec ab alio quodã alterum/ Quid ita:Si a seipso alterũ sit/ab vno alterum eẽt: nec eẽt vnũ:Vera:Et si alteri idẽ fuerit/illõ q̃dẽ erit/ nec ipm qõ est / quapropter nec ulterius erit ipm qõ vnũ.sed aliud q̃ddã pter vnũ:Sic est.Ideo idẽ alte ri uel a semetipo alterũ dici nunq̃ debet.Nunq̃ pla ne.Sz neqz alterũ ab alio eẽ põt:donec vnũ est.neqz enim vni cõgruit/ut ab aliquo alterũ sit:sed soli ei qõ alterũ est ab alio.Alteri aũt nulli puenit:pbe:Ex eo igit q̃ vnũ est:nõ erit alterũ:an ipe putas:Nequaq̃/ q̃ nisi hoc nõ seipso:si nõ seipso:neqz ipm:Ipsum vo nullo modo alterũ existẽs a nullo alterũ est:Recte: neqz tamẽ sibiipsi idẽ erit.Cur nõ ꝛ Nõ ea est ipsius vnius natura que ipsius eiusdẽ natura est:quare:q̃a nõdũ idẽ fit aliquid alicui:vnũ efficit.qua de causa: qõ multis idem fit/multa/nõ vnũ fieri necesse est: Verũ:At si ipsum vnũ atqz ipsum idẽ nihilo discre parent.quotiẽs quid idẽ fieret:vnũ quoqz semp ef ficeret:quotiẽsqz vnũ semp ꝛ idẽ.Et maxime q̃dẽ Quapropter si ipsum vnũ sibimet idẽ fuerit:Nõ vnũ sibi existet:atqz ita vnũ existẽs / nõ vnũ erit/ Impossibile id quidẽ.Impossibile igitur ipsum vnũ aut alterũ ab alio aut sibiipsi idẽ esse.Impos sibile hac itaqz ratione vnũ nec idẽ nec alterũ aut sibi aut alteri esse poterit:Nõ profecto.Sed neqz simile neqz dissile cuipiã aut sibi aut alteri:Quã ob causam:Quia simile est:qõ ipsius eiusdem est particeps:Nempe:Ipsum tamẽ idẽ ab vno natu ra secerni ex ante dictis apparuit.Apparuit cer te:Verũtamẽ siquid preter id qõ est vnũ esse/ipm vnũ recipit/patit iam plura esse q̃ vnũ:Id autẽ impossibile est:Ita.Ob hãc causam nunq̃ ipsum vnũ:idẽ esse uel sibi uel alteri patit:Nõ videt.Er go nec simile aut sibimet aut alteri eẽ potest:Sic apparet:Nihilo tamen magis esse alterũ sustinet: etenim plura q̃ vnum esse cõtingeret:plura sane: Quod alterũ uel a se uel ab alio fit.dissile quoqz aut sibiipsi aut alteri cuidã efficit:quippe cũ illud etiã qõ idem esse recipit:simile fiat:Probe:Unde ipsum vnũ cũ nullo modo susceperit alterũ:nunq̃ quoqz dissimile siue sibimet siue alteri fiet:nunq̃ profecto.Quãobrẽ nec simile neqz dissimile vnq̃ aut sibi aut alteri ipsum vnum est:Non ut vide tur.Preterea cum huiusmodi sit/nec equale etiã nec inequale cuiq̃ uel sibi uel alteri:Quid ita ꝛ Quod equale est earũdẽ mẽsurarũ est quarũ ꝛ il lud cui equale dicit:Sic est:Quod maius est uel minus/quo ad illa quib⁹ cõmẽsurabile est/minori bus quidẽ plures mẽsuras habet:maiorib⁹ autem pauciores.Certe:Quibus autẽ incõmensurabile: quo ad hec quidẽ minorũ ꝛ quo ad illa vo maiorũ mẽsurarũ erit:quid ni:Nonne impossibile est qõ nullo modo ipsius eiusdẽ est particeps/aut mẽsu ras easdẽ aut aliud qõ vis idẽ sortiri ꝛ Impossibi le.Itaqz nec sibi:nec alteri erit equale:quippe cũ mẽsuris eisdẽ nõ utat.Minime ut apparet.Quin etiã si pluribus aut paucioribus mẽsuris circũscri bet:totidẽ partibus quot ꝛ mẽsuris constabit:rur susqz nõ amplius vnũ erit:sed tot potius/quot ꝛ mensure insunt.Recte.q̃ si vnius mẽsure sit/equa le utiqz ipsi mensure fieret:uerũtamẽ impossibile esse apparuit ipsum vnũ equale cuiq̃ esse:Appa ruit certe.Quid igitur nec vnius mẽsure est parti ceps neqz multarũ neqz etiam paucarũ:nec ullo modo ipsius eiusdẽ/nunq̃ sibiipsi ut videt erit eq̃ le:nec etiã alteri:nec maius pterea aut minus uel semetipso uel alio:Sic prorsus se habet.An forte antiqui⁹ aut iunius aliquo uel etiã coetaneũ ipm vnũ apparet:quid prohibet:Id sane:quoniam si eandẽ eratẽ uel secũ uel cũ alio quopiã aget:equa litate ꝛ similitudine tẽporis particípabit:ostẽsum est tamẽ nec equalitatẽ nec similitudinẽ ipsi vni ul lam adesse posse.Ostẽsum profecto.Nonne hoc quoqz diximus nec inequalitatis neqz dissimilitu dinis cõpos existere:q̃ maxime ꝛ quo igit pacto qõ huiusmodi est/senius aut iuni⁹ aliquo uel eta te par ulli esse poterit:Nullo modo:Ergo ipsum

vnum

vnum nō iunius nō senius nō etate par aut ad se ipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item nec in tēpore etiam ullo pacto ipsuz vnū cum tale sit/ erit vnq̄. Etenim necesse est quicq̄d est in tēpore/ seipso semp senius fieri. Necesse. Et qō seni⁹ sem per iuniozi seni⁹: Cur nō: Itaqz qō seipso fit seni⁹ seipso etiā simul iunius fit: siq̄dē aliquo senius esse debet. Quō dicis: hoc modo: Oppositū alterū al teri nihil fieri oportet/ opposito altero iaz exīte. sed hoc iam exīte/ iam esse preterito illo preterijsse: futuro fore. dum vo fit vnū opposituz/ alterum quoqz oppositū nec preterijsse: nec fore: nec eē: sed fieri: nec aliter esse. Necesse. At vo senius oppositum quiddā est iuniozi nec alteri penit⁹ ulli: est qō ergo seipso fit seni⁹/ Necesse est simul quoqz seipso iunius fieri/ Videt. Quinetiā nec longiozi seipso tēpore neqz breuiozi fieri/ sed per equale semp tēpus secū ipso fieri: z esse: z fuisse: futurū esse: ac fore. Necessaria quoqz hec sunt: Necessariuz ergo videt quodlibet eoz que in tēpore sunt/ atqz hoc tali participāt/ eādem secū ipso etatē agere/ ac senius seipso simul: z iunius fieri. Apparet. Ipsi vo vni nulla prorsus exīs passionib⁹ accidit. Nulla. Nullius ergo tēporis particeps/ nec in aliquo tēpore/ Non sane ut ratio dictat. Quid igit ipsum erat: fuit: fiebat/ nōne participationē tēporis quandoqz p̄teriti significare vident: Quinimo. At vo erit: fiet: factū fuerit/ an nō futurū nobis designāt: Futurū. Est autē z fit/ pītis sunt tēporis note. Dino quidē. Si ergo ipsum vnū nullo prorsus participat tpe: nec fuit vnq̄: nec fit: neqz est: neqz fiet: neqz factū erit: neqz erit: Verissima hec sunt: Nuz pōt quicq̄ essentia aliter q̄ sm istoz aliqō participare: Non aliter. Nullo modo igit est ipsuz vnū: haud quaq̄ videt. Non itaqz ita est ut sit vnū: eēt enim iam ens z eēntie particeps/ immo ut videt ipsum vnū neqz vnū est: neqz est siq̄d huic rationi credēdū. Apparet. Ei vo qō non est: nū est uel ipsi uel ipsius aliq̄d: At quomodo: Nō itaqz nomē illi est/ nō sermo/ nō scia quedā: non sensus: non opinio. Nō videt. Quapropter nec noiatur: nec dicitur: nec opinione cogitat: nec cognoscitur: neqz ab aliquo exīs que sunt/ sentit: haud sane videt: An possibile est ista circa ipsum vnum sic se habere: non ut mihi videtur.

Vis ne iterū ad ipsam suppositionē uelut a principio redeamus: psiderātes siquid forte redeūtib⁹ nobis aliter se habere videat: Volo eqdem. Nōne si ipsum vnuz est/ cōfessi sumus que circa illud eueniūt: cuiusmodi esse oporteat: Profecto. Meditare iterū a pncipio/ vnū si est/ nunqd possibile est ipsum esse/ essentia vo nequaq̄ participare: Impossibile. Es// sentia aūt vnius nō idem qō ipsum vnū erit: alioquin si idē: nō utiqz illius essentia esset: neqz ipsum vnū illa participasset: sed quotiēs proferret vnuz esse/ simile quiddā significaret: ac si vnū: vnum diceremus. Nūc autē non est huiusmodi suppositio nostra: scilicet si vnū/ quid nam cuēt⁹ū sit/ sed si vnū est: nōne ita: Prorsus sic est. Nonne ita dicit tanq̄ aliud significet ipsum est: aliud ipsum vnū: Necesse. Nū aliud / q̄ q̄ ips vnū eēntia ipsa participat: hoc enim est qō proferet: quotiēs quis summatim q̄ vnum est/ profert. Omnino. Rursus itaqz dicamus/ vnū si est/ quid nam cōtingat. Age id aduerte. An non necesse est hāc suppositionē ipsum vnū eius scemodi p̄dicare quasi partes habeat: Quo nā modo: Hoc. Si ipsum est de vno ente dicit: z ipm vnuz de ente vno/ est autem idē essentia z vnū/ eodem existente vno qō supposuimus nōne necesse est totū quidem vnum ens ipsum esse/ eiusqz partes tam vnuz q̄ esse existere. Necesse. Utrū vo utraqz harum partiū partem dūtaxat appellamus: An partē totius partē predicare oportet: Totius. Totū igitur est/ qō vnum est: ac partē habet. Penitus. Quid autē num he partes vnius entis. s. vnum z ens ita se inuicē deserūt/ ut ipsi enti vnum/ z ipsi vni ens desit: Non certe. Igit utraqz pars z vnuz simul z ens cōplectitur: adeo ut pars quelibet ex duabus saltem particulis constituatur: z sm eandē rationē quecūqz particula occurrit utraqz semper in ea claudātur: etenim vnum semper ens/ z ens vnum mutuis nexibus amplectunt. Unde cum vbiqz in quauis particula: duo emergāt/ necesse est nunq̄ vnum existere. Omnino. Nonne hac ratione vnuz ens: infinita multitudo erit: Videt. Age quoso z hac perge. Qua: Diximus vnū essentia participare inquātū est: Diximus. Et ob hanc causam vnū ens multitudo esse apparuit: Sic est. Quid autem si ipsum vnū qō essentie particeps esse diximus/ ipsuz sm seipsum solū intelligētia cogitemus seorsum ab illo: quo participare predidimus/ nūquid vnum solū apparebit: uel etiam multa hoc ipsum: Unum soluz puto. Cōsideremus iam z aliud quiddā alterum qd dam esse necesse est ipsius essentiā. alterū vo ipsum: siqdem non essentia ipsum vnuz: sed ut vnū: essentia participat. Necesse est. Quod si alterū essentia: alterum vnū: ipsum vnū nō ex eo qō vnum: ab eēntia alterum est: neqz essentia inquātum essentia ab vno est altera: sed per id: qō est ipsum per se alterū: z ipsum per se aliud/ altera sunt, inuicē. Prorsus. Quāobrez ipsum alterū nec vni nec essentie idez est: Verū. Qō ergo si ex istis elegerimus siue eēntiā z alterū/ seu essentiā z vnū/ siue vnū z alterū/ nōne in qualibet assūptione eliciemus aliq̄ que iure ambo appellari poterūt: quomō: hoc modo inq̄: licet ne eēntiā dicere: Licet. Rursusqz dicere vnum: Et istud. Nonne vtrūqz illorum dictum est: Dictum utrūqz. Quotiēs essentiam z vnū dico: an nō ambo dico: Dicis. Et si essentiam atqz alterū siue alterum atqz vnū / nōne in ꝟs singulis ambo dico: Prorsus. Que vo ambo recte appellata sunt/ nunqd pūt ambo eē/ neqz tū eē duo: Neq̄q̄/ At que duo sunt cogitari ne ita pūt/ ut nō illorū utrunqz vnū sit: Minime. Quoniā igit ista simul duo sunt: iccirco vnūqōqz vnū existit. Videt. Si vnū qōlibet eoz est: z utrūqz vnū mutuo quodā cōiugio inuicē est ꝓnexū/ nōne tria vniuersa resultāt: Maxime. Tria vo nōne imparia: duo aūt paria: Quid ni z cū duo sint: nōne necesse est etiā bis adesse: z cum tria ter: siqdē duob⁹ inest bis vnū. trib⁹ vo ter vnū. Necesse. Duob⁹ deniqz exīntib⁹ ac bis: necesse ē duo bis esse: z trib⁹ exīntib⁹ atqz ter: nōne necesse est rursus tria ter eē: Quid ni: Quid vo trib⁹ exīntib⁹ atqz bis z duob⁹ atqz ter exīntib⁹/ necesse est tria bis eē: ac bis tria. Necesse est oīno. Erūt igit pariter paria

partes asiam africā europā.regib⁹ distributas trib⁹ subegeris/facile admodū contingет ut uel vnus duo bus uel duo vni quādoqꝫ inferāt bellū:aut saltē de fi nib⁹:aut alia quapiā de re disceptare cogant. Itaqꝫ uel inter eos ad vnū triū erit litis iudiciū deferēdū: uel ad quartū quēdā preter tres iudicē constitutum. Quacūqꝫ tādē id rōne fiat/necesse erit iudicē/si mo do sñie sit illi⁹ acqescēdū imperiū in eos inter quos iudicat habere.alioquin nulli⁹ momēti erit iudiciū: frustraqꝫ iudicabit: qđ videri possit regibus uel ma gis uel saltē eque potentib⁹ dissoluendū. Unū igitur oportet eē regē oīum iudicē / oībus proculdubio ue nerādū: Preterea virtutū exēplar subiectis oportet esse regez: Maxime vo talis erit/si vnus fuerit ante oēs in quē oculos cūcti conȷciāt qui si orbē totū pos sederit:nec regnū alterius affectabit:nec alīs inuide bit:Que duo scilicet cupiditas ⁊ inuidia solent rapi nas ⁊ bella potissimū procreare:⁊ cū sua cuiqꝫ cha rissima sunt/maxime diliget omnes tanq̄ suos:pari terqꝫ oēs diliget nationes/pariterqꝫ curabit. Optа bit pacē sūmope:cupiet trāquillitatē bonorūqꝫ oīuz copiā/qualis utiqꝫ monarchie vmbra quedaz appa ruit imperante Octauiano.Subditi vo ⁊ iustissime viuent cū iniustis nullus vsq̄ pateat fuge aditus sub monarcha:⁊ q̄uis in minima peccandi licētia/tū in sūma libertate viuēt nō tyrānis/pauciue potētib⁹/ uel insanientis populi subiecti furorib⁹ / sed a sapiēte ⁊ iusto pioqꝫ rege/sic ad cōmune bonum perducti/ tanq̄ naute a prudētia iusti gubernatoris ad portū. Qua quidē in re ⁊ qui regunt obtēperādo regi sibi ipsi cōsultēt:⁊ rex ipse nō tam sibimet q̄ cunctis qui sue cure a deo cōmissi sunt viuet. Recta enim guber natio quēadmoduz in libris de re.p.disputat/guber natorē quidē coꝫ qui gubernant gratia/non guber natos gratia gubernatoris instituit. Cōparat prete rea regē medico:monēs ut medicoꝫ more ⁊ oportu ne ⁊ si opus fuerit iportune ⁊ uolentib⁹: ⁊ quādoqꝫ nolentibus imponat leges/remediaqꝫ afferat saluta ria: Eiusmodi vo gubernatorē atqꝫ curatorē sepius ciuilē uocat virū q̄ regē/significās adeo humanum ac si fieri possit mitē eē debere/ut inter ciues videat esse cōciuis/prudētia/iustitia/cura poti⁹ q̄ alio quo vis excessu supior.q̄ siquis longissimo quodaz inter uallo prudētia ⁊ iustitia manifeste cunctos exsupet/ hūc etiā si priuat⁹ vixerit esse regē oīum a deo crea tū absqꝫ cōtrouersia iudicat. Sinautē inter aliquos quantū ad hec spectat/parū admoduz intersit/illis quodāmodo redactio ad vnū auctoritatē regiaz tri buendā. Multis vo nequaq̄:Quippe cum multi ne queāt tāta auctoritate digni alicubi reperiri: Tradi vo auctoritatē regiā ut ex alīs eius libris cōiectare licet vult a senioribus atqꝫ probatissimis.quoꝝ sena tus deinde sit collega regis/quasi quedā res.p.opti matū. Rex autē vna cū senatu leges cōdat. Quas nō liceat:uel cuiq̄ priuato trāsgredi:uel vulgo mutare/ liceat tñ regi senatuiqꝫ simul pro tēporū oportunita te quaten⁹ expedit diligēti cū equitate ⁊ rebus ipsis accōmodare atqꝫ tēporibus:⁊ si oportuerit/permu tare. Regē ipsum in epistolis sacrum haberi cēset sa cerdotēqꝫ egyptiorū more cōstituī/sacroꝝ mysterio rumqꝫ antistitē:⁊ utpote sacrū nequādo contamine tur nō permittit / iudicīs ubi de cede exilio carcere agit interesse: Proinde in hoc ipso libro eiusmo di regiā dignitatē gubernationū oīum optimā eē probat ut diximus: pessimā vo tyrannidē:que neqꝫ lege neqꝫ mente legitima imperat / sed impetu po ti⁹ atqꝫ libidine. Secūdo loco laudat optimates pariterqꝫ vitupat potētiam paucoꝝ. Tertio loco multorū laudat gubernationē scilicet popularē/si lege gubernēt:similiterqꝫ vitupat:si nō lege. Post hec aūt quid regiū sit officiū disputat:videlicet ut quodcūqꝫ hoīuz generi necessaria sint prouideat: presertimqꝫ ad bene beateqꝫ viuendū: Judicetqꝫ prudenter quot artes ⁊ quales ad hoc ipsum con ferant/siue in pace/siue in bello/seu in dicēdo/seu agēdo / uel publice uel priuatim:habeatqꝫ vna cū senatu summū in oēs imperiū. Precipue vo aios oīum decētissima quadā fortitudinis tēperantieqꝫ mixtione cōponat/musicos imitat⁹/qui acuta gra uibus rite miscētes/concentus suauissimos modu lant. Demōstrat enim ⁊ id quidē diuine nō esse tu tum aīos uel fortitudinē uersus quasi in acutuz su pramodū intēdere uel tēperantiam uersus:quasi in graue nimis remittere. Illinc enim efferatos. hinc effeminatos tandē euadere:⁊ illi quidē ciues ⁊ patriā uelut hostes inuadunt:hi vo neqꝫ se neqꝫ patriā tuent ab hostibus:Quāobrē optimā censet ex cōcinna virtutis utriusqꝫ copula ingeniorū cō sonantiā ubiqꝫ cōflari. Sed hactenus de libri ordi ne satis sit dictū: Que vo de sperarū motu/proui dentiaqꝫ ⁊ fato disputat in theologia nostra satis exposuim⁹.in his certe nos allegorice docet/non hēre nos uerū legitimūqꝫ regē/nisi ul' in ipo celo: uel in terris eum quē uelut pastorē celi rex nobis ipse prefecerit:pastorē inq̄ non noie solū/sed vite similitudine ipsum celi regē pro viribus referētē. Cōmemorat ⁊ duo regna / iouis scilicet ⁊ saturni regnūqꝫ saturni regno iouis tanq̄ felicius antepo nit. Siquidē sub ioue actio vitaqꝫ humana:sub sa turno autē contēplatio diuinoꝝ significat. Satur nus enim greco noie cronos/ut Plato in cratylo docet/puritatē integritateqꝫ mentis inuiolabilem cōprehendit: Qđ aūt ait saturno regnāte beatos hoies viuere / ostēdit diuina quadā viri mente re gnante:que ⁊ actiones gratia contēplationis insti tuat/humanū gen⁹ fore beatū. Ego autē finē mox argumēto faciā:si breuē prius allegoriaz mysterū huius adduxero. Ait enim presentē mūdi circuitū ab oriente ad occidentē esse iouiū atqꝫ fatalē: Ve rum fore quādoqꝫ alterū huic oppositū sub satur no ab occidēte vicissim ad orientē. In quo spōte nascētur hoies:atqꝫ a senio procedēt in iuuētutē: alimentaqꝫ illis ultro etherno sub uere ad uotum suppeditabunt: Jouē ut arbitror aiam mundi uo cat:cuius lege fatali manifestus hic manifesti mun di ordo disponit. Preterea vitā aiorū in corpori bus elementalibus / iouiā esse vult sensibus actio niqꝫ deditā. Saturnuz vo supremū inter angelos intellectū/cui⁹ radīs illustrētur ultra angelos aie accendāturqꝫ / ⁊ ad intellectualē vitā cōtinue pro viribus erigant:que quotiēs ad vitā eiusmodi cō uertunt/eatenus sub regno saturni dicunt viuere quatenus intelligētia viuunt. Proinde in ea vita ideo sponte dicuntur regenerarī: quia electione

propria in melius reformant: Rursus in dies reiu uenescere: idest in dies si modo ibi dies dinume rant magis/magisq; florescere. Hoc illud apostoli Pauli homo interior renouat in dies: Beniq; il lis alimēta sponte affatim sub ppetuo uere suppe ditari: q; nō per sensus oposāq; disciplinā/sed per lumē intimū/sūmaq; cū vite tranqllitate atq; uolu ptate miris ueritatis ipsius spectaculis pfruunt.

Ciuilis Platonis de regno.

SOCRATES MAIOR: THEODORVS: HOSPES ELEATES: SOCRATES MI// NOR.

SO: Agētem tibi o theodore gratiaz de beo: q; Theetetū z Hospitem hunc eleatē notos mihi feceris. THEO DO: Triplaz forte mihi debebis o socrates. Postq; ciuilē tibi hominē z philosophum circumscripserint. SO: An ita dicem⁹ esse theodore/q; ex eo audiue rimus qui in geometria cōputationibusq; precel lit. THEO: Quo pacto o socrates? SO: Quod videlicet vnūquēq; hoium eiusdē eē precij posue rim⁹: qui tū honore lōgius q; fm uestrā cōparatio nem inter se distāt. THEO: Bene o socrates atq; iuste per deum nostrū Ammonē loqueris. Ac me moriter admodū errorē in cōputando meū mihi nunc obiecisti. q̄re deinceps te pro istis adibo. Te vo nūc hospes ne pigeat nobis gratificari. immo post hec seu ciuilē hoiem prius siue philosophum eligis/electū describe. HO: Sic agēdum ut iubes theodore: postq; semel aggressi sumus. neq; prius q; ad calcē peruenerim⁹/ desistēdū. Uerū quid er ga theetetū hūc agere decet? THEO: Qua de re? HO: Nunq̄d requiescere illum iam dimittemus? eiusq; loco socratē istū cōsortē in exercitādo suuz accipiemus? Quid cōsulis? THEO: Ut socratem assumas. Nam cū iuuenes utriq; sint oēs labores facile/presertim per intermissionē ferēt. SO: Atq; utriq; hospes cognati quodāmodo mihi eē vidē tur. Theetetū quidē nos figura vultus mihi consi milem iudicatis. Socratis quoq; istius nomen cū idem sit ac meū/ cognationē quādā nobis mutuā prebet. Decet autē nos natura quadā consimiles/ vicissim sermonib⁹ agnoscere. Cū theeteto quidē heri disputādo cōueni: z hodie hospiti huic rūdē tem audiui. Cum socrate uero neutrū adhuc actū est. Oportet auem z hunc examinare. Mihi sane alias. Tibi nunc respondeat. HO: Sic agem⁹ o so crates. Audis socratez? SO: Audio. HO: Assenti ris illi? SO: Assentior. HO: Quantū igit ad te at tinet nihil prohibet: quo minus edisseram⁹. Nul toq; minus impedimēto disputationi huic esse me decet. Quinimmo post ipsum sophistā necessariū esse videt ut ciuilē virū inuestigemus. Rūde itaq; utrū hunc in eoz qui scientes dicūtur/numerū re ferre deceat? SO: Decet. HO: Ergo scias partiri debem⁹: quēadmodū in sophista querēdo fecim⁹. SO: Forte. HO: Non tamen eadē partiēdi ratio. SO: Non. HO: Sed alia. SO: Alia. HO: Diuerti culū itaq; ciuilis scie/ubi nā reperiemus? Inueni re dppe oportet: z alijs oibus segregatis/ideā illi vnā prefigere/alijsq; aliā vnā spēm: z q̄si scie cuncte duabus spēbus cōclusē sint/cogitare. SO: Tua iā in teresť hospes id agere: Mea vo nequaq̄. HO: Im mo etiā tua: qñ declaratū id fuerit. SO: Scite loque ris. HO: Arithmetica porro alieq; nōnulle hui⁹ per similes ab actione libere sunt: cognitionē vo tantum exhibent. SO: Ita certe dicēdū. HO: Que vo ad ar chitecturā: z manuū ministeriū pertinēt/sciam inna tam actionib⁹ sortiuntur: corporaq; ab illis effecta/ que ante nō erāt perficiūt. SO: Patet. HO: Ita cun ctas scias diuide. Agentē vnā: alterā cognoscentē so lūmodo noia. SO: Sint ergo scie spēs due/cum vna sit scia tota. HO: Utrū ciuilez: regem: dominū: patrē familias: eūdē esse uolumus? An totidē artes in his/ quot z nomina ponimus? Immo hac sequere me. SO: Qua? HO: Hac inq̄: Siquis priuatus publico medico sufficiēter cōsulere pōt/nōne necesse est ciusdez artis hūc noie nūcupari/quo z ille cui consulit? SO: Certe. HO: Quid porro? Siquis priuatus regē ciuitatis admonere z instruere pōt/nōne sciam illā habere dicet/qua pollere qui regit debebat? SO: Di cet. HO: Atqui ueri regis scia/regia disciplina est. SO: Est. HO: Quisquis ea preditus est/seu publico fungatur munere/siue priuatus viuat/ oino fm hāc peritiaz regius merito nūcupabitur. SO: Merito. HO: Enimuero paterfamilias z dñs idē? SO: Idez sane. HO: Nunquid refert ampla ne/an angusta sit urbs ad imperiū? SO: Nihil. HO: Igit vna qō pau lo ante inquirebam⁹/hoz oium scia est/hanc seu re giā quis siue ciuilē: seu familiarē noiet disciplinā? Ni hil interesse putemus. SO: Nihil. HO: Hoc utiq; ne mini dubiū quin ois rex parū quid manibus ac reli quis mēbris ad regni salutē possit. Intelligētia vo z animi robore plurimum. SO: Constat. HO: Uis er go regē dicamus speculatrici scie ppinquiorē q; acti ue aut manuū ministerio? SO: Volo eq̄dez. HO: Ci uilem ergo sciam z ciuilē hoiem regiā atq; regiū: ut vnū idēq; singula cōponem⁹. SO: Plane. HO: Atq; ordine ad sequētia per gen⁹ maxime si speculatricez sciam distinguemus. SO: Prorsus. HO: Attēde ob secro: num refugium aliquod in hac prospiciamus? SO: Dicas quale? HO: Tale inq̄: Extat aliqua com putādi facultas? SO: Extat. HO: Ea ut arbitror ex illarū numero est que in speculādo uersant. SO: Ex illarū numero certe. HO: Cognoscet profecto cōpu tandi facultas differentiā numerorū. Hū aliud huic opus attribuim⁹/q̄ discernere iudicareq; cognita? SO: Quid? HO: Etenim architectus nullus manuū ministerio utit: sed utentib⁹ presidet. SO: Ita est: dū iudiciū adhibet/nō ministeriū. SO: Id quoq; uerū. HO: Jure igit speculādi scie particeps est dicēdus. SO: Et maxime quidē. HO: Hoc ut arbitror ad iu dicē hunc pertinet: ut nō deserat opificiū quēadmo dum cōputatoris: sed incūbat assidue. operarijsq; sin gulis operā propriā mandet z ordinet/ quousq; q̄ō est imperatū absoluerint. SO: Probe. HO: Nonne speculatrices oēs iste sunt/z quotcūq; sciam cōputā di sequūtur: iudicio autē z imperio genera hec iter se duo differunt? SO: Apparent. HO: Quocirca si vniuersam contēplationē in duo distribuamus/par temq; vnā iudicio/imperio alterā assignemus/recte forsitan distribuisse putabimus. SO: Recte nimium

ut mea fert opinio. HO: Qui cõmuniter tractãt aliquid/satisfactũ sibi inuicẽ arbitrãtur/siqñ consenserint. SO: Quid ni? HO: Quousq; igit̃ in hoc cõcordes sumus aliox opiniones pretermittẽde. SO: Penitus. HO: Dic age qua in arte istarũ/regiũ hoiem ponere decet. Nunqd in iudiciaria: tanq; spectatorẽ quendã? An in imperatoria potius: quasi dominum? SO: In hac ipsa potius. HO: Uidẽdũ ꝓterea siquã imperatoria distinctionẽ admittit. Mihiq; ita videtur. Quo differt caupo ab illo qui prozsiũ opus uẽdit/eo rex a precone. SO: Quẽadmodũ? HO: Caupones aliox opera prius uẽdita suscipiẽtes ipsi rursus uendũt. SO: Uerũ. HO: Haud secus preco sentẽtiam alteri⁹ mandatã sibi/alỹs ipse mãdat. SO: Sic est. HO: An miscebimus facultatẽ regiã iterpretatorie: preceptorie: Uaticinio atq; preconio alỹsq; per multis ciusdẽ generis artibus: que cunctis imperãt? An vis potius ꝑm superiorẽ comparationẽ: nomen quoq; per cõparationẽ aliquã machinemur? q̃quidem genus eox qui sua ipsi precipiũt/ferme noie caret: Atq; ita hec partiamur: ut regũ genus in eorum numero qui sua mandãt/ponamus: omissis alỹs oibus/quibus alius quis noia ut lubet imponat: principis quippe gratia nõ subditi sermo nobis est institutus. SO: Nẽpe. HO: Postq; hoc satis ab illis est diuersitate distinctũ ad prozsietatẽ rursus idem est diuidendũ/siquã modo partitionẽ cedentẽ nobis in ipso cõperim⁹. SO: Ualde. HO: Atqui inueniri posse videtur: Age igit̃ sequere diuidẽdo. SO: Quo sequar? HO: Quicũq; presidẽt imperando generationis cuiusdam gratia imperant. SO: Proculdubio. HO: Etenim genita oia bifariã partiri/haud multũ difficile. SO: Qua rõne? HO: Partiz aiata sũt/partiz inaiata. SO: Cõstat. HO: Si in mẽbra hec secare speculatricis facultatis partẽ impatoriã uolum⁹/secemus. SO: In que? HO: Pars eius in generatione inaiatorũ ponat: pars in generatione aiatox. Atq; ita totuz in duo secabit. SO: Reuera. HO: Partem vnã mittamus: alterã resumẽtes: eamq; vniuersam in duo iterũ diuidam⁹. SO: Utrã illarũ resumendã censes? HO: Eã que circa aialia imperat. Neq; enim regia maiestas in aiatis instar architecture presidet: sed generosius animãtib⁹: eiusq; potestas circa ista uersatur. SO: Optime. HO: Circa generationẽ nutritionẽq; aialiũ cura duplex inuenit. Animalis cuiusdã vna: Gregis toti⁹ altera. SO: Recte. HO: Ciuilis autẽ non prozsiã curã aggredit: quẽadmodum arator qui bouẽ agitat/uel minister qui sternit equz: sed illius vicem gerit: qui equos aut boues pascit. SO: Uerũ esse videt/qõ nũc est dictũ. HO: Utrũ ex aialiũ nutritione illã que gregatim ea nutrit/gregis nutritionem/an communez nutritionem uocamus? SO: Utrunq; in loquẽdo contingit. HO: Egregie socrates rñdisti: ac si uerboz curiositatẽ vitabis/cuades in senectute admodũ sapiẽtioz. Itaq; in pñtia ut iubes agẽdũ. Sed nunqd vides quo pacto quis gregis nutritionẽ geminã ostendẽs efficiat? ut qõ in duplis ad id qõ nũc prozsitũ est/inuestigabit/in dimidijs iterũ perquirat. SO: Annitar equidem: et iã mihi videtur/Unã cõmunẽ hoium/Alterã bzutox esse custodiã. HO: Prõpte omnino ac fortiter discreuisti: Cauendũ prozsiribus tñ ne post hac nobis id accidat. SO: Quid cauendum mones? HO: Ne exiguaz vnã particulã aduersus amplas et plurimas secernamus: Neq; illã sine specie capiamus: Sed pars illa simul spẽm habeat: Pulcherrimũ nãq;/qõ queriť ab alỹs statim discernere. si modo recte id fiat: Quẽadmodũ ipse paulo ante de diuidẽdo iudicans: Attamẽ diuidere properasti: sermonẽ attendẽs ad hoies declinãtẽ. Ceterũ haud satis amice tutũ est ad extremũ quiddã et tenue protin⁹ aduentare. Prestat autẽ per media prozgredi partiẽdo/sic eniz facilius meliusq; ideas inuenim⁹. Hoc autẽ ad illa que perquirunť/totũ refert. SO: Qua ratione id ais hospes? HO: Conandũ ob naturae beniuolẽtiã clarius explicare. In pñtia quidẽ per hec adeo qõ est prozsitũ declarare/ut nihil desit impossibile. Ulterius añt aliquãtulũ declarãdi gratia producendũ videť. SO: Quid tandez in nostra partitione culpas? HO: Tale quiddã: siqs humanũ genus in duo secare contendẽs/perinde partiat: ac multi eox qui hic habitãt partiũtur: hi sane grecozũ genus tanq; vnum a ceteris oibus separãt. Cunctos enim alios hoies innumerabiles et nulla inter se vite sermonisq; cõmunione deuinctos/barbarico noie signãt: et ob hanc vnã appellationẽ genus quoq; vnũ vniuersum hoc arbitrãtur. Simile esset preterea siquis numerũ in duo diuidere uolẽs/decẽ millia seorsum ab alỹs caperet ut spẽm vnã/reliquos insup vno quodã imposito illis noie/ut vnũ genus poneret. Rectius autem et per spẽs magis ac per duo mẽbra diuisio fieret/si quis numerũ quidẽ per par et impar: hoiumue genus per marẽ feminãq; diuideret: Lydos autem et frygas aut alios quosdã tũc a cũctis alỹs segregaret/cuz et spes et facultas sibi deesset generis inueniendi simul ac partis utrozũq; inter se diuisorum. SO: Scite loqueris hospes. Ait illud qua ratione planius intelligi posset ostende/non idẽ sed aliud esse partẽ atq; gen⁹. HO: O virozũ optime socrates/haud leue quid postulas. Longi⁹ modo q̃ decet ab instituto digressi sumus: Tu vo ulteri⁹ etiaz peruagari iubes. Nũc pozro ut decẽs est/illuc vnde discessit reflectat oratio. Ad hec alias ociũ nacti/quasi per quedã uestigia diuertem⁹. Ueruntñ diligenter ab hoc cauebis o socrates/neqñ aperte distinctũ hoc audisse ex me videaris. SO: Quid istud? HO: Inter se partam speciemq; differre. SO: Cur nã? HO: Quicqd est alicui⁹ spẽs/eiusdẽ pars quoq; sit necesse est/cuius spẽs esse dicitur. Partẽ vo esse spẽm uel spẽi partẽ/non est necessariuz: hoc modo me potius q̃ illo dicere semp o socrates assere. SO: Fiet ut iubes. HO: Post hec autẽ mihi dicas. SO: Quid? HO: Hoc inq̃ vnde huc digressi sum⁹. Recoz equidẽ eã ob causam huc usq; nos oberrasse/q̃ tu interrogat⁹ que in membra gregis nutritio diuideret/subito nimiũ rñdisti/duo quedã esse animantiũ genera. Alterũ qdez hoium. Alterũ vo bzutox simul omnium vnum. SO: Uerũ est. HO: Tũc sane mihi visus es partem quadã ablata/residuũ omne genus vnũ aialiũ obtinuisse ponendũ/q̃ vno quodaz cõmuni nomine appellare poteras oia duum bzuta uocabas. SO: Sic est actũ. HO: Hoc o fortissime socrates

perinde videt eē / ac siquid aliud aial ut grus aut aliud tale esset prudentie particeps/similiterq; ut tu denoiaret: ꝛ grues genus vnū poneret. Cetera vo cūcta simul cū hoibus vno quodā altero genere cōplecteret: suū genus rōnale uocās: reliqua vo oia bruta. Conemur itaq; nos ab omnib⁹ huiusce modi errorib⁹ declinare. SO: Qua via: HO: Ne aialiū genus oium partiamur: ut minus in his delinquamus: Neq; enim oportet. Sic porro supra deliquimus. SO: Qui: HO: Pars illa cōtemplatricis scie/que ad imperādū spectat/eius generis esse cōstitit/qō aialia curat/aialia videlicet gregabilia: Nonne ita: SO: Ita certe. HO: Quare tunc quoq; omne aialiū genus inferū ꝛ mansuetū est distinctū. Que enim sic natura instituta sunt: ut mansuescere possint/domestica appellata sunt/cetera vo siluestria. SO: Egregie. HO: Scia vo illa quaz querimus/in domesticis est ꝛ erat: Et circa genus animalium sociabile querēda videtur. SO: Sane. HO: Ergo ne ad cuncta simul respiciendo uti tūc diuidamus: neq; in partiēdo nimiū properem⁹/ut repente ciuilē scīam cōprehendamus. Naz nimia festinatio fecit ut illud qō prouerbio ferē/nunc nobis cōtingeret. SO: Quid nā: HO: Ut cū nimis in diuisione properauerimus/tardius absoluamus. SO: Et merito qūidē hospes id egit. HO: De his q̄dē ita. Rursus aūt ab initio cōmunē nutritionez aialiū diuidamus. forte nāq; qō tu uehemēter affectas sermo ipse gradatim ad finē suū deduct⁹ clarius demōstrabit: rūde ad hoc. SO: Ad q̄d respondeā: HO: Hoc forsitā e multis audisti: Neq; enim arbitror iterfuisse te his qui circa nilū pisces ipos mansuefaciunt: aut circa regios lacus: Sed qō circa fontes fit/fortassis ipse vidisti. SO: Et hec ipse vidi: ꝛ illa ex multis audiui. HO: Quinetiā o quidam greges anserū: ꝛ gruum pascant: ꝛ si nunq̄ in agris thessalicis es uersatus / audisti tū ꝛ credis. SO: Proculdubio. HO: Hec abs te ideo scisscitatus sum q; aialiū cōmunis custodia partiz aquaticorum: partiz terrenorū esse videt. SO: Est profecto. HO: Cōsentis gregis custodiā sic esse bifariā distinguendā: ut partim humida: partim sicca aialia nutriat: SO: Consentio equidē. HO: Utraz vo istarū regia respiciat diligentia nullus queret. nā nemini dubiū. SO: Nemini. HO: Unusq̄sq; enim precipue aridorū nutritionē distinguet. SO: Que in mēbra: HO: In uolantiū gradiētiūue custodiā. SO: Sic ueritas habet. HO: Quod ciuilis facultas circa illa que gradiuntur/duntaxat uersef: uel stolidissimus quisq; ut ita dixerim/animaduertet. SO: Absq; cōtrouersia. HO: Bessibilis preterea generis alimoniā/paris instar numeri in duo quedam partiri debemus. SO: Patet. HO: Illuc porro quo sermo noster tendit / gemini calles ducere nos posse videnē. Alter quidē breui quodā tramite/dū angustā particulā ab ampla secernit. Alter vo logiori ambitu/dū preceptū illud seruat antea dictū/ut per media diuisio fiat. licet utrū uolum⁹ ingredi. SO: An per utrunq; proficisci non licet: HO: Non simul o mirifice adolescens. diuersis tn tpib⁹ licet. SO: Utrūq; ergo alterū videlicet post alterū eligo. HO: Facile id q̄dē cū exiguū sit qō re

stat. Sane in p̄ncipio medioue itinere: durū hoc nobis p̄ceptū eēt. Hūc aūt postq̄ ita videt: logiorē p⁹ viā ingrediamur: Nā cū recētes simus iter longum leuius peragemus: Distinctionem itaq; hanc vide. SO: Sic modo. HO: Que gradiunt ꝛ mansuescunt ꝛ cōgregant: in partes duas p̄m naturam diuidunt. SO: Quas in partes: HO: Partim cornib⁹ munita sunt: partim carent. SO: Apparet. HO: Curā gradiētium diuidēs / utriusq; partis cōditionē sermone describe. Nā si noiare ipsas uoluerīs/rē nimis circumplicabis. SO: Quēadmodū ergo dicendum censes: HO: Ita cū gradiētiū cura bifariā distincta sit/pars vna in cornifera gregis parte locata est/altera in mutilata parte relicta. SO: Sic penit⁹ de his dictū est: nā ad sufficiētiā ostensa sunt. HO: Cōstat utiq; regē gregis cuiusdam cornibus mutilati pastorem esse. SO: Cōstat sane. HO: Hāc itaq; discerpētes qō moueatur exhibere illi conemur. SO: Dino. HO: Utruz placet ip̄az in partē iūctis vnguib⁹: ꝛ partē vnguib⁹ scissis diuidere: an potius in generationē p̄priā ꝛ cōmunē: Intelligis: SO: Quid: HO: Quod equoz ꝛ asinorū spēs inter se promiscue generat. SO: Hēpe. HO: Reliq̄ vo domestica ꝛ socialib⁹ generis aialia sine aliena cōmixtione p̄pria tantū ex specie p̄creāt. SO: Perspicuū cuiq;. HO: Ciuilis itaq; disciplina nūquid promiscue generationis animalia: an simplicis curat: SO: Immixte ac simplicis proculdubio. HO: Hanc utiq; animantiū naturā / quēadmodū in superioribus hucusq; seruauim⁹/gemina per mēbra secare debemus: SO: Decet. HO: Enimuero animātes ferme oēs domesticas cōciliabilisq; nature quascicures noiant/generibus duobus exceptis iā discreuimus. Genus porro nostrū inter gregabilia pecora numerare nō decet. SO: Non certe/sed quo pacto: HO: Hoc inq̄ in duo distinguendū / quēadmodū te ac theetetū discernere decet: qūquidē in geometria vsati estis. Diametro scilicet ꝛ diametri rursus diametro. SO: Qui istuc ais: HO: Nunquid aliter generis humani ꝑditio ad p̄gressū natura instituta est q̄ diameter potentia bipes. SO: Haud aliter. HO: Reliqui sane conditio generis rursus p̄m potentiam nostre potētie est diameter: quippe cū bis duob⁹ sit pedibus constituta. SO: Nihil obstat quo minus sit huiusmodi. Ac pene iam quod ostendere vis/intelligo. HO: Cernimus quid insup risu dignū o socrates nobis in superiori diuisione cōtigerit: SO: Quid naz: HO: Genus hoium vna cōmixtū cōcurrensq; cū genere generosissimo oium atq; facillimo. SO: Cerno ꝛ quidē clare qō sequit. HO: An nō cōueniēs est: que tardissima sunt/nouissima peruenire: SO: Cōsentaneum. HO: Istud aūt nequaq̄ aduertim⁹ q̄ adhuc ridiculosior rex apparet vna cū grege discurrēs: cursumq; cū illo peragens: qui optime hoium oium est ad vite facilitatē exercitatus. SO: Omnino quidem. HO: Hūc illud liquido patet o socrates qō in sophiste inq̄sitione est dictū. SO: Quid istud: HO: Quod huiuscemodi processu sermonū de puriori magis q̄ impuriori curauit nihil/breuiorēq; ante longiorē minime sprecuit: Semp autē per illū qō est ueriss̄imū trā sigit. SO: Videt. HO: Post hoc ne me p̄uenias / de via ad regis terminū breuiori percontās / ego prior ingredior. SO: Omnino. HO: Dico igit oportuisse

+ Tui nimii properat. sermo absolut

supra gressibile aial in bipes ⁊ quadrupes distribue re: Cū vo homo tunc cū solo uolatili restaret cōpre hensus/rursus genus ipsum bipes in nudū aial pen nigerūue diuidere: hac deinde distinctione subiūcta arteqꝫ hoium nutrice ⁊ conseruatrice mōstrata/ciui lem iam ⁊ regiū virū ipsi instar aurige preficere: eiqꝫ ciuitatis habenas gubernaculaqꝫ tribuere: q̄si scien tia hec illius sit propria. SO: Optime quidē: ⁊ tanq̄ debituz sermonē mihi reddidisti: digressione ipsa re nouis loco proposita: ac penit⁹ adimpleta. HO: Age itaqꝫ a p̄ncipio ad finē sermonē de ciuilis artis noie colligam⁹. SO: Prorsus. HO: Scie illius que in cō tēplando uersat pars vna erat impandi pitia: huius ps facultas illa que per se suaqꝫ impat. Cui⁹ mēbrū haud sane exiguū aialiuz enutritio: huius itē gregis alimonia. Quam aialiū gradiētiū alimonia diuidit. Ab ea spēs illa selecta est: que aialia comib⁹ carētia pascit. Eius preterea partē nequaq̄ minorē triplicē cōplicare necesse est: siquis vno noie cōprehendere eam uelit sciam appellās generationis circa mixtaz pastoris custodiā. Cuius portio in grege bipedi ho mines oūtaxat pascens illa ipsa quā querimus impa toria facultas est/quā regiā ⁊ ciuilē pariter noiam⁹. SO: Prorsus. HO: Nunquid reuera ut ais o socra tes a nobis actū est: SO: Qua de re: HO: Utrū qō ꝓposuimus/sufficiēter sit absolutū: An in qōne hoc maxime pretermissum: q̄ descripsim⁹ quodāmodo/ nondū tū penitus definiuimus: SO: Quāobrē istud ais: HO: Conabor quod sentio planius explicare. SO: Dic iam. HO: Cum multas pastorū facultates esse constiterit/vna quedā illarum vniusqꝫ custodia gregis/ciuilis ip̄a disciplina visa est. SO: Profecto. HO: Hāc neqꝫ equoꝝ neqꝫ aliorū etiā brutorū/sed hoium tantū cōmunē esse nutritionem ostendimus. SO: Id quoqꝫ. HO: Pastorū itaqꝫ oīum ⁊ regū dif ferentiā propriā videamus. SO: Quā: HO: Siquis forte ex alīs alterius artis nomē hīs/cōmunem gre gis nutritionē sibi uendicet/q̄d dicēdū: SO: Qua rō ne inquis: HO: Perinde inq̄ ac si mercatores/agri cultores ⁊ coqui gymnastici insup ac medici aduer sus pastores quos politicos appellauim⁹. surgerēt/ assererentqꝫ se esse pastores hoium/quippe cuz ipsi victū nō plebi solū uerūetiā regib⁹ magistratibusqꝫ suppediter. SO: An non uera dicerem: HO: Forte: ⁊ hoc utiqꝫ considerem⁹ illud autē scimus. q̄ cum bu bulco de his nemo certaret: sed ipse sine ꝓtroversia armenti pastor est/qui boues curat: Ipse medicus: ipse cōiugioꝝ auctor: partusqꝫ cuiuslibet adiutor ⁊ educator: Preterea nemo melius iocis ⁊ musica ar mentū/quātū natura hoꝝ capax est oblectat. trahit. ⁊ mulcet organis atqꝫ ore gregis sui musicā tractās. Eademqꝫ est de ceteris pastoribus ratio. Nonne: SO: Maxime. HO: Quo pacto igit sermo ille de re ge rectus integerqꝫ videt/q̄n pastorē illū ⁊ nutritorē humani gregis ponim⁹: solū ipsum ab alīs secernen tes/cum alī multi de hoc ipso cōtendāt: SO: Nullo modo. HO: An nō merito paulo añ dubitauim⁹ q̄n suspicati sumus ne figurā quādā regis oūtaxat indu ceremus. Nōdū tū ciuilē ipsum perfecte definirem⁹ nisi prius illos qui cū eo sese implicāt / ⁊ pastores eē ut ille profitent / cōprehēdamus: ⁊ ab illis regē secer nētes/parū illū penitus ostēdam⁹. SO: Recte nimiū.

HO: Hoc igit nobis o socrates agendū est: nisi ue limus in fine sermonis ifamiā reportare. SO: Ab hoc prorsus est declinanduz. HO: Rursus ab alio principio alia quadā via incedēdū est. SO: Qua: HO: Jocū quēdā iterserere his oportet: magnaqꝫ parte ꝓlixe fabule uti: ⁊ qō restat ut supra fecim⁹ exequi: partē semp partis subdiuidēdo: atqꝫ ita ad sūmū qō est quesitū deducere. SO: Oportet sane. HO: Sed iā fabule mee ut pueri solēt/arrectis au ribus adsta. neqꝫ enim a puerilibus annis procul abes. SO: Dic ammabo. HO: Erat olim ⁊ adhuc erit multa uetustarū rerū memoria: Et iter cetera memorabile mōstrū: qō circa atrei thyestiqꝫ litem refertur. Audisti nanqꝫ ac meministi qō tunc acci disse tradunt. SO: Nunquid auree agne ostētum dicis: HO: Nequaq̄: sed de ortus solis occasuſqꝫ ⁊ aliarū stellarū mutatione: Unde enim nunc exo riuntur/tūc occidebāt: ⁊ cōtra exoriebant. Tunc vo deus testimoniū prebens atreo in hāc celū figu rā mutauit. SO: Ferē ⁊ hoc. HO: Quinetiā e mul tis saturni regnū audiuim⁹. SO: Ex plurimis cer te. HO: Quid vo: nonne piscos illos ex terra pro creari/nō ex se inuicē nasci: SO: Hoc quoqꝫ in an tiquis rebus cōmemorat. HO: Cūcta hec ab eadē passione proficiscunt: ⁊ alia preter hec permulta his longe mirabiliora. Uerū longitudine tpis/par tim memoria deleta sunt / partim absqꝫ ordinis se rie sparsim circūfertur: passionē vo illā que hoꝝ oium causa est nemo utiqꝫ dixit: Nunc aūt dicēda est: Nā ad regis ostensionē cōferet. SO: Preclare loqueris. Referas ergo neqꝫ aliquid p̄termittas. HO: Audi iā/Uniuersū hoc alias deus ipse regit. agitat. atqꝫ rotat. alias vo dimittit/cū mūdi circui tus cōpetētia sibi curricula tpis expleuerūt. Tūc sane mundus ultro ac libero motu ꝓtra reflectit. Nā ⁊ viuit ⁊ sapientiā ab eo qui ab initio cōstru xit illū est sortitus. Circuitus autē necessario ipsi hanc ob causam innatus est. SO: Quā ob causaz inquis: HO: Idē esse semp ⁊ fm eadē ⁊ eodem se modo habere / solis oium diuinissimis conuenit. Corporis aūt natura huius ordinis nō est cōpos. Ceterū id omne qō celū mundūqꝫ uocauim⁹: mul ta quidē ⁊ felicia munera a genitore suscepit. Cor poris tū particeps: Quocirca expers oīno muta tionis cuiuslibet esse nō potuit: Attamē quoad fie ri potest/in eodē ⁊ fz eadē ⁊ vno motu mouetur. Quapropter circuitū est adeptū / in quo minima agitationis sue fit permutatio. Seipsum autē con uertere semp ferme nihil pōt: preter id qō rursus agitatis oibus p̄stat. Mouere aūt id alias aliter rursuſqꝫ ꝓrio modo nefas est: Ex his oibus dicen dum est/mūdū neqꝫ seipsum cōuertere semp: neqꝫ totū semp gemino ꝓtrarioqꝫ circuitu ab ipso deo reflecti: Neqꝫ rursus duos deos cōtrarijs senten tijs ipsuz uertere. Solū vo qō nup dixim⁹/restat: alias ab alia quadā diuina causa duci / vitāqꝫ rur sus extrinsecus uenientē ⁊ immortalitatē ab opifi ce suo p̄parata suscipe. Alias aūt q̄n dimissus re currit: Per seipz currere tali pro tpe missuz adeo ut retrogradus multa reuolutionum milia pagat: quia ⁊ maxim⁹ est ⁊ vndiqꝫ penitus equlibris ⁊ mi nimo quodā cardine reuolut⁹. SO: Ueriſimilia

ualde

+ fabule de corruptione hominum

ualde ista videtur. HO: Ex his que dicta sunt / ratiocinantes passionem illam consideremus: quam omnium esse diximus mirabilium causam: Est autez huiusmodi quedaz. SO: Qualis? HO: Quod totius mundi machina tum ita ut nunc / tum cõtra reuoluitur. SO: Quo pacto? HO: Mutationem hanc existimare oportet omnium celestium alternationum maximam / extremamq; esse. SO: Videtur. HO: Quamobrem consentaneum est tunc maximas circa nos intra mundum viuentes mutationes fieri. SO: Verisimile id quoq;. HO: Neq; vo nos latet q̃ egre ꝛ difficile tolleret animantiuz natura magnas multas ꝛ omnigenas mutatiões. SOCRA: Constat. HO: Ergo animalia multa tunc intereunt / hominesq; supsunt perpauci: hi vo multis nouisq; ꝛ mirabilibus passionibus tũc afficiũtur: Id autem contingit omnium maximum: Sequiturq; continuo reuolutionem illam qua celum contra quaz nunc reflectitur. SO: Quid nã? Principio in quacũq; etate quoduis animal est cõstitutum / in eadem progredi cessat: neq; fit senius ultra mortalium aliquod. sed in figuram transit contrariam: iuniorẽq; ꝛ molliorem habituz induit. senorũq; cani capilli nigrescunt: Et quibus gene barba te prius erant / iam barba deposita in priorem speciem restituuntur. pubescentiuz quoq; corpora pilis positis mollescunt / sensimq; singulis diebus ꝛ noctibus decrescentia in puelli naturam redeunt: atq; in his tam anime q̃ corpora habitum subeũt pueroꝝ. Demum tabescentia deficiunt ꝛ intereũt. Cadauera preterea illorum qui celestis mutatiõe uertiginis subito corruerunt: idem patiũtur ꝛ simili retrogressione clã ac breui putrescunt. SO: Que tunc erat hospes animaliuz generatio? quoue modo ex se inuicem generabantur? HO: Constat o socrates illis temporibus inuicem genus suum non propagasse. Quod autez dicitur quandoq; genus ortuz ex terra fuisse / hoc ea tempestate fuit rursus ex terra conuersum: Tradiderunt hec nobis p̃mi ipsi nostri progenitores qui statim post primaz reuolutionem orti sunt: hi sane horum testes sermonum preconesq; fuerunt: qui minime vulgo credũtur: cum tamen credendi sint. Quod vo hinc sequitur / animaduertendum arbitror. Huic enim quod dicitur / senes in naturam regredi puerorum / cõsonum est ex mortuis terraq; reconditis iterum ibi restitutos reuiuiscentesq; sequi uertiginem: generatione in contrarium reuoluta. Ac terrigenas hac ratione necessario renascẽtes: sic nomine ꝛ sermone uocari quotcũq; deus ipsorum in aliam sortem non transtulit uel exornauit. SO: Hoc profecto e superioribus sequitur. Verum vita quaz sub saturni regno esse dicis / utruz sub illis celi conuersionibus / an sub his extitit? Mutationez quippe solis reliquarũq; stellarum in utrisq; uolutionibus contingere certum est. HO: Optime sermonez secutꝰ es. Quod autez querebas / sponte omnia hominibus nasci / presenti conuersioni minime competit: sed superiori potius competebat. Tũc sane totius circuitus princeps curatorq; primuz deus extitit: ut nunc per uarias mũdi plagas singule ipsiꝰ partes a dis principibus distribute sunt: Animalium quoq; genera gregatim distincta demones tanq̃ diuini pastores sortiti sunt: quorum vnusquisq; sufficiens erat ad omnia prebenda singulis: quibus prerat ipse. Quamobrem nihil erat agreste: omnisq; rapacitas ꝛ uorago procul aberat: aberat bellum penitus atq; seditio. Cetera insuper que conditionem illorum temporum sequebantur / innumerabilia sunt. quod vo deuictus facilitate ꝛ libertate vite fertur / ob id est dictum / q̃ deus eos pascebat: ipse illorum pastor ꝛ custos / quemadmodum homines nunc / quorum natura diuinior / brutorum pastores sunt. Deo itaq; custodiente ciuitatum constitutiones nulle erant neq; marium feminarumq; ad filios procreandos coniugia. Omnes enim ex terra reuiuiscebant: rerum preteritarum immemores. Aberãt autem eiuscemodi omnia. Fructus vo illis ꝛ poma ꝛ fruges abunde arbores ꝛ fertile solum sponte sua absq; agriculture opera suggerebant. Nudi quin etiam ꝛ expediti ꝛ errabundi ut plurimum pascebãtur. Nam temperies illis innoxia mollia quoq; passim parata cubilia q̃ plurimis ex terra herbis repululantibus. Vitam o socrates hominum sub saturno viuentium audis: hanc vo quam iouis esse tradũt presens ipse nouisti: utra vo sit felicior / iudicare ne vis ac potes? SOCRA: Minime omniũ. HO SPES: Vis ne igitur ego quodammodo tibi diiudicem? SO: Et maxime quidem. HO: Si saturni quondam alumni in tanto ocio ꝛ libertate vite potentiaq; non solum inter se: sed etiam cum bestijs colloquendi / hisce omnibus ad philosophiam utebantur inter se ꝛ cum bestijs viuentes / scisciantesq; ab omni natura quecunq; propriam sentiendi vim aliquam differentem ab alijs habet ad prudentiam acquirendam / facile iudicari potest / illos longo quodam interuallo nos ad beate viuenduz exsuperasse. Si autem epulis affatim ꝛ poculis saturi inter se ꝛ cum bestijs tales fabulas conferebant / quales de illis nunc referuntur / hoc quoq; ita ut mea fert opinio facile admodum iudicaretur. Sed hec omittamus donec aliquis horum idoneus appareat nuncius / qui nobis referat utrum homines illi scientijs ꝛ confabulationibus operam dederint. cuius autem gratia fabulam hanc ingressi sumus / id iam dicendum ut sequentia cum antecedentibus ꝓiungamus. Cum omnium illoꝝ tempus esset expletum / mutationẽq; circuitus fore iam oporteret / terreno genere omni consumpto: quippe cum quelibet anima generationes omnes implesset / quotq; mandata erant cuiq; totidem vnaquaq; in terram semina proiecisset: tunc vniuersi gubernator deus quasi gubernaculorum dimissis habenis in suiipsius redijt circumspectum. Mundum vo deinceps fatum reuoluit iterum ꝛ innata cupiditas. Omnes quinetiam dij summi demonis college singulis prepositi regionibus / quod contigerat aduertentes mundi partes destituerũt. Mũdus deinde contraria principij finisq; sese agitatione reflectens terremotu ingenti interiora concutiens animalia rursus cuiusq; generis ut plurimum perdidit: At vo certis temporum exactis curriculis / concussio perturbatioq; cessauit: ꝛ mundus a turbulento fragore desistens solita suiipsius progressione cucurrit: ꝛ in ordine debito constitutus /

De Aureo Saturnj seculo.

auctoritatem administrationēq; t suiipsius t eorum que in se sunt / suscepit. auctoris patrisq; sui gubernationem pro viribus memoriter imitatus: Prin/cipio igitur perfectius executus est:sed ab ea demuz imitatione longius degenerauit. Cuius q̄dē defectus causa est natura corporea prisce nature fomes. Haz quōdaz ualde deformē erat t ordinis expers/anteq; presenti ornatu decoraret. Ab eo sane qui ipsum construxit/bona oia possidet.a priori autē deformitate/incōmoda t iniusta oia que intra celum nascuntur t mūdus ipse sustinet t viuētibꝫ inserit. Dum igit animalia sua vna cum gubernatore nutrit/mala quidez parua/bona vo ingentia parit:cuz aūt seiūgit in proximo discessus tēpore perpulchre oia ducit. Verum p̄cedēte tēpore oblitione iam occupat:quapropter prioris deformitatis passio uehemētius dñatur. Demum longo exacto tempore deflorescit. Ac bona exigua procreās/malo; vo naturā his plurimā miscēs periculū subit ne t ipse t que in se sunt oia dissoluantur:Quāobrem deus ille quondaz huius ordinis auctor/cernēs mūdum tanto in discrimine posituz miseretur. Ac ne tumultu adeo turbulento fluctuet dissoluatur;q; t in locū dissimilitudinis infinitum mergat/iterū adstat t p̄sidet: resumptisq; protinus gubernaculis/egrotātia oia dissolutaq; antiqua sui agitatiōe cōuertit:ornat: t corrigit:mortisq; seruat illuz t senectutis ignarū. Hic ergo cūctoz dictus est finis. Sufficit aūt hoc ad regis ipsius ostēsionē si modo supra dicta teneant. Cōuerso iterū mūdo ad p̄ntis geniture progressum/etas rursus ultra progredi destitit: t noua his cōtraria que erāt tunc reddidit. Alia porro morti ob ipsam tenuitatē p̄xima aucta sunt. Que vo nup ex terra cana surrexerāt/iterū in terrā moriētia reciderūt. Cetera itē oia trāsmutata sunt mūdi totiꝰ sequētia passionē. Generationis quippe t conceptionis t alimenti imitatio cuncta necessario secuta est. Neq; enim dabatur amplius in terra per causas alias cōponentes/animal fieri: Nam quēadmodum institutū fuit ut mūdus motionis sue dñs esset/ita simili quadā ductione factū/ut partes mūdi per seipsas quoad fieri pōt/generēt t nascant t nutriāt. Jaz vo ad id puenimus/ad quod nostra ois respexit oratio: De reliquis eniz aiantibꝰ multa t magna referri possent.ex quibꝰ queq; t quas ob causas trāsmutata fuerūt. Que vo circa hoies cōtigerunt/breuiora sunt t magis ad rem attinent. Cum hoies pastoris p̄sidisq; ipsoz demonis eēnt prouidētia destituti: t animalia multa que suapte natura immania fuerant/efferata iterū eēnt/inermes ipsi imbecilles;q; t custodia derelicti/ab illis passim dilaniabātur. Accedebat inertia t imperitia superiorum temporꝫ.laboꝫ eniz curarūq; nescꝰ viperāt: Tellus haud ultra victū spōte suppeditabat:cōparandi vo industria nōduz inuēta.q; nulla necessitas illos ante coegerat. his de causis in summuz discrimen atq; penuriā illoꝫ redacte res erant. Quapropter munera illa que olim a dijs tributa hominibus memorantur/necessaria quadam disciplina eruditiōeq; tributa fuerūt. A prometheo q̄dē ignis. Artes aūt a vulcano illiusq; cōsorte. Semina quoq; t terre cultus ab alijs:omnia summatim vite hoium adminicula tūc deorum opera sunt comparata:cum homines deoruz prouidētia deseruissent:oporteretq;

A prometheo ignis da
tus. a Vulcano artes

ipsosmet ꝓpagationis t alimonie sue curaz habere:mūdi totius instar:quem imitātes omne per tē pus sequētesq; alias aliter nascimur atq; degim⁹: Sed fabula iam finē habeat. Ea vo ꝓducet nobis ad dinoscēdum quātum supra in regis ciuilisq; definitione errauimus. SO:Qua in re t quantuz errasse nos dicis? HO:Partim minus partim generosius magisq; t plus q̄ tunc erratum. SO:Quo pacto? HO:Quod enim dum quereretur rex ciuilisq; vir ex presenti circuitu generatiōeq; pastoreꝫ ex cōtraria cōuersione adduximus: t pro mortali gregis humane pastore deuz cōmemorauimus/longius transgressi sumus:q; vo ciuitatis vniuerse principē illum ostēdimus: quo autem modo princeps esset non declarauimus:Verum quidez diximus non tamen ad integrū perspicueq; descripsimus. Quocirca minus in hoc q̄ in illo deliquisse videmur. SO:Vera loqueris. HO:Existimare ergo debemus tunc demum nos ciuilem virum satis exposuisse/cum gubernāde ciuitatis modū ad sufficiētiam discreuerimus. SO:Preclare. HO:Ob hanc utiq; causaz eā fabulā inceptauimus/ut non solum ostēderetur q; omnes aduersus regem communem gregis nutritionez sibi uēdicant:uerum illum clarius intueremur quem solum sic appellare decet / cum instar ouium boūq; pastorum humani gregis pascendi curam habeat. SO:Recte. HO SPES:Reor equidē socrates pastoris diuini figuram rege prestātiorē esse:Ciuiles autez hos viros subiectis similes esse magis/ꝑm naturas educationesq; t disciplinas. SO:Dino quidez. HO:Neq; vo perscrutādum est utrū magis minusue fuerint: uel utruz ita sint an aliter nati. SO:Cur eniz. HO SPES:Sic porro iterum resumamus. Artem sua ex se precipientem: circa animalia non priuatim: sed publice prouidentem/supra statim gregis nutritionē uocauimus. Recordaris? SO:Recordor. HO:In hoc aberrauimus. Nam ciuilē virū neq; comprehendimus adhuc neq; denominauimus: sed nos eius denominatio fugit. SO:Quo pacto? HO:Greges singulos pascere alijs oibus pastoribus conuenit. Ciuili autem viro competēs nomē non dedimus:Cum deceret cōmune cunctis aliq̄d adhiberi. SO:Vera narras/si modo licebat. HO SPES:Immo vo licebat/curationem cōmuniter attribuere / absq; nutritionis aut alterius negocij distinctione: t aliam quādam appellationez inferre cōmunem siue gregis ductionē siue curationem siue diligētiam appellantes. Atq; ita ciuilem cum alijs vna complecti postq̄ sic oportere ratio significauerat. SO:Optime:Veruz quo nam pacto postea distinguēdum erat? HO:Quemadmodū gregis nutritionem diuisimus ꝑm gressibilium t uolatilium species/immixtoz ūq; t mutilatoz um/ita gregis ductionem: t ꝑm eadez partiri licebat:atq; ita regnum saturni ac presens fuisset sermone comprehensum. SO:Videtur:Sed quid tum? HO:Si ita impositum facultati illi nomen fuisset ut gregis ductionez uocauissemus eam quā gregis nutritionez uocauimus/ꝓstat q; nemo aduersū nos p̄dissēt q̄si curatio oino nō eēt: quēadmoduz tūc meritо est decertatū/q; ars in nobis nulla sit nutritiua

appellatione

appellatione digna:Et si aliqua sit/multis alijs prius magisq; q̄ regie nomē id competat.SO:Recte. HO:Nulla vo ars alia de hoc cōtendit / quasi sit totiº humane cōmunionis curatio maior mitiorq; q̄ regia.SO:Recte loqueris. HO:Post hec nunquid aduertimº socrates q̄ grauiter circa finē deliquimus:? SO:Ubi delictum dicis:? HO:In hoc inq̄:q; ? si artē quāpiam bipedis gregis nutricem esse putauimus/non tn̄ ilico regiā illā atq; ciuilem tanq̄ absolutā appellare debuimus.SO:Cur nō:? HO:Primo quidē oportebat qō dicebamº nomē ad curā magis q̄ ad nutritionē accōmodantes postea diuidenda cura fuit.Nam diuisiones insuper non paruas suscipit.SO:Quas:HO:In diuinuz pastorē ? humanū curatorē. SO:Scite.HO:Curationē itē humanā in duo.SO:Que:HO:In eā que inuitis ? eā que uoluētibus impat.SO:Quid ergo:HO:In hoc sane peccātes ineptius q̄ decebat regem tyrānūq; in idem cōduximus:cū ? ipsi inter se dissimillimi sint ? gubernādi his modi lō ge diuersi.SO:Uera refers.HO:Nunc igit̄ iterū emēdātes ut supra dicebā humanā curationē bifariā partiamur in violentā ? uolūtariā.SO:Absq; dubio.HO:Uiolētā quidē tyrānicā:uolūtariā aūt uolētiūq; bipedū gregis ductionē ciuilē artē denominemus:atq; eum qui facultate hac est preditus/ virū reuera ciuilē regēq; dicamus.SO:Uident iā hospes ciuiliū demōstrationes nobis ita demū penitus absolute.HO:Bene nobiscū eēt o socrates actū. Oportet aūt non tibi solū id sed mihi quoq; tecū vna videri:? nūc quidē rex mihi nōdum perfectā videt habere figurā:sed quēadmodū statuarij interdū importunius festinantes/plura ? maiora q̄ oporteat singula opera interponēdo seriº in deficiūt:sic ? nos ut q̄ primū atq; insuper magnifice priorīs ꝓcessus errata circa regē ostēdere mus/putantes magna illius exēpla ponēda ingentez fabule molē exaggerauimus:maioriq; q̄ oportebat illius parte uti coacti sumº. Quapropter plurioz̄ ostēsionē induximus:? fabule finē haud penitus imposuimus. sed reuera sermo nobis tanq̄ aial exterioz̄ quidē circūferētiam sufficiētez habere videt:pigmētorū vo colorūq; cōmixtiōe perspicua nōdum decorari.picture aūt ? vniuerse manuum facultatis dictione atq; sermone omne aial demonstrare magis cōuenit illis qui assequi pñt:alijs aūt per manuū ministeria.SO:De hoc qdē satis. Quā vo ob causaz nōdū sufficiēter dictū esse ais/ ostende.HO:Arduū est o beate absq; exēplis res magnas sufficiēter ostēdere:Uidet enim vnuscūq; nostrū tanq̄ per somniū nosse oia:reuera aūt oia iterū ignorare.SO:Quo pacto:HO:Absurde ad modū o socrates affectū ? cōditionē aie circa sciētiam supra mouimus.Nempe in magnis arduisq; incepimus:qō in minimis ? facilibº erat per ordinem incohādū.SO:Quorsum hec:? HO:Exēplo rursus exēpluz o felix indiget.SO:Qua ratione:? Dicas nihil mei causa uerit º.HO:Dicēdū postq̄ ipe es audire paratº:aduertimus quid agāt pueri cuz primū litteras discūt.SO:Quid nā:HO:Qō elementa quelibet in breuissimis facillimisq; syllabis sufficiēter persentiunt:ueraq; de illis eloq pñt.

SO:Quid ni:? HO:Eadem hec in alijs ambigentes opinione sermoneq; fallunt.SO:Prorsus.HO:An nō ita facillime atq; optime ad ignota pduci possūt:? SO:Quo pacto:? HO:Reducere illos primam ad ea oportet:in quibus hec eadē recte opinati fuerāt/ eisq; offerre que nōdum noscūt:? ea inuicē cōparando/ostendere eādem similitudinem atq; naturam in utrisq; cōplexionibº esse:donec cum ignotis oibº que uera opinione cōcepta sunt/cōparata monstrent. demōstrata vo ? illoz̄ exēpla facta demū efficiāt ut ex oibº cuiuslibet syllabe elemētis/id qō alterum est/ab alijs alterū nūcupēt/Quō vo idē est/idē semp ꝑz eadē secū ipso.SO:Sic oino. HO:Nōne satis hoc cōperē bēdimus q̄ videlicet tūc exēpli generatio est:cuz qō idē est in alterutro seiūcto recta opinione cōceptū ? utriq; accōmodatū vnā amboz̄ coiter opionē parit. SO:Uidet.HO:Quid mirū:si idē natura patiēs aia nostra circa rerū oiuz elemēta/alias vitate ipsa circa vnūquodq; in quibusdā cōstituit.alias aūt circa oia rursus in alijs ferē.? ipsa in quibusdā copulatiōibus recte quodāmodo opinat:translata vo in magnas ac difficiles rerū syllabas:hec eadem rursus ignorat:nihil utiq; mirū videri debet:Nam qua rōne ḡs o amice posset ab opinione falsa incipiēs/ad aliquā ueritatis uel minimā partē peruenīēdo sapiētiam adipisci:? SO:Nulla ferme.HO:Si hec ita natura se habēt/ne quaq̄ ego ac tu aberraremus/si primo totius exēpli naturā videre anniteremur/in paruo quodā alio ꝑm partē exēplo.Deinde ad maximū accessuri regis exemplū cādem spēm alicūde a minoribus deferentes: per exēplum iterū conaremur rerū ciuilium curationem arte dinoscere:ut ipsa pro somnio ueritas habeatur.SO:Recte admodū.HO:Rursus superioz̄ oratio repetenda qua inferebatur:postq̄ permulti cum regio genere de ciuitatis gubernatione contendunt: sibiq; illam usurpant:oportere eos oēs ab illo seiungere/ipsumq; soluz relinquere:atq; ad hoc exemplo quodam opus esse diximus.SO:Ualde.HO:Quod nam potissimū exēplum exiguum quidem ? eandem ciuilem cōtinens facultatē adducens aliquis sufficienter quod inuestigatur inueniet:Uis ne per iouē o socrates nisi quid aliud in promptu habemus/texendi artem eligamus:non vniuersam quidē:sufficiet enim ut arbitror/lanificium.Forte nāq; pars hec electa qō cupimus/indicabit.SO:Quid ni:HO:Cur nō ut superius vnūquodq; in partiū partes diuidebamus / ita modo circa texēdi artem fecimus ? q̄ breuissime poteramus omnia trāsigētes quod ad propositū conducit elegimus:SO:Quomodo inquis:? HO:Efficiam ut discursus sermonis ipse tibi rñdeat.SO:Preclare loqueris.HO:Eoz̄ que facimus ? possidemº/ quedam gratia aliquid agendi parātur/quedam aduersus passiones sunt propugnacula.propugnaculorum autez alia remedia sunt tam diuina q̄ humana. Alia vo obstacula. Obstaculoz̄/alia militaris armatura/alia circūuallatio.Circūuallationuz vo alia uelamina/alia aduersus estū friguscq munitiones.Munitionum alia tegmēta ? retinacula/alia operimēta. Operimētoz̄ quedā suffulciūt/quedā circūambiūt. Eoz̄ que circūambiunt alia simplicia/alia vo duplicia:atq; cōposita.Cōpositorūz alia pforata/alia sine pforatiōe ꝓnexa:hoz̄ vo quedaz neruea sunt ex his

mínime ſit nos falleret. neq; medicus: neq; dux exercitus: neq; alius ullus ſcie falſus profeſſor nos effugeret. His hunc in modū diſpoſitis/aliud q̄ddā nobis cōtingeret: nā melius q̄ nūc corporibus ualeremus: ⁊ in maritimis militaribuſq; periculis tutiores euaderemus. Uaſa ītē ⁊ inſtrumenta: ueſtes: calceos: uniuerſaq; ſupellectilē ex arte magis cōmodiuſq; inſtitutā poſſideremus/ex eo q̄ ueris artificibus uteremur. Concedam⁹ quoq; ſi vis uaticiniū futuri ſciētiam eſſe ⁊ tempantiā illi preſidentē. Uanos oſtētatores vitare. ueros aūt uates ad futuroꝝ predictionez eligere. Ita profecto genus hoium inſtitutū / q̄ ſcite ageret viueretq; aſſentior: Nā cuſtos vite hoium tēperantia/nunq̄ ſubrepere inſcitiā ⁊ viribus uti ſuis permitteret. q̄ aūt ꝑm ſciam agentes / bene agerem⁹ eſſemuſq; beati: nondū percipe poſſum o amice critia. CRI: Haud facile aliū bene agēdi ſinē perfectionemq; reperies ſi actionem ꝑm ſcientiam ſpreueris. SO: Paulo ulterius explica ꝑm quā ſciaz. Uz ꝑm ſciam ꝛriam: CRI: Non per iouē. SO: An forte eraria fabricā: CRI: Neq; iſtā. SO: Num ꝑm lanificiū artificiūq; lignoꝝ aut q̄ddā huiuſmodi: CRI: Neq; iſtud. SO: Haud ulterius itaq; eo in ſermone ſtāduz videt/quo aſſerebat beatū eē illū qui ꝑm ſciam viueret. nā hi ꝑm ſciam viuentes/beate viuere abs te minime affirmant. At forte e multis inſcienter viuētib⁹ vnū quēdā certa ex ſcia ſciēter viuentē/beatū determinas. Ac forſitan dicis/quē ego paulo ante dicebā: uatem futuroꝝ oium preſciū: hūc ne an aliū inquis: CRI: Et hunc ⁊ aliū. SO: Quē: Nunquid eū hoiez qui nō futura ſolū: uerūetiā preterita pītiaq; cognoſcat/nihilq; ignoret: Fingamus eiuſmodi aliquē: hoc tu neminē aliū magis e ſcia viuere dicas ut arbitror. CRI: Neminē prorſus. SO: Hoc ītē addat: que naz ſciarū potiſſimū beatum facit: num ſimiliter cuncte: CRI: Non ſimiliter. SO: Uerū qualis maxime / illa qua quis nouit pñs preteritū atq; futurū: Nunquid ea qua talis ludere: CRI: Quid talos memoras: SO: An forte qua computare: CRI: Nequaq̄. SO CRA: Num qua ſalubria: CRI: Hec quidē magis. SO: Illa vo quam dico maxime/ qua quid nozim: CRI: Qua bonū ac malum. SO: O ſceleſte: Jādiu me clam circulo quodā reflectis/retrahiſq; ad id ut beatū viuere non ſit ꝑm vniuerſas ſcias viuere/imo ꝑm vnam quandā boni maliue ſciam: pozzo ſi uelis o critia ex aliꝭ ſcientiꝭs hanc excipere minus ⁊ ipſa medicia ſanos efficiet: Et coziaria calceos min⁹ suppeditabit: minuſq; textoria ueſtes: Gubernatoria maritima picula: militaris belli diſcrimina declinabit: ſeruabitq; minus: CRI: Nihil min⁹. SO: At vo o amice critia ſublata hac ipſa ſcia boni ſcilicet atq; mali/nihil hoīū bene utiliterue ageť: CRI: Uera loqueris. SO: Haud hec ut videt tempantia eſt: ſed ea cuius opus eſt nobis prodeſſe. Non enim ſciaruz ⁊ inſcitiarū ſcia eſt: ſed boni maliue cognitio. Quocirca ſi utilis nobis eſt tempantia/ad aliud quidda confert. CRI: An non prodeſt ⁊ hec: Nempe ſi ſciarum ſcia eſt temperantia: ceteriſq; ſcientiꝭs preſidet / huic quoq; ſcie bonū malūue diſcernēti ſimiliter impans nobis proderit. SO: Nunq̄d bonam corporis ualitudinem preſtabit hec potius q̄ medicina: ceteraq; artium aliarū opera hec efficiet: artifices aūt ſinguli a proprijs ceſſabunt opibus: An non iāpridē inter nos ꝓſtitit tēperantiā eſſe ſcie inſcitieue ſciam: nec ullius alteri⁹ facultatē: An nō ita: CRI: Ita prorſus apparet. SO: Non ergo erit opifex ſanitatis: CRI: Non. SO: Alterius eniz artis opus eſt ſanitas. CRI: Alterius certe. SO: Neq; utilitatis igit o amice. Nam alteri hoc opus arti paulo ante tribuimus: nōne: CRI: Maxime. SO: Quo pacto itaq; utilis nobis tēperātia erit cū utilitatis nulli⁹ ſit artifex: CRI: Nullo modo videt o ſocrates. SO: Uides ne critia me ſupza nō iniuria timuiſſe: meq; ipſum culpaſſe / q̄ nihil magnū ⁊ utile de tēperantia ſaperē. Nunq̄ enim qō oium habeť pulcherrimū/hoc nobis apparuiſſet inutile: ſiquo pacto ad recte inquirendū ipſe utilis eſſem. Nūc aūt paſſim ſuccūbimus/neq; inuenire ualemus ad qd potiſſimū ſignificandū tempantie nomē inſtituit/ ipſe noium auctor: q̄q̄ multa ꝓceſſimus a rōne tā penitus abhorrētia: pozzo ſcie ſciam eſſe ꝙnim⁹ reluctante rōne: idq; protinus refellēte: Quinetiā hac ipſa ſcia reliquarū ſciarū opera noſci cōceſſimus/rōne ſimiliter repugnāte: Ut vir tempans talis eſſet ut que nouit ſciat/ſeipſum noſſe: ⁊ que nō nouit ignorare rurſus intelligat: hoc utiq; magniſice nimiū libereq; cōceſſimus haud aduertētes impoſſibile eſſe ut que nullo modo q̄s noſcit / noſcat quodāmodo. In hoc aūt nos conſenſimus: videlicet aliquē ignorantē aliqua/q̄ non cognoſcat ipſa cognoſcere: Et ſi nihil eſt ut mea fert opinio: quod hoc videať abſurdius. Uerūtamē ita nos ineptos potius q̄ duros ptinaceſq; hec indagatio nacta: nihilo magis ueritatē inuenire pōt: ſed uſq; adeo ſeipſaz irriſit/ut qō iādiu nos cōmuni ꝓſenſu ꝓfinximus ⁊ tempantiā eſſe poſuimus/hoc tandē iuuenile q̄ddā inſolenter ⁊ contumelioſe nimiū apparuerit. Tua q̄dē id cauſa potius q̄ mea o charmides egre fero: ſi tu tam egregia idole/ac tempantia animi preditus/nihil tāta virtute iuueris: nihilq; ipa in vita tibi proſit. Molestius quoq; fero incātationis gratia quā a thrace illo didici: ſi in re nulli⁹ pre cū percipienda: tantū ſtudiū poſui. Hec itaq; ſic ſe habere/haud ſatis credo. Immo ignauū eſſe me inueſtigatorē arbitror. Quippe qui tempantiā magnū quoddā bonū exiſtimē qō ſi habes/te beatum eſſe. Uerū cogita utrū poſſideas: ⁊ incātatione nō egeas. Nam ſi habeas tibi eq̄dē cōſulaz ut me delirū putes: ⁊ inueſtigande ueritatis impotē. Te vo quo es temperātior eo beatiorē. CHAR: Neſcio per iouē o ſocrates utrū habeā nec ne: Nam quo pacto illud intelligā: qō uos ut ais ipſe quid ſit inuenire nondū poteſtis: Equidē tibi nō multū credo ſocrates. Immo indigere incātatione me arbitror ⁊ quantū ad me attinet nihil obſtat quo min⁹ quotidie mihi incantationibus medearis / quoad ipſe ſatis habere me putes. CRI: En charmides ſi ſic egeris/argumēto iſtud mihi erit/q̄ tēperatus ſis: quia incātationib⁹ ſocratis te ſubīcias: nec ab ei⁹ latere vnq̄ diſcedas. CHAR: Pariturum me ⁊ paſſim ſectaturū exiſtimato. Nempe grauiter peccarem/niſi tibi tutori meo parerē: ⁊ qō iubes exequerer. CRI: Jubeo equidē. CHAR: Efficiaz id ſedulo: hodieq; icipiā. SO: Quid nā hi deliberāt:

CHAR: Nihil amplius: Nempe decretū est. SO CRA: Ulm ne inferes neq; mihi ullū vicissim cō sultādi relinques arbitriū: CHAR: Uim prorsus illaturū putato qñquidem hic precipit. Ad hec tu quoq; qd acturus sis ꝓsulta. SO: Nullus restat cō sultādi locus. Nā tibi agere aliquid affectāti cogē tiq; nemo resistere poterit. CHAR: Neq; tu er go repugnas. SO: Haud equidem aduersabor.

Charmidis finis.

Argumētū Marsilij in Lachetē de fortitudine.

Plato sepenumero magistratus opti mos legibus anteponit: q leges absq; illis oīno videant inutiles: Eas enim seruabit nullus. Magistrat⁹ aūt opti mi ipi sint leges. Sed ait magistratus non posse optimos fieri nisi ciues viri sint optimi: Neq; viros fore tales/nisi adolescētes quoq; pue riq; sint tales. Quapropter in oīb⁹ pene dialogis parētes in primis ad recte educādos filios adhor tatur/sciens nō posse genus humanū absq; guber natoribus optimis uel honeste viuere uel feliciter gubernari: Preterea nunq; fore bonos in republi ca principes/nisi viri sint probatissimi: statiq; vide licet a tenera etate diligenter exculti. Cū autē pue ritia plerūq; sub domesticoꝝ prouidētia satis fer me regatur/adolescētia vo licētiā nacta solutiorez passiq; absq; frenis oberret/merito Plato noster plurimū de adolescentib⁹ corrigendis frenandisq; pertractat: grauiterq; conquerit eaz etatē: que cuz mollitie lasciuiaq; petulantiā supbiāq; coniungit: ideoq; in summo discrimine posita est/tū a dome sticis parū obseruari / tū a legib⁹ magistratibusq; infeliciter negligi: presertim cū adolescentes taz se inuicē coinquinēt/q a grādioribus passim inficiā tur. Itaq; in legibus z re.p. magistratū inter cete ros proprīū adolescentie prefecit. Qui tanq̄: ut ita loquar episcopus exploratores quotidie tā nocte q̄ die per totā mittat urbē: singulos singuloꝝ ado lescentū mores/uerba gestus obseruaturos: singu laq; eoꝝ/tū facta/tū dicta ad magistratū uelut ad pastorem patrēq; fideliter delaturos. Nec tam ne cessaria adolescētie diligētia soli ex oībus Platoni fuit cure: qua qdē in re nec aristoteles ipse Pla tonē potuit nō summope cōprobare: Sed ad dia logum ueniamus: Lysimachus z melesias de filijs cogitant educādis: De suis conquesti parentib⁹ q publica curiosius pertractātes/domestica filiosq; neglexerint. Cū tñ prima rei.p. cura in curanda iu uentute cōsistat: z q̄uis iam senes/tū ut rectius ea de re deliberent Nitiā Lachetēq; etiā senes quib⁹ z filij sunt ad consultandū similiter ꝓuocant ac ne quid minus perspectū sit/socratē cōsilio adhibēt/ non modo sociū/sed z iudicē: Socratē inq̄ nihil aliud in omni eius vita tractantē / q̄ tum de omni etate/tū maxime de adolescētia rite curanda. Tu vo considerabis interea miras socratice vite lau des: itez ueras esse laudes que a viro laude digno proficiscunt. At vo quoniā in alijs ciuitatibus insti tutio legū ad mansuetudinē magis declinat q̄ ad audaciam: in alijs vo cōtra. Plato utrūq; arbitra tus piculosum z mansuetudinē audacie z vicissim audaciā mansuetudini iubet in politico pariter cō misceri. Siqs vo charmidē lacheti ꝓiunxerit/exhor tationemq; tū ibi ad tempantiā / tū hic ad fortitudi nē inuicē copulauerit / adolescentū aīos rite contem perabit. Mitto q̄ in hac pñtis dialogi ad fortitudi nē exhortatione tā nitias q̄ laches militarē fortitu dinez ultra q̄ deceat admirant: z nitias preterea ar morum ludos quasi ad militiā preludia summopere necessaria/laudibus supramodū extollit: sed huc nō iniuria laches emēdat. Post hec snīa transfert ad so cratem. Ubi aīaduerte nullā ꝓsonantiā delectare ma gis / q̄ que in sapiēte fit ex ipsa animi sermonisq; cō cordia. Atq; contra nullā dissonantiā magis offende re/q̄ ubi lingua mensq; dissonat. Deinde hoiem per ditum etiā si belle loquat audiendū nō esse: Neq; li cere de moribus loqui nisi morato. Preterea socra tem semp cōsueuisse de quacūq; re disputaret: disput tationis sociū/eo perducere ut totius vite sue redde ret rōnem quasi aliena frustra cognoscas/nisi teipm norīs. addit necesse in primis esse seipsum alicui exa minati subīcere: cui sepe rōnes anteacte vite reddā tur. Quod quidē cōfessionē annuā a christianis insti tutam ualde confirmat: Addit z tādiu discēdū q̄ diu viuendū. Socrates autē oīum cautissimus iudicium sibi iniunctū ait traducendū in seniores. Sed iterea obsecratus a cunctis rē ipsam aggredit/añ oīa qdez diligentiā in filijs educandis probās/improbans ne gligentiā. Adiūgit non posse fieri ut qs ad fortitudi nez aliquē adhortet/nisi sciat quid ipsa fortitudo sit exprimere. Nox interrogatus laches qd fortitudo sit/confidentius rndet/esse virtutē / per quā quis nō deserens ordinē/expugnat hostē. Quod quidē ideo confutat/qr pōt aliqs scytharū more nō minus fugiē do q̄ permanēdo hostē vincere: atq; eque fortis eē: Ideoq; homerus eū appellat fortē qui oportune au dere scit atq; timere. Paulo post ad quālibet mate riam fortitudinis victoria trahit: quasi fortē virū de ceat non modo formidines / uerūetiam dolores libi dines/uoluptates exsupare. hinc querit cōmunis ad hec oīa fortitudinis definitio. ad hec rndet laches / hanc esse quandā animi tolerantiā. At quoniā min⁹ sufficienter est definitū/socrates addere cogit: tolerā tiam ipsam oportere honestā esse atq; ꝓferētem. eius modi vo non erit/nisi prudēter id fiat. Ideoq; com pellit lachetē dicere fortitudinē propter tolerantiam prudentē esse. Siquidē fortitudo pulchrū quiddā est atq; bonū: Deinde querit que nā tolerantia z ad qd prudens ideat circa quā materiā/quodue officiū: Labitur aūt laches qñ generatim interrogat utruz ubi audacia maior est / ibidē fortitudo sit maior: idq; cō cedit: rursusq; admitti necessario audaciā in eo esse maiorē qui absq; rei ipsius peritia / cognoscēs tñ pe riculum/rē ipsam aggredit / q̄ in eo qui peritia ince dit instructus. Cautius enim tutiusq; is agit: laches deniq; recipit/ubi plus audacie / minusue pitie pru dentieq; est fortitudinē esse rē maiorē: In qua quidē ꝓcessione z sibiipsi repugnat: z admittit falsum. Nā fortitudo quidē pulchrū quiddā est z conferens: au dacia vo imprudens est/turpis z noxia: inter hec no ta tritam socratis Platonisq; snīam: Ad illa quisq; bonus est/ad que est sapiens. Ad illa malus/ad que ignorans: Profecto quēadmodū errores oēs / tum manus in apprehendendo/tū pedis in gradiēdo ab

ipso videndi defectu procedũt:sic errata hoium oia/ tum in eligendo / tũ in agendo ex defectu intelligẽtie proficiſci ſocrates arbitrat:Naz ubi dux ipſe cecus eſt uel cecutiens/oia labũtur in preceps. Poſt lache tem definit nitias fortitudinẽ metuendarũ rerũ z nõ metuendarũ ſciam:qua videlicet rõne z quaten⁹ me tuenda inuadẽdaq; ſunt: Uocat utiq; fortitudinẽ ha bitum quẽdã cũ prudẽtia circa metuenda z inuaden da conſtantẽ. Audaciã vo ſine prudẽtia temerariam uocat ferocitatẽ:Socrates contra nitiã ſic argumen tatur.quozũcunq; aliqua ſcia eſt/nõ alia preteritozũ eſt ut facta ſunt:alia pñtium ut fiunt/alia futurozuz/ ut optime fieri pñt.ſed eiuſdẽ ſcie eſt hec oia itellige re:Si ergo fortitudo ſcia eſt audẽdi z metuẽdi circa bona atq; mala/videlicet ut futura ſunt:nimirum eſt etiã ſcia eozundẽ ut pñtia ſunt:atq; preterita. Oium ergo ſimpliciter:eſt igit vniuerſa virtus:Nos autez fortitudinẽ ab initio tanq; virtutis partẽ aliquã que rebamus. Obiectio hec nõ tam refellẽdi q; tentandi nitie gratia facta eſt. At nitias definitionẽ ſuaz neſci uit defendere.Socrates autẽ inter ſeniozes propter modeſtiã doctozẽ agere nolẽs:ſimulat ſe definitionẽ ſimiliter ignozare. hortaturq; eos ut vna ſecũ virtu tum preceptozes ſibi añ perquirãt/q; facultatez eru diende iuuẽtutis profiteant:oſtendens in omni etate mozalẽ diſciplinã eſſe magnopere neceſſariã:ac ſine ruboze uerecũdie ſemp eſſe diſcendũ: Definitiones vo quas uel hic de fortitudine uel in charmide de tẽ perantia querit/non hic aut ibi / ubi exhortari z ad monere dũtaxat conſiliũ eſt / ſed in re.p. z legib⁹ ab ſoluuntur. Sed ut de fortitudine ſimul z tempantia quaſi germanis ſummatim dicam Plato in phedro ſympoſioq; vitã hanc noſtrã itineri cuidã cõparat. In quo quidẽ dirigendo nõ referat aurigã / affectus vo partim ſupiozes/partim inferiozes geminos refe rãt equos albũ videlicet atq; nigrũ:atq; ut quãtũ ad propoſitã ptinet queſtionẽ/cõmodius diſtinguam⁹: Diuinã inquit prouidentiã ſtatuiſſe nos a turpibus reuocare/ad honeſta continue prouocare. Ideoq; pudozẽ magnanimitatẽq; nobis ingemuiſſe.ut auri ga noſter pudoze quidẽ quaſi freno affectus noſtros uelut equos a turpibus licet ſuauib⁹ cohiberet / ma gnanimitatis vo calcaribus ad honeſta q; uis ardua ſtimularet. Siquidẽ malus quidã demon ad turpia lenocinijs allicit uoluptatis / ab honeſtis amaritudi ne dolozis abſterret. Quãobrem z tempantia pudo ris uſa frenis/efficit ut a turpibus inuita uoluptate ſemp abſtineam⁹:z fortitudo magnanimitatis freta calcaribus/dat operã/ ut ad honeſta viriliter contẽ dam⁹/ſpreta difficultatis dolozisq; formidine:z quã to difficilius eſt dolozes ſupare q; a uoluptatib⁹ ab ſtinere/tãto fortitan alicui videri poſſet fortitudinez tempantie anteponendã. Beniq; tempantia quidem facit ne ex hoie precipitemur in bzuta : fortitudo vo preter id ut etiam quodãmodo tranſferamur in deũ omnia ſupantem:ob hãc precipue virtutem eis anti quitas herculẽ in deoz retulit numerũ: Herculẽ inq; dum terre victoz celeſtes ſcãderet gradus/ita clamã tem. Ite nũc fortes ubi celſa magni ducit exẽpli via: Cur inertes terga nudatis z ſupata tellus ſydera do nat.

¶ Laches Platonis de fortitudine.

LYSIMACHVS: MELESIAS:NITIA: LA CHES:FILII NITIE ET LACHIS:SOCRA TES. LY:

Ut ſpectaſtis armis dimicantẽ o nitia atq; laches. Quam vo ob cau ſam ſpectare hunc nobiſcũ vna ego z meleſias hic uos iuſſimus ſupza miníme declarauimus. Nunc autez aperiemus nã libere uobiſcũ loquẽ dum exiſtimamus. Sunt enim nõnulli qui hec de rident:ac ſiquis eos conſulat/ſniam ſuã non expzi munt.ſed illud de quo cõſultat/z conſultãtis men tez conjciẽtes alia preter ea que ſentiũt/proferũt. Cum aũt uos arbitremur z ad intelligẽdũ ſuffice re:z que cognoſcitis ſimpliciter explicare/ſocios ad eoz que referem⁹ deliberationez aſciuim⁹:Eſt autez de quo altius ſum exorſus eiuſmodi:Di no bis filij ſunt: hic quidẽ huius filius auito noie thu cidides nuncupatus. Deus itẽ alter/aui ſimiliter nomen ſeruãs. Naz ariſtidẽ noiamus . videturq; nobis q; diligentiſſima hoz cura ſuſcipiẽda . neq; agendũ putamus/qõ multi ſolẽt qui filios ſuos cũ primũ adolcuerint:ad ppziã ſinũt libidinẽ viuere. immo vo tũc ſtudiũ diligẽtius adhibẽdũ.cuz itaq; adeſſe nobis filios videam⁹ / iudicauim⁹ uos pre ceteris cogitaſſe/qua rõne educãdi ſint ut optimi fiant.qõ ſi non multũ animaduertiſtis in pñtia admo nemus uos id negligere nõ debere exhortamurq; ut vna nobiſcuz de filioz educatione deliberetis: quã vo ob cauſaz nobis hec videãtur o nitia atq; laches audire decet:q; uis paulo plixioza ſint/que ſequũtur. Diſcubuimus in puinio ſimul ego z me leſias hic:atq; hi nobiſcũ adoleſcẽtuli. Ut igitur in principio ſermonis ſignificaui / libere uobiſcũ au dacterq; loquemur. Sane uterq; noſtrũ multa po teſt patris ſui preclara facinoza tũ pace/tuz bello filijs enarrare:patriſq; geſta erga rẽ.p. ſocioſq; in ſignia recẽſere . A nobis vo res geſtas referre nul las poſſum⁹:Quare z hoz uos pudet eaq; dãna mus:z patrum negligentiã ſepe culpamus:q; nos poſtq; adoleuim⁹ in mollitie quadã z delitijs viue re permiſerunt:reſq; aliozũ geſſere. Eadẽq; adole ſcentibus his oſtendentes edicimus / ſi ſeipſos ne glexerint noſtraq; precepta cõtẽpſerint ignobiles eos futuros:ſin aũt curauerint/forte dignos auitis noibus euaſuros. Ipſi vo pituros ſe nobis rndẽt. Nobis autẽ de hoc inuicẽ conſultãtibus qua diſci plina uel cõſuetudine potiſſimũ optimi fieri pñt/ expoſuit quiſpiã opepreciũ eſſe / ut armis dimica re perdiſcant:laudauitq; iſtũ quẽ uos modo certã tẽ ſpectaſtis : z cõtueri iuſſit.optimũ itaq; forte pu tauim⁹/ut z nos ad hoc ſpectaculũ ueniremus: z uos vna puocarem⁹ tũ ad ſpectãdũ / tũ etiã ſi vul tis de adoleſcẽtũ educatione coi cõſilio deliberan dum. Hec ſunt que uobiſcũ cõferre cupiebamus. Veſtra nunc intereſt/tã de hac re utrũ diſcẽda ſit nec ne cõſulere/q; de alijs ſiquã diſciplinaz uel ſtu dium adoleſcẽtis laude dignũ inuenitis:z quid cir ca cõmunionẽ facturi eſtis/pdicere. NI: Sẽtentiã profecto ueſtraz o lyſimache z meleſia probo:Et uobiſcũ vna inueſtigare paratus ſum : ſimiliterq; affectũ hunc lachetẽ exiſtimo. LA:Vera perpẽdis

o nitia ꝓfecto qꝺ paulo añ referebat lysimachus de suo ⁊ melesie patre / q̃ aptissime dictũ mihi vi det aduersus illos: ⁊ nos ⁊ oẽs quicũq; ciuilia tra ctãt: nã qꝺ querebat lysimach⁹ illi tã filios q̃ cete ra domestica negligũt: In his itaq; ꝓbe lysimache loqueris. q̃ aũt nos ad cõsultandũ de eruditione adolescentũ/accersis/socratẽ aũt istũ nõ inuitas / admiror: primo quidẽ concĩuẽ/deinde hic ut pluri mum ꝓuersantẽ tractantẽq;/ubi aliqua sit disципli na decora talis qualẽ exigis ⁊ exercitatio iuuenũ. LY: Quid ais laches? Socrates hic talia vnq̃ cu rauit? LA: Et maxime quidez lysimache. NI: Ego quoq; ad hoc non deterior q̃ laches testis eẽ pos sum. Nup enim hospitẽ ad me deduxit erudiendi filũ gratia agathoclis discipulũ damonem/musice preceptorẽ urbanũ quidẽ virũ ꝓ ceteris: atq; pe ritũ non in musica solũ: sed etiã in ceteris facultati bus/quibus certe dignus sit ut eius disципline con suetudiniq; adolescentes eiusmodi comitant. LY SI: Haud ampli⁹ o socrates: nitiaq; ⁊ laches ego atq; equales mei iuniores cognoscim⁹ utpote qui nos domi ob etatẽ plurimũ cõtinem⁹: Ueruz sic̃d boni o sophronisci fili ꝓciui huic tuo consulere po tes/cõsule/Decet enim. nã paternus nobis es ami cus. Semp enĩz ego ac pater tuus familiares ami ciq; fuimus: ac ille vita prius decessit/q̃ ulla inter nos simultas exoriret: Mihi quoq; quodãmodo aures adhuc socratis nomẽ circũsonat/qꝺ hi pue ri domi altercantes inuicẽ frequẽter usurpãt / cele brantq; summope. quos ego nõdũ percõtat⁹ sum: utrũ socratẽ sophronisci filiũ dicãt an aliũ. Sed o pueri dicite mihi hic ne socrates ille/quẽ adeo fre quẽter cõmemorare soletis? PVE: Iste proculdu bio pater. LY: Bene quidẽ per iunonẽ o socrates q̃ erga patrẽ tuum recte te geris oĩum virorq; opti mum: ⁊ q̃ nobis propria tua erunt/tibiq; nostra. LA: Ne virũ hũc dimittas lysimache: nã ego ali bi ipsum inspexi quãdoq; nõ erga patrẽ tãtũ: uerũ etiã erga patriã mirũ immodũ officiosuz: porro in ipsa apud deliũ fuga mecũ vna pedẽ retulit: Idq; ratũ habeas uelim q̃ si ceteri similiter se gessissent haud totã perpessa fuisset ciuitas nostra ruinam. LY: Optima hec laus est o socrates / que tibi nũc a viris fide dignis tribuit qui in hisdẽ laudandi ⁊ ipi sunt/in qbus te laudãt. Scito igit̃ me tua letari gloria: tibiq; sũma beniuolẽtia esse deuinctũ existi mato. Oportet ergo te ꝓmuz ad nos accedere/do mesticosq; ut decet cẽsere. Quare posthac postq̃ nos inuicẽ agnouim⁹ ne aliter facias/imo beniuo lẽtia quadã domestica cõplectaris ⁊ nos ⁊ hos iu niores/ut mutua iter nos amicitia utrinq; seruet: hec sane ⁊ tu facies: ⁊ nos deinceps iterum in me moriã reuocabimus. Ad id aũt qꝺ inquirere cepi mus quid dicitis? Nuz cõducere putatis adolescẽ tibus ut armis pugnare perdiscãt? SO: Conabor equidẽ o lysimache siquid potero de his cõsulere: ⁊ que postulas cuncta perficere: uerũ par eẽ mihi videtur / ut cũ ⁊ iunior his ⁊ ad hec impitior ipse sim/audiam primo quid ipsi sentiãt/discãq;: Ac si quid aliud ultra sententias illoz habuero / tũc de mum tibi hisq; aperiã. Ceterũ cur nõ ipse prior o nitia loqueris? NI: Nihil prohibet socrates: Vide tur mihi peritia hec passim prodesse iuuenibus: neq; in his immorãdũ/quibus iuuenes ociũ nacti sese da re ꝓsueuerũt: Sed eã facultatẽ cõparare prestat: per quã habitus corporis robustus acquirit. Nulla enĩz alia exercitatione inferior hec est: aut minus laborio sa. Decet preterea liberũ hoiez maxime exercitatio talis ⁊ equestris pitia. Nã in eo certamine cui⁹ nos athlete sumus: ⁊ in his quoq; nobis est certamẽ ꝓpo situm hi soli decertãt: qui in eiusmodi belli instrumẽ tis se exercẽt: Cõferet quinetiã peritia hec in ipsa pu gna: quotiẽs in acie ordineq; certandũ. Maxime vo tũc proderit/cũ acies dissoluent: ⁊ singulari certami ne oportebit uel insequi repugnãtẽ: uel inuadẽtẽ in fu ga repellere: Nunq̃ sane qui hac facultate instructus est/vni succũbet/forte vo nec etiã pluribus. imo hac passim exsupabit: preterea alterius cuiusdã preclare disципline facultas hec desideriũ affert: quilibet enĩz cũ didicerit armis pugnare disциplinã circa ordinan das acies que statim sequit̃/affectabit: hec aũt assecu tus: ⁊ circa hec cupiditate glorie inflãmatus ad exer citus prefecturã se cõferet: Ac summatim ad oĩa que circa hec uersant̃ instituta studiaq; preclara ⁊ cogni tu usuq; digna/sese prima illa ducẽte conuertet. Ad diciem⁹ itẽ quiddã non cõtinẽdũ q̃ vnũquẽq; in pre lio audentiorẽ fortiorẽq; mirũ immodũ hec facultas efficiet: neq; illud insup reticẽdum q̃ uis leuius cuiq̃ videri possit/q̃ ⁊ aptiorẽ ibi virũ efficiet ubi maxie aptũ promptũq; apparere oportet. Ibidez certe ob ipsam dexteritatẽ hostibus terribilior apparebit: mi hi itaq; o lysimache opepreciũ esse videt ut hec ado lescentes percipiãt quãue ob causam ita putẽ/expo sui. Ueruntñ libẽter audirẽ/siquid preter hec laches uelit afferre. LA: Absurdus ꝓfecto sermo existima retur o nitia siquis aliquã disциplinã diceret/ minime comparandã. Prestare enim videt scire oĩa: Enim uero facultas hec circa arma si disциplina quedã est ut ferunt qui eã docent: ⁊ talis preterea qualẽ nitias predicat discẽda est. Sinautem disциplina nõ est/sed nos decipiũt qui hãc pollicẽtur: uel disциplina est qui dẽ sed haud multi precij/quid discere hanc oportet. Ad hec dicẽda ea sane cõiectura me mouet/q̃ ut re or si alicui⁹ hec eẽt p̃cij: nunq̃ lacedemones latuisset quib⁹ nihil aliõ cure est in omni vita q̃ ita se in oĩb⁹ comparare ut bello ceteros oẽs exsuperent. Quod si forte illos fugit / non tñ hos p̃terisset huius rei ma gistros/q̃ huiuscemodi rebus illi summope student: que in his honoratus ab illis aliquis multas apud alios pecunias cumularet: quẽadmodũ tragediaruz poeta apud nos honoratus. nẽpe qui tragedi⁹ confi dit suis haud extrinsecus atticaz circumlustrat/per alias urbes ostentat⁹/verũ statim huc aduẽtat: ⁊ sua merito i⁹ viris ostẽdit: Nos vo qui in armoz ludis uersant̃ video lacedemonẽ putare quasi quoddaz in accessibile tẽplũ: neq; summo etiam pede adscẽdere vnq̃ audere: Immo circũ oberrant: ⁊ apud alios se potius iactãt: p̃cipue inter illos qui ⁊ ipsi se alĩs mul tis in re militari inferiores esse confiterẽtur: preterea nõ paucis o lysimache generis huius hoibus iterfui dimicantibus ⁊ quales sint noui. inde quoq; cõiecta re licet. Quasi enim dedita opa nullus vnq̃ in bello illustris euasit/eoz qui his ludis incubuerunt: q̃uis in ceteris oĩbus i⁹ proficiãt/maxime qui se frequẽter

exercent:foli tñ hi ꝓeter ceteros ad hoc uoti impo
tes sunt:usqꝫ adeo infoꝛtunati uidẽtur: Etenim ſteſi
leum hunc/quẽ uos mecũ tanta in turba ſeſe oſtẽtan
tem contẽplati eſtis ꝛ miꝛa nimium ꝓfitentẽ: alibi
quãdoqꝫ inſpexi certius reuera ſeipſum haud ſpõte
intuentibus demonſtrantẽ. Aſcendit quãdoqꝫ nauez
ꝛ aduerſus ingentẽ nauẽ aliã decertauit inſtrumẽtũ
quoddã militare tenẽs manibus ab alĳs lõge diuer
ſum/quippe cũ ꝛ ipſe ab alĳs diſcrepet:habebat hic
dorydrepanuz idẽſt telifalcẽ. Reliqua q̃dẽ uiri huĳ
geſta haud digna auditu ſunt:hoc tñ non eſt ſilentio
ꝓtereundũ quid cõfigerit ex taz miꝛa cautione hu
iuſqꝫ uiri machinamẽto qui telo falcẽ addidit:eo ſiq̃
dem dimicãte falxnauis ſe fulcimẽtis implicuit. Tra
hebat aũt ſteſileus ut explicaret neqꝫ poterat:nauis
nauẽ trãſibat:ille aũt interea nauẽ curſu comitabat
haſtã continẽs.cũ ꝯo nauis nauẽ iam tranſiret/eũqꝫ
haſtã tenentẽ attraheret ad extremũ teli manu deue
nit. Riſus ergo ac ſtrepitus ampla in naui ꝓcitus:ob
ſteſilei habitũ ꝛ ob id inſuꝑ qꝛ ad ſummã quis nauẽ
iacto lapidẽ in pedes eius coegit ut haſtã dimitteret
tunc ſane ꝛ illi qui triremi uehebant haud ulteriꝰ ri
ſum continere potuerũt:cũ eius telifalcẽ illã naui ſu
ſpenſam intuerẽtur:ſoꝛte alicuius hec ꝓcĳ ſunt: ut
nitias aſſerit:Ueruntñ ea quibꝰ interfui talia quedaz
ſunt. Quãobꝛẽ ut in ꝓncipio diꝛi/ſiue diſciplina hec
eſt / parũ ꝓdeſt:ſiue nõ eſt ſed ſimulãt:qui hãc ꝓfi
tẽtur/haud res ſtudio digna videt. ita ſane arbitroꝛ/
ſiquis timidus facultatẽ hanc ſequat/audaciozez ob
hãc effectũ clariozẽ foꝛe q̃ ſuerit. Sinaũt foꝛtis quiſ
piam eã ſectet obſeruatũ ab hoibus ſi parũ quid ab
erret/magnas calũnias ſubiturũ. inuidioſa nãqꝫ ſcie
huius ꝓfeſſio:quocirca niſi uirtute miꝛũ immodũ
ceteris ꝓeſtet:qui hãc ſibi ſciam uẽdicat/uitare non
poterit quin ridiculus habeat: Eiuſmodi videt mi
hi lyſimache huius diſcipline ſtudiũ. Oꝑtet aũt ut
ab initio dicebã ſummope hũc ſocratẽ obſecrare/ ut
circa ꝓpoſitã queſtionẽ ſua ex ſnĳa ꝙſulat. LY: Ro
go equidẽ ſocrates:etenim diſcernẽtis cuiuſdã ſnĳam
conſultatio hec deſiderat:nã ſi inuicẽ hi cõueniſſent:
minus eiuſmodi conſultatione opus foꝛet:poſtq̃ ꝯo
laches ut cernis ꝛ nitias diſſidẽt/ꝓeſtat audire nũc
cuius ipſe ſnie potius ſuffrageris. SO: Quid ꝯo lyſi
mache: Diſce tu adherebis ſi plures noſtrum lauda
bũt. LY: Quid nã aliud q̃s agat o ſocrates: SO: Nũ
quid ꝛ tu meleſia ſimiliter faceres: Ac ſi de exercita
tione filĳ ꝙſultares/nuz plurib⁹ noſtrũ fidẽ ꝑſtares:
an potius illi qui ſub perito exercitandi magiſtro di
diciſſet.ſeqꝫ exercuiſſet: ME: Illi merito ſocrates.
SO: Ipſi itaqꝫ maiozẽ fidẽ adhiberes / vni q̃ nobis
quatuoꝛ: ME: Foꝛſitan. SO: Scia eniz nõ multitudi
ne iudicare oꝑtet/qõ recte eſt iudicãdũ. ME: Pro
culdubio. SO: Nõne id in ꝓmis conſiderandũ eſt:
ſiquis iter nos eſt peritus ea in re de qua nũc delibe
ramus/an non: ꝛ ſiquis talis inueniat illi credendũ.
ſnĳa ceteroꝝ poſtpoſita. Sin nullus/alius quidã no
bis inueſtigandus. An circa exiguũ quiddã nũc peri
culũ ſubire cenſetis ipſe atqꝫ lyſimachus: potiꝰ q̃ cir
ca rẽ quandã ueſtrarũ poſſeſſionuz oium ꝓcioſiſſi
mã: filĳs nãqꝫ bonis uel malis effectis/vniuerſa do
mus paterna/eodẽ modo gubernabit / quo ꝛ filĳ af
fecti erunt. ME: Uera loqueris. SO: Diligẽter igitur
huic rei inuigilandũ. ME: Ualde. SO: Quo nã igit
pacto q̃ modo dicebã ꝙſiderauiſſemus ſi inueni
re uoluiſſemus/quis noſtrũ maxime in certãdo ar
tificioſus euaderet: Nõne eũ perſcrutati eſſemus
qui ꝛ didicit ꝛ exercuit: cui videlicet idonei huĳ
rei ꝓceptoꝛes extiterint: ME: Ita eq̃dẽ arbitroꝛ.
SO: An non ꝓius etiã q̃d illud ſit cuius ꝓcepto
res indagaremꝰ: ME: Qui iſtuc ais: SO: Sic cla
riꝰ foꝛte ꝑcipies: nõ videt inter nos in ꝓncipio
conſtitiſſe quid illud ſit in quo perquirimꝰ quis no
ſtrum ſit peritiſſimus: ꝛ huius gratia ꝓceptoꝛes
habuerit/quis nõ: NI: Nõne querabamꝰ o ſocra
tes utrũ oꝑteat diſcere adoleſcẽtes armis dimi
care nec ne: SO: Ita ꝓꝛſus o nitia:ſed cum de
oculoꝝ medela querit aliquis adhibẽda ne ſit an
non: tũc de medela putas/an de oculis cõſultari:
NI: De oculis. SO: Et qñ querit/utrũ frenũ equo
adhibẽdũ nec ne/ ꝛ qñ/tũc nõ de freno:ſz de equo
potiꝰ cõſultat. NI: Uerũ. SO: Ut aũt paucis cõꝛe
hẽdam/quotiẽs quis aliquid alicuiꝰ gratia querit/
de illo ipſo conſultatio eſt/cuius gratia aliud que
ritur/nõ de eo q̃ querit alteriꝰ gratia. NI: Neceſ
ſe eſt. SO: Oꝑtet itaqꝫ ꝙſultozẽ examinare utrũ
ad illius curationẽ peritus ſit:cuiꝰ gratia in ꝑtia
deliberamus: NI: Omnino. SO: An non dictũ eſt
de diſciplina perquiri/adoleſcentũ animi gratia:
NI: Dictũ. SO: Ergo ſiquis noſtrũ curandoꝝ aio
rum arte polleat ualeatqꝫ eos ſufficiẽter excolere
ꝛ ꝓceptoꝛes eruditos habuerit: inquirendum:
NI: Hunc̃ ne vidiſti o ſocrates ſine ꝓceptoꝛibꝰ
aliquos in re quadã peritiozes q̃ cũ ꝓceptoꝛibꝰ
euaſiſſe: SO: Uidi equidẽ laches:quibꝰ ipſe tũ nõ
crederes ſi ſe optimos artifices ꝓdicarent / niſi
opus aliq̃d artis illoꝝ recte conſtructũ ꝛ vnum ꝛ
plura moſtrauerint. NI: Uerũ eſt quod dicis. SO
CRA: Nos itaqꝫ decet o laches ꝛ nitia poſtq̃ ly
ſimachus atqꝫ meleſias ad cõſultandũ de filĳs cõ
uocarũt/cupientes optimos illoꝝ aios effici:ſi ꝓce
ptoꝛes nos habuiſſe fatemur/eos oſtẽdere: qui
ꝛ ipſi ꝓmũ optimi fuerint: ꝛ multoꝝ adoleſcẽtũ
animos eruditierint/poſtea nos quoqꝫ docuerint:
Uel ſiquis noſtrũ ꝓceptoꝛẽ habuiſſe neget: opa
ſua moſtrare debet:in mediumqꝫ afferre qui nam
athenienſium/uel hoſpitũ aut ſerui aut liberi:diligẽ
tia ſua abſqꝫ cõtrouerſia boni euaſerint. ſinautem
neutrũ oſtẽdere poſſumꝰ:ut alios ꝙſultoꝛes adeat
iubere debemꝰ: neqꝫ in amicoꝝ filĳs deꝓrauãdis
id ſubire periculi/quo apud adoleſcentũ domeſti
cos accuſationẽ maximã mereamur. Eq̃dẽ o lyſi
mache atqꝫ meleſia de meipſo in ꝓmis aſſero nul
luz hac de re mihi magiſtrũ extitiſſe: q̃ q̃ a tenera
etate ſemp rẽ hanc affectaui: Uerũtamẽ ſophiſtis
mercedẽ ſoluere nõ ualeo qui ſoli pollicĳti ſunt bo
num me ꝛ clarũ efficere. Ipſe ꝯo ꝓpꝛio ingenio
artẽ hanc inuenire etiã nũc minime poſſum. quaz
ſi nitias hic uel laches inuenit uel didicit/haud eq̃
dem admiraboꝛ. Etenim pecunĳs magis abũdat
ut ab alĳs diſcere queant: ꝛ ſenioꝛes ſunt ut iã iue
nire potuerint: Uident autez mihi ad eruditẽdum
ſufficere: neqꝫ eniz uſqꝫ adeo intrepide de ſtudĳs
iuuenẽ bonis uel malis ſtatuiſſent / niſi putaſſent
ſufficienter hec cognoſcere. Cetera his equidem

credo:q̄ vo dissentiant admiratus sum:atqui quē admodū nup laches iubebat ne me dimitteres:sed percōtareris/ita nūc ego vicissim te rogo iubeoq̄ lysimache/ne lachetē nitiāq̄ dimittas: sed ab his sciscitēris:dicens eis socratē dixisse rē ipsam nō intelligere:neq̄ diiudicare posse quis uestrū uera loquatur:quippe cū nec inuentor harū rerū ipse fuerit:neq̄ ab alio docēte didicerit.tu autē laches ac nitia dicite utriq̄ nobis / quē circa iuuenū educationē doctissimū conueneritis:z utrū discentes ab aliquo sciatis hec an ipsi potius inuētores sitis. q̄ si didicistis quis utriusq̄ magister:quiue alī artis eiusdē professores/Ut si minus uobis ad hec a rei publice negocijs supersit ocī/eos adeamus.psuadeamusq̄ uel muneribꝰ uel gratia uel utriscq̄ ut z nostroꝝ z uestroꝝ filiorū curā suscipiant:ne ipsi bi facti maioribus suis dedecori sint. Si nautē ipsi uos hoc inuenistis / adducite in mediū siquos fore alios diligētia uestra ex prauis bonos clarosq̄ hoies reddideritis. Enimuero si nūc primū docere incipitis aīaduertēdū est nō carē quēdā merce deductū:sed z uestros z amicoꝝ filios in discrimen nos ducere:z profecto ut habet prouerbiū in uasis ipsius iactura artē figulariā experimini:dicite itaq̄ quid ex his adesse z cōpetere uobis asseritis uel negatis:/ hec tu ab illis sciscitare lysimache neq̄ eos dimittas priusq̄ rndāt. LY: Probe loq̄ socrates o virie:mihi videt. Si ergo uobis gratū futurū est o nitia atq̄ laches/iterrogātibꝰ rndere ipsi videritis:mihi certe z huic melesie gratū:si uelitis oīa que iterrogat socrates rōne pcurrere. Et enim statim a principio dixi iccirco ad cōsultādū uos accersisse:q̄ excogitata uobis hec iā ut decēs est arbitraremur:presertim cuz filios habeatis ut nos ea ferme in etate iaz cōstituros/in qua de eruditione sit cogitandū. Si ergo nihil prohibet/dicite obsecro/vnaq̄ cū socrate hoc cōsiderate:z reddentes z recipiētes inuicē rōnē:Recte nāq̄ z hoc iste dicebat de maximo quodā nostroꝝ oīum in pītia nos deliberare. Videte itaq̄ utrū sic agēdū existimetis. NI: Videris certe mihi lysimache socratē ex patre tantū cognoscere:neq̄ cum eo vnq̄ cōsuetudinē habuisse nisi forte dū esset puer patrē secutus aliq̄ uel in templo uel alio populari conuentu tibi adhęserit. Virū aūt hunc factū nōdū ut apparet/es allocutꝰ. LY: Cur o nitias:NI: Ignorare videris q̄ quicūq̄ sermone quasi genere prouinquat socrati:illiq̄ disputans heret:licet de alio quoq̄ ceperit disputare: cogit tandē socratis uerbis adductus sue vite reddere rōnē que sit pītis / que anteacte ipsius vite cōdictio:Et postq̄ in hec incidit/non prius eū dimittit socrates q̄ cūcta hec sufficienter examinauerit: Ego aūt hoc familiariter usus sum:ac necessariū esse cognosco huius exuerbis hec perpeti:que nūc ipe patiar/nō ignoro. Delectat me admodū huius o lysimache cōsuetudo:Neq̄ enim obesse puto ut in memoriā reducatur/siquid non recte uel fecerimꝰ uel faciamꝰ. Immo vo necesse est eū qui hec nō refugit/cautiorē in posterū fieri:existimantē sm illud solonis tādiu discendū q̄ diu viuit:neq̄ sperantē senectutē ipsam mentē nobis daturā. Mihi itaq̄ nec insuetum est: nec iniocundū a socrate hoc examinari:Atqui iāpridem id sciebā:sermonē nobis non de pueris pīte socrate/sed de nobis ipsis futurū: Quaobrē nihil prohibet/quo minus cū socrate utcūq̄ vult ipse disserā. Verū considera quo pacto ad hoc laches efficiatur. LA: Simpliciter eq̄dē nitia erga sermones afficior: immo vo si vis dupliciter:prorsus uerborū studiosus videri cuiq̄ possem:z aliq̄n contra: Nā quoticns de virtute uel de sapiētia quadā aliquē audio disputātē reuera virū dignūq̄ sermonibus ipsis mira quadaz afficior uoluptate/contēplās dicentē simul ac dicta / q̄ congrua inter se z cōsona sint. Atq̄ hic profecto vir musicus eē mihi videt harmoniā suauissimā modulatus: Nō lyrā neq̄ iocularia quedā instrumēta sed vita reuera contēperans/cōcordia uerborꝝ z operū cōcinnentē sm doricā videlicet melodiā: non ionicā aut phrygiā aut lydiā:sed eā certe que sola greca est harmonia. Talis itaq̄ vir mirifice suis me uerbis delectat:efficitq̄ ut uerborꝝ auidior esse videar tāta attētione dicta illius accipio:Quisquis aūt agit contra/meas offendit aures: z quo loqui videt ornatiꝰ eo efficit magis ut videar a sermonibus abhorrere. Socratis quidē uerba nondū exptus sum:opa certe qñq̄:mihiq̄ cōpertū est hunc preclaris sermonibus omniq̄ libertate loquēdi dignuz esse. Si ergo z hoc habet/cū eo plane cōsentio:atq̄ libentissime ab eius modi viro examinaboꝝ:neq̄ molestum mihi erit ab eo aliquid discere:Atqui z soloni hoc abiecto cōcedo q̄ a bonis viris duntaxat multa senescēs discere uolo. Hoc igit sit mihi concessum/ipsum preceptorē bonū esse / ne forte dū inuitus disco indocilis esse videar neq̄ mihi cure est/utrū sit preceptor iunior uel nondū opinione hoium clarus:uel aliud tale qd habeat. Tibi igit p̄dico socrates ut me quomodocunq̄ vis z doceas z redarguas:z discas qō ipse noueriz. Sic certe erga te affectus sum ex eo die/quo mecum subīsti discrimē/tueq̄ virtutis feci ti piculū/testimonium illud perhibēs: qō exhibere debet quisquis iuste periculū est facturus. Dicas ergo qō lubet/nihil etatē nostrā veritus. SO: Ergo incusare uos non poterimus quasi minus ad consulēdū inuestigādumq̄ paratos. LY: Sed nostrum utiq̄ opus o socrates. Unū nāq̄ ego te nostrū reputo. Cogita itaq̄ pro me adolescentū gratia:qō ab īs querere nos oporteat: cūq̄ ipsis disserēdo consulta:naz mihi quidē multa excidūt e memoria obseniū/ex his que perorrere statuerim:atq̄ ea rursus que audierim/siqui alī sermones interuenerint/nō satis recolo:Quapropter uos inuicē que proposuimus percurrite:ego vo audiam: z cū audiuero vna cū hoc melesia quicqd statueritis pagaz. SO: O nitia atq̄ laches:lysimacho melesieq̄ parendū:Que igit supra inuestigare cōtēdimus / videlicet qui nā preceptores nobis discipline talis extiterint/uel quos alios ipsi nos meliores fecererimus forte nihil obesset inter nosipsos examinare:Verum eiusmodi quedā cōsideratio in idem redibit ut arbitror:z altius repetet. Si de aliquo forte sciremus/q̄ pīs alicui/melius efficiat illud / cui sit pīs: atq̄ rursus admouere illi ipsum possemus / constat qō illud ipsum cognoscerem:circa qō aliqn consiliū inirem inuestigantes quo pacto facillime quis z optime illō adipiscatur. forte non intelligitis:uerum sic facilius

comprehẽdetis:Si sciremus q̃ visus oculis pñs meliores illos efficit/quibus adest / rursusq̃ possemus ipsum oculis adhibere / patet q̃ etiã quid ipse visus sit cognosceremus/de quo aliqñ consultandũ nobis esset qua rõne q̃ facillime ꝛ cõmodissime ipsuz quis cõparet.Si enim idipsum nobis esset ignotũ q̃d ipe visus est/quid auditus/nunq̃ idonei consultores medicine circa oculos aureſue essemus / inuestigantes quomodo optime quis visum auditumq̃ recuperet. LA:Vera narras o socrates.SO:Nonne hi nos in pñtia o laches elegerũt consulturos qua rõne virtus ais filioꝝ suozũ adhibita/eos meliores efficiat? LA:Profecto.SO:Nõne igit̃ constare id oportet/ videlicet quid ipsa virtus sit intelligere:si enim quid virtus sit penitus ignorem⁹/quo pacto ꝓsulere cuiq̃ poterimus/viãq̃ optimã ꝛ facillimã ad virtutẽ ostẽdere:LA:Nullo modo o socrates.SO:Fatemur ne laches quid virtus sit itelligere:LA:Fatemur certe. SO:Si intelligim⁹/certe quid sit etiã exprimere possumus.LA:Nihil prohibet.SO:Haud tñ quid vniuersa sit virt⁹ statim vir optime perq̃ramus:Mai⁹ nãq̃ id opus.Sed de parte primũ aliqua videam⁹/ utrũ satis nobis pateat. Atq̃ hunc in modũ facilior nobis erit inuestigatio.LA:Utcũq̃ placet agamus. SO:Quã itaq̃ potissimũ virtutis partẽ eliciemus:an videlicet eã:ad quã ipa armoꝝ disciplia spectare videt:videt aũt multis ad fortitudinẽ/nõne:LA:Et maxime quidẽ.SO:Primuz ergo quid fortitudo sit o laches aperire conemur:deinde inuestigabim⁹ quo pacto ab adolescentibus:quoad exercitatione ꝛ doctrina fieri põt cõparet:Quapropter annitere quid fortitudo sit nobis exponere.LA:Haud dictu difficile istud o socrates:Certo scito illũ esse fortẽ/qui ordinez seruãs expugnãdis hostibus instat:neq̃ refugit. SO:Bene loqueris laches. Sed ego fortitã cũ uerbis obscurioꝝb⁹ te rogarẽ/causã dedi ut aliud rñderis/q̃ qõ interrogãs ipse senserim.LA:Qua rõne id ais socrates? SO:Explicabo si potero:fortis utiq̃ is est/quẽ dicis ipse quicũq̃ ordinẽ nõ deserẽs aduersus hostes pugnat.LA:Hũc ipsum dico.SO:Atqui ꝛ ego:Sed nunq̃d ꝛ ille/qui nõ permanẽs:sed fugiẽs pugnat?LA:Quomodo fugiẽs?SO:Quẽadmodũ scythe dicũtur / non minus fugiẽdo q̃ insequẽdo pugnare:Unde ꝛ homerus equos enee laudans ait/celerrime hinc ꝛ illinc ꝓsequi atq̃ fugere:Eneãq̃ ipm similiter ab ipa metuẽdi scia qñq̃ laudauit:dixitq̃ illum esse metuẽdi fugiẽdiq̃ peritũ.LA:Et recte q̃dẽ o socrates:nã de currib⁹ loquebat/tu vo de scytharũ equitibus loqueris:equites sane illoꝝ sic dimicãt/armature aũt grece periti:quemadmodũ ipse dicebaz. SO:Preter lacedemones laches:Nẽpe lacedemones inquit in plateis cũ scutiferis propinquassent nõ sustinuisse primũ illozũ impetũ:neq̃ perstitisse sed fugisse potius:postq̃ vo persaruz solute sunt acies se conuertisse:atq̃ equitũ more dimicãtes/in ea pugna victores euasisse.LA:Vera narras.SO:Merito ergo dicebã interrogationẽ meã nõ rectã minus recte respõsionis tue causam extitisse:Interrogare enim uolebã nõ solũ de ijs qui circa leuẽ armaturã fortes sunt:sed etiã de eꝯib⁹:deq̃ oibus simpliciter in quo vis belli genere fortibus:neq̃ in terra dũtaxat:sed ꝛ in maritimis tẽpestatibus:immo etiã de his quicũq̃ aduersus morbos uel inopiam uel ciuilia negocia fortes sunt.Neq̃ de his tãtum qui aduersus dolores metusue ꝓstates sũt:uerũ de illis etiã qui ꝓtra uoluptates cõcupiscẽtiasq̃ pugnare fortiter pñt/ siue persistẽtes/siue etiã tergiuersantes.Sũt nãq̃ ꝛ in hisce rebus o laches fortes nonnulli:LA:Et maxime quidẽ o socrates.SO:Nonne oẽs hi fortes sunt:Veruntñ partim circa uoluptates/partiz circa dolores/partim circa cupiditates/partiz circa timores fortitudinẽ possidẽt:ꝛ qui timidi sunt circa eadẽ ut arbitror timidi.LA:Sic est omnino, SO:Quid sit utrũq̃ horum interrogabã:Rursus itaq̃ pro viribus exprime quid ipsa fortitudo sit: que in his oibus eadẽ reperit. Nondũ intelligis? LA:Non satis.SO:Dico autem perinde ac si interrogassem quid est ipsa uelocitas:que in currendo nobis adest citharãq̃ pulsando:ꝛ in loquẽdo ꝛ in discẽdo/ceteriſq̃ permultis:quã quidez possidemus ut dictu dignũ est/uel in manuũ uel pedum uel oris uocisq̃ uel intelligẽtie motib⁹?Nõne ꝛ tu similiter dicis?LA:Prorsus. SO:Ergo siq̃s me percontaret o socrates quid esse dicis istud qõ in oibus uelocitatẽ noias?Rñderẽ utiq̃ viz breui in tempore multa peragentẽ/uelocitatẽ uocare/tam circa uocẽ q̃ cursum:ac cetera omnia.LA:Recte. SO:Conare igit̃ ꝛ tu laches fortitudinẽ similiter definire que nã potentia ipsa sit eadẽ in uoluptate doloreq̃ ꝛ oibus:q̃bus ꝓuenire illã modo pariter dicebamus:ꝛ fortitudinem per singula nominari. LA:Videt mihi fortitudo tolerantia quedã animi eẽ/si qõ per oia fortitudini ꝓuenit dicẽdũ.SO:Dicendũ profecto/si nobis ipsi ad interrogata rñdeamus:Arbitror aũt nõ quãlibet tolerantiam fortitudinẽ te putare:Quod hinc sane cõiicio:Noc fer me cognosco laches/te pulchrũ q̃ddã fortitudinez esse putare.LA:Immo certe pulcherrimum.SO CRA:Nõne tolerantia quã prudẽtia comitat:ꝛ pulchra est ꝛ bona?LA:Dino.SO:Ea vo quã imprudentia/nõne ꝓtra dãnosa ac noxia?LA:Nempe.SO:Pulchrũ ne ipse uocabis qõ tale sit dãnosum ac noxium?LA:Nefas istud o socrates. SO CRA:Non ergo tolerãtiã eiuscemodi fortitudinem nuncupabis qñquidẽ haud pulchra est:cũ tñ fortitudo ipsa sit pulchra?LA:Vera loqueris.SO CRA:Prudẽs itaq̃ tolerãtia ꝑm orationẽ tuaz est fortitudo.LA:Videt.SO:Videamus ergo quenam tolerãtia ꝛ ad quid prudẽs sit fortitudo:nunquid ad oia tũ magna tũ parua?ueluti siquis tolleret/dũ prudẽter argentũ erogat cognoscẽs ex hoc sumptu se lucraturũ.hũc ne fortem dices?LA:Nequaq̃.SO:An vo siquis medicus/cũ filius ci⁹ uel alius quiuis pulmonũ anxietate grauat⁹ potũ dari cibũq̃ petit toleret neq̃ flectat?LA:Neq̃ tolerãtiã hãc fortitudinẽ appellabo.SO:At vo in bello tolerantẽ virũ promptũq̃ ad pugnã qui prudẽter singulis circũspectis preuideat alioꝝ sibi forepresidiuz:ꝛ aduersus pauciores debiliores q̃ suis pugnandũ/loca quietã ꝛ presidia habeat cõmodioza / virũ ne inq̃ tali cũ prouidẽtia ꝛ apparatu tolerantẽ fortiorẽ dices eo qui in cõtrario quodã exercitu cõstat ac tolerat?LA:Immo vo hũc qui in ꝓio socrates.SO:Imprudẽtior tñ est huius q̃ illius

illius alterius tolerantia. LA: Vera loqueris. SO CRA: Ergo ⁊ hoiem equestri sciētia prēditū ⁊ in equestri certamine tolerātem/minus fortem dices eo qui expers huius sciētie tolerat. LA: Mihi quidem ita videt. SO: Atqui ⁊ illū preterea qui sciēs funda iacere arcūq; intēdere uel aliud quoduis toleret/minus fortē. LA: Vino. SO: Item quicunq; sine arte natandi in puteū descendentes eo in opere tolerare ac persistere audent uel in alio quouis opere siue arte/eos tu fortiores dices his qui sunt in eis artib⁹ eruditi. LA: Quid aliud ꝺs dixerit socrates? SO: Nihil si modo ita ꝺs putet. LA: Puto equidē. SO: Attamen imprudētius hi pericula subeunt/tolerantq; ꝙ illi qui arte hec aggrediunt. LA: Videntur. SO: Nōne supra turpis ac noxia/nobis audacia tolerationq; imprudens apparuit? LA: Maxime. SO: Constitit autē fortitudinē pulchrum aliquid esse. LA: Constitit plane. SO: Hūc rursus cōcessimus turpem illam imprudētemq; tolerātiā fortitudinē esse. LA: Sic apparuit. SO: Recte ne loqui tibi videmur? LA: Non mihi per iouē o socrates. SO: Nō ergo ſm vocem harmoniā/ut uerbis tuis utar/ego ac tu modo concinnimus: Nam opera nobis uerbis nō cōsonant: Re quidez ipsa diceret aliꝺs fortitudinis nos esse participes. Verbis autem minime ut arbitror si nos in presentia audiuerit disputantes. LA: Verissima narras. SO: Videtur ne tibi pulchrum esse: ut sic affecti simus? LA: Nequaq̄. SO: Vis ne sermoni quem induximus hoc saltem credamus pareamusq;? LACHES: Quid nam ⁊ cui potissimuz? SO: Sermoni inq̄ tolerare iubēti. Si ergo tibi placet ⁊ nos in hac ipsa questione cōstemus toleremusq;/ne ipsa nos fortitudo derideat: ꝙ minus fortiter ipsam inuestigemus: si sepenumero tolerantia ipsa constantiaq; fortitudo est. LA: Ego quidē o socrates sum ad perseuerādum parat⁹: q̄uis insueti mihi hi sermones sint: sed quidā me aduersus superiora cōtēdēdi instigat ardor. ac nimiū egre fero si usq; adeo ineptus sum ad ea que sentio proferēda. Hēpe mihi video⁹ quid fortitudo sit intelligere. nescio tamē quo pacto paulo ante me subterfugerit/ut ꝺd ipsa sit uerbis cōplecti nequiuerim. SO: Nōne bonum uenatorē decet amice explorando discurrere ⁊ sagaciter insequi: neq; ignaue desistere? LA: Decet profecto. SO: Vis itaq; nitiā istum ad uenationē hanc inuitemus? si quo pacto esset nobis sagacior? LACHES: Quid ni uelim? SO: Age nitia amicis tuis sermonū fluctu nutātibus subueni: uacillātibusq; si quā vim habes accurre: Cernis quātum nostra deficiant ac dubia sint. Tu ergo explicās quid esse fortitudinē putes/ambiguitatē solue/tuāq; sententiam ratione confirma. NI: Videmini o socrates mihi iāꝺu nō recte fortitudinē definisse: Eius porro sentētie quam recte abs te inductam q̄nq; audiui nullam facitis mētionem. SO: Cuius nam sentētie nitia? NI: Sepenumero ex te audiui quemlibet ad ea bonum esse/in quibus est sapiens/ad ea malum in quibus insciius. SO: Vera per iouez refers o nitia. NI: Nōne igitur si fortis vir bonus est/est ⁊ sapiēs? SO: Audis laches? LA: Audio equidē: sed quid dicat nō satis intelligo. SO: At ego mihi intelligere video⁹: Opino⁹ enim hunc sapientiā quādam/fortitudinem dicere. LA: Quam sapiētiam socrates? SO: Nonne ab hoc istud queris? LA: Certe. SO: Age nitia huic declara/qualis sapiētia ꝟz oratio nem tuaz sit fortitudo: neq; eniz tibicinaria. NI: Nō. SO: Neq; etiaz citharista. NI: Neq; ista. SO: At vo que naz ista: ⁊ cuius rei scientia? LA: Recte admodū interrogas illum o socrates. Ideoq; exponat quam sapientiā esse dicat? NI: Scientiam metuēdarum rerum ⁊ non metuendarum taz in bello q̄ in ceteris oibus. LA: Quam absurde hic o socrates loquit? SOCRA: Quamobrem ita dicis laches? LA: Quia diuersa est a fortitudine sapientia. SO: Nō dicit nitias. LA: Non hercle: ⁊ iccirco delirat. SO: Quin docemus illum? omissis cōuitijs? NI: At cupit laches iste o socrates me tanq̄ nihil dicentē redargui/postq̄ si bi idez nuper accidit? LA: Absq; dubio nitia idq; conabor ostendere. nihil enim dicis: Nonne in morbis medici metuenda cognoscunt? an videntur tibi fortes ista cognoscere? ul' tu medicos fortes uocas? NI: Minime. LA: Neq; agricultores ut arbitror/licet hi in agris colendis que sint metuēda cognoscant: quineti az artifices alij: que audere decet ⁊ que metuere suis in artib⁹ sciūt/qui nihilomagis fortes sūt. SO: Quid tibi dicere laches videtur o nitia? NI: Aliquid certe dicit: non tamen uerum. SO: Quare? NI: Quoniam medicos arbitratur ulterius quicq̄ nosse circa egrotos preter id quod egrum noxiūq; uel quod sanum ⁊ salubre: Ipsi vo hoc dūtaxat intelligunt: Utruz vo extimescendum malumq; alicui sit esse sanum potius q̄ egrotare: cēses hoc o laches medicos intelligere? An non putas prestare nonnullis ex morbo non surgere q̄ cōualescere? Dic enim: tu ne asseris omnibus p̄stare ut viuant: nec multis conducere mortez? LA: Hoc equidez potius. NI: Quibus mori prestat eadē metuenda malaq; existimas que ⁊ illis ꝺb⁹ viuē? LA: Nequaq̄. NI: Harū vo rerū iudicium medico tribuis? ul' alteri cuidā artifici preter q̄ metuēda ⁊ nō metuēda intelligenti: quez ego fortē uoco. SO: Aduertis ne laches quid iste loquat? LA: Aduerto equidez/ꝙ uates fortes nuncupat. Nam quis alius nozit quib⁹ mori prestet q̄ viuere? Atqui o nitia utrū fateris uatem esse te uel neq; uatem neq; fortem. NI: Nunquid uatis officium putas/metuēda ⁊ inuadenda dinoscere? LA: Puto equidē: nam cuius alterius? NI: Eius plane quem ipse dico multo magis vir optime. Quippe ad uatem spectat solū futuroꝝ portenta signaq; prenoscere/siue mors cuiq̄ immineat: siue morb⁹: seu iactura rerum: uel victoria uel clades in bello aut alio quouis certamine: Quid autem ex his cuiq; aut pati aut nō pati/prestet cur uates potius q̄ quiuis ali⁹ iudicabit? LA: Nescio ꝺd iste sibi uelit socrates: Neq; enim uatem/neq; medicum/neq; alium quempiam declarat: quem fortem esse dicat nisi forte deum quē dam esse ipsum dixerit. Mihi quidem videtur nitias ingenue fateri nolle se nihil dicere: sursuz vo deorsumq; fertur: ⁊ ignorantiā suam abscondit: Enimuero ⁊ nos paulo ante: ego scilicet ac tu socrates tergiuersari similiter poteramus/si dissimulare uoluisse mus/adeo ut non videremur nobismetipsis cōtraria loqui. Si igitur in iudicio nobis esset orandū/deceret quodammodo hoc efficere. Nunc autem quid opus

constituisse. SO: Quid agemus o cratyle? Nunquid suffragiorum calculorumq; instar nomina ipsa dinumerabimus? atq; ad hanc normam de recta ratione nominum iudicabimus ut ea tandem uera sint: quibus significationes pluriū noium suffragant. CRA: Haud decet. SO: Non certe amice. Sed his iam omissis redeamus illuc/ unde digressi sum⁹. Dixisti nuper si recordaris necessariū esse illū qui noia statuit/ prenouisse ea quibus noia tribuebat: perstas adhuc in sententia nec ne? CRA: Adhuc. SO: Nunqd & illū qui prima noia posuit nouisse ais oī ponēt? CRA: Nouisse. SO: Quibus ex noibus res uel dicebat uel inuenerat? quādo necdū prima noia fuerant instituta? Cum dictū sit impossibile esse res uel inuenire uel discere/ nisi qualia noia sint dicemus uel ipi nos inueniremus. CRA: Videris mihi nō nihil o socrates dicere. SO: Quo igit pacto dicemus eos scientes nomina posuisse? uel legū & noium conditores ante positionem cuiuslibet nois extitisse? eosq; res antea cognouisse: siqdem non aliter q̄ ex noibus disci res possint. CRA: Reor equidē socrates ueriss̄imū eum esse sermonē quo dicit excellētiorem quādam potētiā q̄ humanā prima rebus noia prebuisse: quo necessariū sit ut recte fuerint distributa. SO: Nūquid putas cōtraria sibiipsi posuisse noium auctorē si demon aliqs uel deus extitit? an nihil tibi supra dixisse videmur? CRA: Forte nondum alterum istorū nomina erant. SO: Utra igitur erant uir optime num que ad statum uergūt? an que ad motū potius? Neq; enim ut modo diximus/ multitudine iudicabitur. CRA: Sic decet socrates. SO: Cum itaq; dissentiāt cōtendantq; de ueritate inuicē nomina: & tas hec q̄ illa vo ꝓpinquiora esse se asserāt: cuius ad normā diiudicabimus? Quo nos uertemus? Neq; enim ad alia noia cōfugiemus: qr preter hec nulla. Uerū alia quedā preter noia querenda sunt que nobis ostendant absq; noibus / utra istorū uera sint rerū videlicet monstrantia ueritatez? CRA: Ita mihi videt. SO: Si hec uera sunt cratyle possunt / ut videt/ res sine noib⁹ percipi. CRA: Apparet. SO: Per quid potissimum aliud speras res ipsas percipe? Nōne per quod cōsentaneū ac decens est? per mutuā illarum cōmunionē. s. siquo modo inuicem cognate sunt/ & per seipsas maxime: Quod enim aliud est ab illis: aliud quiddam non illas significat. CRA: Uera loqui videris. SO: Dic obsecro: nonne iam sepe concessimus noia que recte posita sunt/ similia illorum esse quorum sunt noia rerumq; imagines esse? CRA: Cōcessimus plane. SO: Si ergo licet res per noia discere/ ac etiam per seipsas que prestantior erit lucidiorq; perceptio? Num si ex imagine cogitetur & imago ipsa utrū recte expressa sit/ & ueritas cui⁹ hec est imago? an potius si ex ueritate tas ueritas ipsa q̄ ipsius imago/ nunquid decenter imago ad eam fuerit instituta? CRA: Si ex ueritate. SO: Qua ratiōe res uel per doctrinā uel per inuentionē cōprehendende sint/ iudicare/ maioris q̄ meū ac tuum sit ingenū op⁹ esse videt. Sufficiat autē nunc inter nos cōstitisse q̄ non ex noibus: immo ex seipsis potius discende que rendeq; sunt. CRA: Sic appet o socrates. SO: Animaduertamus & hoc preterea: ne multa hec nomina in idē tendētia nos decipiant/ cū qui illa imposuerūt/ currere oia semper fluereq; putauerint/ atq; ea consideratiōe posuerint: vident nēpe mihi ita existimasse: quoꝝ tñ opinio si talis extitit/ falsa habēda est. ꝓfecto illi uelut in quādaz delapsi uertiginē/ & ipsi uacillant iactanturq;/ & nos in eādem rapiētes immergūt. Considera vir mirifice cratyle quod ego sepenumero somnio: utrū dicēdum est esse aliquid ipsum pulchrū ac bonū/ & vnūquodq; existentiuz ita nec ne? CRA: Mihi quidez o socrates esse videt. SO: Illud igitur ipsum ꝓsideremus: nō si vultus quidam aut aliquid taliū pulchrum est: quippe hec oia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus: nōne semper tale quale est perseuerat? CRA: Necesse est. SO: Nunquid possibile est ipsum recte denoiare si semper subterfugit: ac primo q̄ illud sit / deinde quale sit dicere? uel necessariū est/ ouz loq̄mur/ aliud ipsuz statim fieri iugiterq; diffugere nec tale amplius esse. CRA: Necessariū. SO: Quo pacto aliqd illud erit/ quod nunq̄ eodē modo se habet? Si enim quādoq; eodez modo se habet/ eo in tempore minime permutat: sinautē semper eodem modo se habet: idēq; existit/ quomodo transit uel mouet? cum ideam suā nō deserat? CRA: Nullo pacto. SO: Preterea a nullo cognoscere: cum enim cognitura vis ipsum aggrederet/ aliud alienumq; fieret: quare quid sit aut quale cognosci nō posset: nam cognitio nulla ita rē percipit/ ut nullo modo se habentē percipiat. CRA: Est ut ais. SO: Sed neq; cognitionem ipsam esse affirmādum est o cratyle si decidunt omnia/ nihilq; permanet. Si enim cognitio ex eo q̄ cognitio est non decidit/ permanebit semper: ac semper erit cognitio: sinautem cognitionis species ipsa discedit/ simul & in aliam cognitionis speciē delabetur: neq; cognitio erit. Aō si perpetuo migrat semper non erit cognitio. Atq; hac ratiōe neq; quod cogniturū est: neq; quod cognoscendum/ semper erit. Sinaūt semper est quod cognoscit. est quod cognoscitur/ est pulchrū: est & bonum: estq; deniq; existētium vnūquodq; que in presentia dicimus fluxus lationis similia nō videntur. Utrum vo hec ita sint/ an ut dicebant heraclitī sectatores alīq; permulti haud facile discerni pōt: Neq; hominis sane mētis est seipsum animūq; suum noibus credere: & auctorē nominuz sapientem asseuerare. Atq; ita de seipso rebusq; omnib⁹ male sentire: ut putet nihil integrū firmumq; existere: sed oia uelut fictilia fluere atq; concidere: & quēadmoduz homines destillationib⁹ capitis egrotātes similiter quoq; res ipsas affici iudicet/ adeo ut de stillatione & fluxu omnia cōprehendātur: forte o cratyle ita est: forte etiaz aliter forti animo & diligēti studio inuestigāda res est. neq; enim facile assentiendum. Juuenis adhuc es: atq; tibi sufficit etas. Et siquid inueneris indagādo: mihi quoq; impartiri debes. CRA: Nauabo opaz socrates. Ac certe scito me etiam in presentia nō torpere: immo cogitāti mihi & multa animo reuoluēti multo magis ita ut dicebas ipse q̄ ut heraclitus res sese habere videtur. SO: Deinceps amice postq̄ redieris me doceto. Nunc autē ut constituisti in agrum perge. atqui & hermogenes iste te comitabit. CRA: Fiet ut mones socrates. Uerum tu quoq; iam de his cogita.

Cratyli finis.

Argumentum

Argumentum Marsilij in Gorgiam.

Cum duo quedã in aio potissima sint / cognitio ⁊ affectus / cognitionẽ quidẽ sophiste sub ueritatis specie ad falsa detorquẽt/affectũ vo populares poete sub cõcinne uolũtatis esca in dissonas perturbationes sepe precipitãt. Oratores deniq; populares tũ cognitionẽ falsas decipiunt cõiecturis:tum affectu in motus uarios cõcitãt:Quapro pter ne hoꝝ opera mentes hoiuꝝ/tũ falsis opinionibus/tũ pernitiosis affectibus egrotare cogãtur/ Plato humanoꝝ medicus aiorũ nos a sophistis q̃dẽ oĩno / ab oratoribꝰ quoq; atq; poetis quodã modo procul abducit: pfecto sophistas ⁊ vndiq; ⁊ oẽs exterminat: poetas autẽ neq; oẽs: sed illos qui uel turpia de dijs ⁊ fingũt:uel pturbatos aios acrius imitãtur ⁊ referũt:neq; vndiq;:sed ex urbe idest ex iuuenuꝝ ignorantiq; turba:qui in pturbationes admodũ sunt procliues:⁊ allegoricũ poetarũ nõ penetrãt sensum:Quãobrẽ in libris de re.p. poetas iubet uel expelli uel cogi de deo honeste loqui:neq; perturbationibus audiẽtes assuefacere: sed ⁊ diuinos hymnos canere ⁊ leges patrias magnorumq; gesta virorꝝ grauiter recensere.Sed ut reuertamur ad oratores/hos quoq; non oẽs Plato vitupat:sed eos dũtaxat. qui ad id incũbũt assidue/ut quicquid libuerit / quacũq; ualeãt ratione audientibus persuadeãt absq; delectu siue malum id sit/siue bonũ:seu falsa sit ratio seu uera:uel commiseratio uel cõcitatio uel coniectura. Quale fuerat lysie thebani atq; tisie/necnõ gorgie leõtini propositũ. Anteponit vo alijs periclez in phedro atq; isocratem:propterea q̃ eloquẽtia cũ philosophia coniunxerint:additq; legitimuꝝ oratorẽ oportere rerũ intelligere rõnes/morũ leges/uerborꝝ vires/naturas ingenijorꝝ:uerbaq; certa quadã rõne componere ingenijs audientiũ quoad fieri põt accommodata:cõmunis boni persuadẽdi gratia neq; tã ad id incũbere ut ea que dicit hoib⁹ grata sint / q̃ ut accepta deo. Eũ vo qui tisie gorgie more nõ ueritatem ipsam atq; iustitiã/ sed cõiecturã turbe duntaxat ueriſimilẽ probabilẽq; sequit:tanq̃ hoiez ciuitati añ alios noxiũ detestat:quasi eloquẽtia sine sapiẽtia sit ensis acutus in manibus furiosi.Duos añt exagitat ante alios:Lysiaz q̃dẽ in phedro hic vo gorgiã. Nam quãto maiozis auctozitatis erãt/ tanto periculosiozes erãt.Adducit hic in mediuꝝ ⁊ polus oratoꝝ gorgie sectatoꝝ:⁊ callicles eorꝝ astipulatoꝝ.Socrates autẽ primo per cherephontem agit familiarẽ suũ ⁊ id q̃dẽ aduersus polũ.deinde ipse per se contra gorgiã.Quoniã vo hi in aliaruꝝ rerũ rõnibus assignandis / apud populũ mirũ immodũ gloziari solebant/ostendit eos/ ut ipsis oĩs adimat fides nesciré sue ꝓfessionis rõnes afferre. Interrogatus enim polus que sit ars gorgie cũ debuisset eã solũ per necessaria definire : ⁊ que sit explicare/per supflua circumscripsit/⁊ qualis : ⁊ id quidem affectato nimiũ stilo / quo uti consueuisse in phedro/ubi de oratorꝝ stilis agit/confirmatur. Deinde interrogatus ipse gorgias/que sit ars eiꝰ/ inepta quadã iactãtia rñdit esse rhetoricã: Rogat deinceps quid sit rhetorica definire. Meminisse vo debemus rẽ quãlibet in eo qõ ipsa est/partim quidem cũ rebus alijs cõuenire:partiz vo differre. atq; id per qõ cõuenit noiari genus/per qõ discrepat/differentiã hinc fit / ut definitio que idipsum qõ res est comprehẽdit/per genus eiusmodi differẽtiamq; debeat assignari/Gorgias ergo utpote qui artẽ suaz nesciãt definire/genus ipsius ⁊ id quidẽ inepte profert. Differentiã vo quã mox in eadẽ rñsione vna cum genere debebat adducere/vix tandẽ post multas interrogationes extorquẽte socrate in mediũ afferre compellit:principio rñdet rhetoricã esse artẽ circa sermones. Et quoniã alie quoq; sunt similes/interrogatur circa quos qualesue sermones: ut qua in re ab alijs artibus differat/discernat. Respõdet autez circa sermones qui dicẽdi vim prestãt. Iterũ id alijs artibus est cõmune vnde rursus adiũgere cogit / rhetoricaz uersari q̃ plurimum circa sermones/vimq; dicendi. Sed quoniã id quoq; cõmune cũ multis/urget iterũ addere circa sermones: scilicet de rebus maximis. Luz vo ⁊ id cõmune:iam nescio qd distinctius afferre cõpellit:idest per oratoriã nos cõsequi ut nulli seruiamus/sed alijs dñemur : atq; esse oratoriam artez persuasionis pro arbitrio effectricẽ. Interea socrates admonet/ut in disputãdo non tã ad personã qua cũ disputat/q̃ ad rẽ ipsam ⁊ sermonẽ/⁊ aium intẽdamus. Deinde vo quoniam ois ars aliqua de re psuadet/querit qua de re ⁊ qualis sit rhetoris persuasio. Mox in duo distinguit persuasio. In eã scilicet que sciam/⁊ in eam que facit fidẽ: Concluditurq; oratoriam psuasionem non scientiã afferre:sed fidem / nõ circa quelibet proprie:sed circa iusta atq; iniusta:nõ ubiq; sed in turba potissimũ ac de rebꝰ que precipue ad rẽ.p.pertinẽt. Addit quinetiã oratorẽ de rebꝰ in super ad artes alias proprie pertinẽtibus suadẽtius q̃ artifices ipsos posse loqui:non quidẽ inter artium ipsarũ peritos:sed impitos. Inter hec admonemur ne potẽtia vnq̃ arteq; abutamur. Itẽ ne in disputando ubi ad ueritatẽ pcipiẽdã necessaria est tranquillitas perturbemur. Rursus equo aio atq; libẽtissimo redargutionẽ esse recipiendã/presertim in moribus corrigẽdis. Nihil deterius enim esse q̃ de moribꝰ falsa sentire. ¶ Post hec cõcedit gorgias nõ pertinere ad oratorẽ scire qua rõne res ipse se habeãt: sed machinationẽ quandã sic ad persuadẽdũ excogitare/ut ipse q̃uis ĩgnarus:tñ apud ĩgnãtes magis intelligere q̃ ipsi sciẽtes appareat:officiũq; eius eẽ/de quolibet in turba strenue loqui nõ docẽdo sed psuadẽdo. Cõcedit quoq; oratorẽ scire id debere ⁊ posse qõ sit ueriſimile:etiã si id qõ uerũ est nesciat: qõ q̃dẽ fieri nullo modo põt. Nisi enim rẽ ipsam cognoueris/nunq̃ quid illius simile sit/agnoſces. Proinde querit utrũ sicut ad oratorẽ alia scire non attinet:ita neq; etiã q̃d bonũ honestũ /iustũ sit intelligere. Gorgias vo cũ alias dixerit oratorem ad hec atq; illa similiter se hẽre: hic sibi repugnans/scire hec saltẽ oportere cõsensit. hinc socrates argumẽtatur. Si orator scit iusta/ergo est iustus:rẽtans videlicet gorgiã nunquid vim consequẽtie teneat. Ille vo admittit statim:cũ ꝓprie in sciẽtijs artibusq; ad intelligẽtiã pertinẽtibꝰ id sequatur / scit astrologica uel fabrilia.ergo astrologus est uel faber.in ijs tñ que ad uolũtatẽ moresq; pertinent/nõ sequatur/scit iusta ergo iustus: Opus enim ad iustitiã

est uoluntate: Verūtñ siquis diuinā quādā de iustitia sciam habeat/qđ quidē spirante deo fieri qñq posse Plato vult: recte sequet. Quisqs enim certissime sciuerit quantū bonū iustitia sit / quantūue premiū maneat/atq ptra quantū iniustitia malū/quātūue huic supplicii debeat is proculdubio iniustitiā fugiēs / iustitiam cōplecteť. Quacūq vo rōne sese res habeant gorgias sibimet cogit ꝺdicere. quippe cū in superioribus /oratorē iniustū esse aliqñ posse pcesserit: hic vo neget. Post hec socrates ex arrogātia poli sub quadam ironia ꝛ iuniores improbat/siqñ seniores corripiant arroganter: ꝛ precipit oibus ut emēdari a quolibet facile patiātur. Ceterū ut que sequunt plane intelligantur/aduertēdū est: oratoriam uel in genere uel in spēbus posse cōsiderari: atq in genere quidez definiri/industriā ad persuadēdum in materia ciuili promptissimā/tū quadā probationis facultate / tum uel maxime eloquū gratia: ideoq inter artē quandā disserēdi poeticāq esse quodāmodo pstitutā. Hactenus oratoria intellectui quidē bonū est/uoluntati vo neq bonū est neq malu. Huius autē due sunt spēs/philosophica ꝛ popularis/siue adulatoria. Illa bonum: hec vo malū. Illius quidē finis est/certis rerū/uerborum/morum rōnibus/audiētes ad communebonū perducere: Quā maxime laudat in phedro ex philosophia poesisq grauiori cōpositā. Alterius autē finis est per cōiecturas turbe uerisimiles/pcitationesq aiorū: quodcūq libuerit impetrare. Hāc intersophisticaq vulgarēq poesim ponim⁹ ex utrisq permixtā: quā inhoc dialogo detestat. Cuiuidit aūt artes ipsius hois pprie curatrices in duo pcipue genera: Quoꝝ primū curat aium: secūdū vo corpus. In aio legalē facultatē ait legū ꝺditricē morūq moderatricē/aium ipsu in habitu quodā nature ꝓsentaneo formare atq stabilire. artē vo iudicialem aium siqñ hinc lapsus fuerit restituere. In corpore quoq gemināas ponit artes / similiter corporis curatrices: gymnasticā ꝺdē huius exercitandi magistrā in bona ipm habitudine pro viribus cōfirmantē. Medicinaz vo corpori amissaz sanitatē restituētē. Quapropter qualis est legalis in animo talis in corpore videt eē gymnastica. Itē qualis iudicialis in aio talis in corpore medicina. Has oēs appellat artes: q certa rōne perducant ad bonū. Subdit naturā quandā siue pitiaz/adulatoriā seruilē atq fallacē: que falso has quatuor emulatur: per sophisticā ꝺdē simulat legalē: per oratoriā scilicet vulgarē fingit iudicialē: per fucatoriam pre se fert gymnasticā: per coquinariaz medicū repñtat. Totū vo hoc aduladi gen⁹ negat eē artē: q nō rōne certa ad uerū bonū/sed lenocinijs cōtēdit ad gratiam. Sed ne quis existimet Platonē longe oiuz eloquētissimū legitimā eloquētiā coquinarie cōparare: legat phedrū in quo ꝛ eā probat/ꝛ finē officiumq ꝛ precepta eius subtilissime tradit: asseritq ipsam esse similē medicine. Quoniaz vo polus oratoriā vim extollēs/oratores ait ex eo maximā habere potētiā: q pro arbitrio ualeāt aduersarios carceri mortiq dānare uel expoliare bonis: uel urbe puare. Socrates duobus potissimū argumētis probat iniustos non ēe potētes. Primo quidē quoniā potētia exoptāda est vnicuiq tanq bonū. pstat vo licētiā quodcūq libuerit faciēdi/iniustis hoibus ueluti mēte captis: nō modo non bonā esse sed malā/atq tādē pernitiosaz. Deinde maxia potestas est posse idipsuz qđ uelis efficere. Patet autē oēs uerū uelle bonum. At malos uerū bonū uel agere uel cōsequi nunq. Adde q mala mēs eoipso q mala est: discors in seipsa ꝛ insana cēsetur: iaq ab his que afferūtur sensib⁹ superata. Quis ergo dixerit mētē ꝛ languidā ꝛ more mancipū suis seruiētē mancipijs esse potētem? Interea humana oia distinguūtur in tria: scilicet in bona/malaq/ꝛ media. Bonoꝝ pmū est sapiētia. Secūdū optāda corpis habitudo. Tertiū fortune cōmoditas. Sed hec duo eatenus iudicātur bona/quatenus cōmodū mēti exhibēt ministeriū. Horꝝ vo opposita dicunt mala: sed horum media tanq in differētia sunt: que non magis ad bonū declināt q ad malū: ut ire sedere: atq similia. Additur neminez uelle aut mala aut media/aut ea que agit propie: immo bona dūtaxat ꝛ ea quorū gratia mouetur ꝛ agit. Nō ergo qui iniurias faciunt: ipsas uolūt iniurias/sed bonū cuius gratia faciūt. Bonū vo nō consequūtur: nō assequūtur ergo qđ uolūt. Nō ergo potētes. Deinceps vo socrates ex errore poli cōmuni cū multis nactus occasionē sancta nobis tradit pcepta. Qui peccare grauiter licet/prope miser est. qui peccat grauiter ia est miser. qui peccati non luit penas est miserior. Iniurias pati eligēdū est potius q̄ inferre. Licētia quodcūq libuerit faciēdi non est potētia / nisi id nobis sit deniq conducturū. Cōducet aūt iuste dūtaxat utētibus: iniusti etiā si totius orbis imperio potiātur/infelices sunt: imo infelicissimi. Quo enim magis peccare licet ꝛ quo minus peccati dat pena: eo infeliciores hūtur. Felicitas in sapientia iustitiaq cōsistit. infelicitas in ꝓuꝝ. Quoniā vo polus ueritatis iudiciū qđ ad iudicis qualitatē potius q̄ ad iudicantiū numerū referri debet / in quorūlibet testiū multitudine collocat: ideo socrates optimum probandi modū esse rndet. Si vnicū in causa testē adduxeris: aduersariū scilicet rōne conuictū. alioquin coacernatā vndiq testiū multitudinē/parui ad ueritatē esse momēti. Preterea q polus ait iniuriam quidē facere turpius eē/pati vo peius. Socrates id arguit asserēs idē in rebus humanis moribusq bonū esse atq pulchrū siue honestū. idem quoq malū atq turpe. Deinde idipsum pulchrū uel propter uoluptatē uel utilitatē/uel utrunq putat existimari. Turpe vo contra. Hinc argumētat si facere iniuriā turpius est q̄ pati/nō ex eo quidē q sit molestius / ex eo igit qđ sit dānosius: si ita ergo deterius iudicat/mox adiungit oportere seipz rationi tanq medico curandū cōmittere. affirmat quoq iustā peccatoꝝ punitionē / ei qui punit prodesse q̄ plurimū. Hec enim si iusta est/ergo pulchra atq honesta. Si ita ergo bona. si bona cōfert aio: videlicet tanq medicina corpori / multoq magis a morbo enim animi liberat qui grauissim⁹ est morborū oium atq maloꝝ. Inter hec aiaduerte theologorū sniam/nihil magis necessariū etiā utilius pcatoribus q̄ pfiteri peccata/affici penitētia: penas a iudice petere: equo aio ferre. ut purget aius anteq̄ insanabilis morbus eius euadat. Post hec audies facillimū esse nobis affectum illi nostrum

significare qui simili laborет affectu. Itē socratem philosophie amore captum illi semp obtempare. Preterea eligēdū potius eē ut cetera nobis dissonēt oīa q̄ ut anim⁹ intra se dissonet. Proinde ubi callicles socratē corripit quasi argutiarū nimium studiosus/intellige sub persona socratis sophistas a Platone redargui. Tangit postea callicles trasimachi multorūq̄ pphanā opinionē dicētium mores ⁊ leges nō nature ordīe:sed sola hoiuz uel opinione uel fictione consistere:Quod in libris de re p.⁊ in sequētibus confutat. Quod vo afferre videtur callicles contra philosophos:intellige non cōtra legitimos philosophos eē dicta:sed partim aduersus ignauissimos sophistarū/partim aduersus eos qui philosophie studio abutūtur:dū uel ita solam logicā sectant/uel partes speculationis alias deferant:uel ita solam speculationez capessunt/ut philosophica mox precepta institutaq̄ ciuilia negligant. Nonulla vo in ipa calliclis inuectiua falsa dicunt:que in sequētib⁹ refellētur. ¶Post hec autē precipit oēm in aie nostre examine atq̄ probatione esse diligētiā adhibēdā atq̄ ad id tanq̄ iudicē vnū eligēdum esse: in quo sapiētia sit rei ipsius qua de agitur:⁊ beniuolētia qua libētius consulat:⁊ audacia insup:per quā qđ profuturū putet/non uereatur exprimere. Deinde nos admonet socrates cū rōnales natura simus ne irrōnali casu ⁊ fortuna viuamus: sed certū vite finē diligētissime prescribamus:viasq̄ ad ipsum eligam⁹ cōmodiores. Deniq̄ dū sepius obsecrat calliclē ut ipsuz libere audacterq̄ redarguat/admonet nos nihil inquire re impēsius oportere q̄ animi medicinam. ¶His actis callicles cōcedit idē esse natura potētius ualidiusq̄ ⁊ melius: Aitq̄ naturalē iustitiā uelle/euz qui potētior est habere quecunq̄ inferiorum sunt: eisq̄ dñari legēq̄ illius naturaliter esse iustaz: Ad hec socrates ita infert. Si idē est potētius/ualidi⁹ melius:atq̄ multitudo ualidior est q̄ vnus: ergo ⁊ potētior atq̄ melior. Multitudinis ergo leges cū potētioris meliorisq̄ sint:iuste naturaliter erūt At huius leges statuūt esse iustū seruari inter oēs equalitatē:atq̄ esse turpius iniuriā inferre q̄ pati. Quāobrē non solū lege turpius est facere iniuriā q̄ pati:atq̄ iustū est equitatē seruare/ut in superioribus dixerat callicles:sed etiaz ipsa natura. Preterea q⁹ callicles in superib⁹ potētiores illos cē putauerat qui astutia/audacia/violētia ceteros anteirēt: socrates paulatim hūc emēdat:cogitq̄ fateri potētiorē cē: qui prudētior fortiorq̄ sit ad rē.p.gubernandā. significat quoq̄ inter hec se eadē semp eisdē de rebus adducere:probans videlicet ꝓstantiam:improbās leuitatē. Jā nō calliclē conat ultra prudētiam fortitudinēq̄ ad tēperantiā quoq̄ pducere. At hic quēadmodū supra trasimacū imitat⁹ circa iustitiā potētiāq̄ erraucrat/ita nunc secutus aristippū circa tēperantiā similiter errat:eā appellans stupidā ingenij seruilis ignauiā:atq̄ in fouendis explēdisq̄ sensuuz libidinibus virtutē asserēs felicitatēq̄ cōsistere. Socrates aūt mox ad demōstrandū sese accingit tēperantiā non opinione humana/sed ordine nature ꝓstare. Profecto naturalis ordo requirit ut inferiores aie partes superib⁹ pareant:totusq̄ aius cōsonans vndiq̄ sit ⁊ sanus ⁊ pulcher neq̄ agat frustra:sed finē ꝓpositū cōsequat qualis est habitus vitaq̄ tēperati. Cōtra vo in hoie intēperato ratio regina hois seruili seruit cōcupiscētie:dissonat quoq̄ ⁊ languet:opusq̄ inexplebile molitur:incōparabiliq̄ molestia uolantē sequit uoluptatē.id totū socrates pythagoreorū pīsertim philolai ⁊ empedoclis sentētijs explicat/duplici precipue via.s. per fabulā ⁊ exemplū: In quibus ipse cōsidera aiaz in hoc corpore oēm quidē esse mortuā intēperantem preterea inferis deputari:irrito assiduoq̄ labore miserabiliter agitatā:dū quodā perforato uase:idest de prauato fallaciq̄ iudicio cōtinue machinat/pforatū quoq̄ uas alterū idest ꝓcupiscētiā inexplebilē fluētib⁹ oblectamētis implere. ¶Post hec q⁹ callicles nō solum virtutē:sed etiā felicitatē in assidua libidinuz expletione cōstituit affirmatq̄ idē esse uoluptatē atq̄ ipsum bonū:doloꝛē quoq̄ idē atq̄ malum:iccirco socrates id pluribus rōnibus confutat. Prima constat uoluptatē non esse ipsum bonū:cū sepe ⁊ turpissima sit:⁊ turpissimis hoibus adsit. Secūda:bonū ⁊ malū utpote contraria in eodez simul esse nō pñt. At uoluptas ⁊ doloꝛ in eodez sunt simul:qñ videlicet quis sitiēs bibit.tunc enim sitiēdi molestia cuz bibēdi uoluptate cōcurrit. Tertia bonū ⁊ malū sicuti cetera contraria solēt/non simul abeunt ab eodē. Voluptas autē doloꝛēq̄ tunc ab eodē simul abeūt:qñ quis eodē intēpoꝛe dū bibit cessat simul ⁊ sitire pariter ⁊ delectari bibendo. Quarta vnusquisq̄ pñtia quidem boni fit bonus/mali vo pñtia fit malus. At neq̄ pñte uoluptate boni fiūt hoies dissoluti:neq̄ doloꝛe probi homines mali fiunt. Quinimmo cū sepe eque gaudeāt: aut doleant boni atq̄ mali/⁊ aliqñ magis mali gaudeant/⁊ boni magis doleāt/certe si uoluptas quidez bonū esset/doloꝛ vo malū sequeret ut frequēter tam boni q̄ mali pariter boni forēt aut mali: ac nonunq̄ boni magis mali q̄ ipsi mali:atq̄ econuerso. Inter hec aiaduerte preceptū socratis obseruandū:scilicet non esse ad grauissima festinandū nisi leuiora prius fueris consecutus. Afferuntur deinde nonulla ex quibus confirmare quis possit/uoluptatē nō esse ipsum per se bonū: propterea q⁹ multe repiant uoluptates male:noxie videlicet ⁊ aio simul ⁊ corpori/nosq̄ a rebus optimis diuertētes. q⁹ si uoluptas ipsuz per se bonū eēt/nulla eēt mala uoluptas: pinde distinguuntur itez facultates:⁊ que uelut artes ad bonū utileq̄ certa rōne procedunt:⁊ que tanq̄ adulationes/nulla ueri boni adhibita rōne uoluptatē solā aucupantur: Quarū in numero poesiz ⁊ musicā cōmunēq̄ oratoriam collocat. Tu vo inter disserēdū hāc nota sniaz. Virtutē corporis sanitatēq̄ in ordie quodā ⁊ ornatu ꝓsistere: similiterq̄ in ordine ornatuq̄ suo animi virtutē atq̄ sanitatē. Ex quo fit ut quēadmodum virtus corporis vitiūq̄ nō in opinione/sed in re ipsa uel nature consentanea uel opposita repitur: sic virtus vitiumq̄ animi non ad humanā opinionē/sed ad nature legē diiudicetur. Cōclude tandē quantum naturaliter prestat corpus habere sanū q̄ egrotū:tantū prestare similiter tēperatū q̄ intēperatū aiuz possidere. pterea cōfirmat in sequētib⁹ snia pythagorica oib⁹ in rebus esse oium optimā tēperantiā: Que quidem prima oium adolescentibus est tradenda/per quam

Equalitas obseruanda

precedẽs pueritie intẽperãtia corrigat: totusq; aĩus tẽperetur:quã mox sequi ceteras virtutes existimat: Siquidẽ tempatus erga deũ atq; hoies agit decẽtia: pius est iustusq; & fortis. Deinde cõcludit in sola virtute felicitatẽ:in sola improbitate esse miseriã/oiaq; humana ad virtutẽ:uelut ad signũ: certissime referẽda. Preterea sicut ad beatitudinẽ necessaria virtus est:sic & vitioꝝ castigationẽ/punitionẽq; necessariaꝝ esse:quasi morboꝝ animi medicinã. Deniq; intẽperatũ neq; hoib⁹/neq; deo/neq; sibimet amicũ eẽ posse. Ut aũt naturalẽ tẽperãtie excellẽtiã nobis ostẽdat:ex pythagoreoꝝ orphicorũq; mẽte subiũgit vniuersum tempantia atq; etiã cõcordia & iustitia que cõtinent in ipsa tempantia ꝓtineri. Ideoq; qõ & pythagoras inquit. Intempantiã in oibus tanꝯ pernitiosissimaꝝ esse totis viribus fugiẽdã. Quoniã vo ad hanc simul atq; iustitiã equalitas precipue pertinet. Equalitatez in primis precipit obseruari:quã asserit in dꝯ & hoĩbus ualere ꝙplurimũ. Eqlitatẽ inꝙ geometricã per quã vnicuiq; equalis ita fit distributio:ut pro capacitate meritisq; cuiusq; equaliter distribuat. Equaliter inꝙ:idest neq; magis/neq; min⁹ ꝙ uel capacitas uel meritũ exigere iudicet. Equalitas quidẽ geometrica in quadã congrua portione cõsistit. Arithmetica vo in numero utrinq; pari. Neq; vo eadẽ est hec & illa. Sane excessus sex ad quatuor. Itẽq; excessus q̃tuor ad duo apud arithmeticũ numeros cõsiderantẽ / est equalis. per duo eniz uterq; perficit. Uerũ apud geometram portionis iudicẽ est inequalis. Nam senari⁹ numerus quaternariũ proportione sexquialtera superat:in qua maior numerus minorẽ & semel ꝓtinet totũ & insup eius dimidiũ: Quaternari⁹ vo binariũ proportione superat dupla. Eiusmodi vo equalitate que nõ numerantis more tantũ ponderis vni tribuit quãtũ alteri/sed metiẽtis ritu/neq; magis neq; min⁹ ꝙ cuiq; cõgruat tribuit vnicuiq;/ait cuncta seruari: In hac enim & iustitia dei in opibus suis: & hoĩs ad hoĩes continetur. Utrobiq; enim pro mẽsura capacitatis & meriti cuiq; distribuitur. ¶ His dictis asserit theologica fundamẽta morꝝ firmissimis esse rõnib⁹ cõfirmata precipue peius esse iniuriã facere ꝙ pati: oium vo pessimũ cũ iniuriã feceris non dare penas/ quibus quasi medicamẽtis ab oium maximo iniustitie morbo aĩus liberet. Nullũ enim detrimẽtum maius cogitari posse ꝙ qõ aio iferꝛ a vitio:adeo ut quẽ admodũ hoi cũ oino egroto corpore nõ expedit viuere. Ita neq; cũ aio vitꝯ egro. Itẽ non multifaciẽdam esse vitã in corpore:sed virtutẽ.peiusq; eẽ seipꝫ flagitiosis hoibus ob morũ similitudinẽ prestare per similẽ/ꝙ ab illis interfici. Inter hec monet ne res ullas:quarũ ignari simus/tractãdas aggrediamur:presertim grauiores:maxime publicas oino vo oratoriã paruifacit:si nullã possit uel priuatim uel publice salutez afferre aio:sed corpori dũtaxat rebusq; ad ipꝫ ptinentibus cõsulat. Deridet & eos qui cũ diu rei.p. tenuerint gubernacula: semp quidẽ ciuitatẽ externis bonis auxerint:aĩos vo ciuiũ tẽperãtia & iustitia formare neglexerint. Quod q̃dẽ solũ sit legitimi gubernatoris officiũ. Concluditq; nõ modo non prodesse sed obesse plurimuz ciuitati gubernatores qui fortune potius ꝙ animi bonis prospiciãt. Preterea potẽtiam oẽm sapientiãq; viri in eo consistere ut aiam a peccatis erga deũ & hoies cõseruet intemeratam. Nam huius quidẽ vite iacturã leuissimã esse: eterne vo salutis eẽ grauissimã. Ceterũ ut que de futuris uel virtutũ premijs uel vitioꝝ supplicijs Plato affirmat/intelligas. Scito saturnuz apud Platonẽ itelligi supnã itelligẽtiã:in qua sit vniuersalis oium lex atq; prouidentia circa oium essentias/& vitas ordines q; formarũ. Huic autem subesse ordines tres precipuos numinũ:in quib⁹ saturnia prouidẽtia in tria potissimũ officia distribuit. Ex his que numina ad distribuẽdas essentias proprie subministrant/cõmuni quodaz iouis noie nuncupat: Que vo ad vitas suggerẽdas conferũt appellatione neptũni. Que ad formarũ ordines disponẽdos noie plutonis appellat. Prometheũ vo numinuz gradũ his aliquãto inferiorẽ:qui formalẽ ordinem nature dũtaxat rõnali/presertim in hac vita distribuit. Deniq; tres iouis filios/asie/europe/africe: Judices tria vult intelligi numina/ad id maxime ministra iouis atq; plutonis / ut formalis ordo iustitie in separatis a corporibus animis expleatur. ¶ Hic aũt aiaduerte diuinã legẽ delebiles vitioꝝ maculas certis tẽporib⁹ puniẽdo diluere. Indelebiles vo penis sempiternis affligere. Quod quidẽ trãsmigrationẽ aiaruz per corpa sempiterna ipro bare videt. Quod aũt dicit quondã errauisse iudices in viuẽtib⁹ iudicãdis duo nobis significat.primũ q̃dẽ nõ diuinũ sed humanũ circa virtutes & vitia iudiciũ decipi. Secundũ vo diuinã prouidẽtiã in seipa preuidisse iudicia fore falsa si a viuẽtib⁹ in hoc corpore viui iudicarent. Ideoq; nõ ex quodã tẽpore:ut uerba sonãt:sed ab eterno / iudiciũ post hanc vitã fieri statuisse. Interea memẽto aiam vitiorum virtutũq; affectiones & habitus secũ ferre. Deniq; socratẽ hec penit⁹ affirmare: nihilq; aliõ expauescere/nisi eiusmodi aie detrimẽtũ iudicisq; diuini conspectũ. propterea pcludit in nullo certamine nobis acrius ꝙ in hoc contẽdẽdũ ut purissimã iudici cuncta inspiciẽti aiam offerre possim⁹. Ceteraq; oia que hoies admiratur eẽ penitus cõtemnenda:solaq; ex oibus honorãda. que ad salutem anime conferant sempiternam.

¶ Gorgias Platonis de rhetorica.

CALLICLES: SOCRATES: CHEREPHON: POLVS.

CAL: Sic ad bellũ & pugnã ferunt o socrates accedendũ. SO: Nunq̃d post festum: ut dici solet uenimus tardiores? CAL: Et ualde quidẽ urbanũ/ multa enim & preclara paulo añ gorgias nobis exposuit. SO: Tarditatis huius causa hic cherephon o callicles fuit/qui trahere nos moraz in foro coegit. CHE: Nihil id q̃dem impedimẽti o socrates fuerit. Ego enim & remedium adhibebo. nam mihi amicus est gorgias. Itaq; siue nunc siue alias mauis/nobis eadem demõstrabit. CAL: Quid o cherephon? cupit ne socrates audire gorgiã? CHE: Ob idipsuz certe aderamus. CAL: Quãdocũq; igit̃ uobis placebit ad me ingredi/apud me enim gorgias diuertit/uobis aperiet. SO: Bene loqueris callicles: Sed num

proverbium post festũ veniunt tardi

uellet in pñtia nobiſcuꝫ diſſerere: Lupio enim ab ipſo percontari/que nã ſit artis ſue potẽtia: Quid ue ipſe p̃fiteaꝫ ⁊ doceat. Ceterarũ vo rerũ quẽ admodũ tu dicis expoſitionẽ nobis alias afferat.
CAL: Haud moleſta erit interrogatio ſocrates. Nam id quoꝫ in ſua demõſtratione cõtinebatur. Juſſit ergo paulo añ oẽs qui intus aderant: quod quiſqꝫ uellet eũ interrogare: ſeqꝫ ad cũcta rñſurum p̃feſſus eſt.
SO: Rẽ certe p̃claram narras. Itaqꝫ cherephon interroga ipſum.
CHE: Quid nã interrogem?
SO: Quis nã ipſe ſit.
CHE: Quẽadmodũ dicis?
SO: Veluti ſi artifex calceoꝝ foret/rñderet certe ſe coriariũ eſſe. an qõ dico nõdum intelligis?
CHE: Intelligo equidẽ ⁊ iam rogabo: dic mihi o gorgia. num uere dicit callicles te p̃fiteri rñſurũ ad oia: de quib⁹ quilibet ſciſciteꝫ.
GOR: Vere ait o cherephon. Hempe modo idipſum p̃dicabã: atqꝫ dico nihil noui a me quenq̃ multis annis percontatũ eſſe.
CHE: Magna ergo facilitate rñdes gorgia.
GOR: Licet huius rei cherephon periculum facere.
PO: Licet per iouez: ſed cõmodius in me ſi uelis o cherephon: nã gorgias quidẽ iã in dicendo defeſſus mihi videt. Multa enim nup deſeruit.
CHE: Quid tu pole? Arbitraris meli⁹ q̃ gorgiaz te rñſurũ?
PO: Quid nã intereſt? dũmodo satis tibi fiat?
CHE: Nihil: ſed quoniã vis reſpõde.
PO: Interroga.
CHE: Jam interrogo: ſi gorgias ſciam eius artis haberet: cuius frater eius herodicus habet/quẽ ipſum recte nũcuparemus? Nõne ut illũ?
PO: Prorſus.
CHE: Medicũ ergo uocãtes recte uocarem⁹?
PO: Jta.
CHE: Si aũt illius artis cuius ariſtophon filius aglaophõtis/aut frater eius haberet notitiã/quẽ recte ipſuꝫ appellaremus?
PO: Certe pictorẽ.
CHE: Nũc aũt cũ artis alicuius peritus ſit gorgias/quẽ ipſum recte uocabimus?
PO: O cherephon multe qdẽ artes inſunt hoibus experitia perite adinuẽte. Peritia enim efficit vitã noſtrã per artẽ incedere. Impitia vo per 412
fortunã circũuagari: harũ vo ſingularũ ptícipes ſunt/alĩ aliarũ aliter. Optimarũ vo optimi: quoꝝ ex numero hic eſt gorgias / arte pulcherrima p̃ditus.
SO: Preclare quidem o gorgia videt polus adorandũ paratus. Veruntñ qõ p̃miſit cherephõti non ſeruat.
GOR: Cur nõ o ſocrates?
SO: Ad interrogationẽ quidẽ nõ ſatis rñdiſſe mihi videt.
GOR: At tu iterum ſi vis pete.
SO: Si tu gorgia rñdere mihi uelles a teipſo libẽtius quererem q̃ a polo. Conſtat enim poluz per ea que modo rñdit rhetorice magis q̃ diſſerẽdi arti operam dediſſe.
PO: Cur id o ſocrates ais?
SO: Quia cũ interrogaſſet cherephon cuius artis peritus eẽt gorgias/ laudaſti tu quidẽ o pole eius artẽ/quaſi quis eam vituperaſſet: Que vo illa ſit non rñdiſti.
PO: Nõne pulcherrimã eſſe rñdi?
SO: Prorſus quidem: ſed nemo q̃lis ſit ars gorgie querebat: ſed que naz ſit: ⁊ quẽ oporteat uocari gorgiã: Quẽadmodũ te p̃ius quodãmodo inſtruebat cherephon/ac tu illi bene breuiteꝝ rñdebas: Nunc ergo eadẽ rõne dicas/que nã ars: ⁊ quẽ gorgiã ſimus appellaturi. immo vo tu gorgia nobis oſtẽde quez noiari te deceat/⁊ cuius artis peritũ.
GOR: Rhetorice o ſocrates.
SO: Rhetorẽ ergo te appellare debemus?
GOR: Et bonũ qdẽ ſi me qõ p̃fiteor eſſe: ut ait Homerus noiare uelis.
SO: Volo equidẽ.
GOR: Noia ergo.
SO: An dicemus alios quoꝝ te facere poſſe?
GOR: Nec equidem non apud uos ſolum uerum etiam apud omnes p̃fiteor.
SO: Sed nunquid uelles gorgia quemadmodum incepimus diſputationẽ peragere: partim quidem interrogando: partim etiã rñdendo: prolixitatem illaz uerborum qua uti ccpat polus/in aliud tẽpus reſeruãs. Verũ qõ mihi p̃mi ſeris obſeruato/uelíſqꝫ ad interrogata q̃ breuiſſime rñdere.
GOR: Sunt quidẽ o ſocrates rñſiones quedam: quas lõgioꝝib⁹ uerbis neceſſe eſt fieri. conaboꝝ tñ q̃ breuiſſime rñdere: Hempe hocipſuz vnũ eſt ex his que p̃fiteor. nullũ in breuioꝝib⁹ uerbis q̃ me eadẽ explicare.
SO: Hac mihi gorgia opus eſt breuitate: ⁊ hanc mihi demõſtres o.o. copiã vo in tps aliud reſeruato.
GOR: Faciã eqdẽ ut neminẽ dicas vnq̃ te audiuiſſe me breuiorẽ.
SO: Age iã rhetorice artis te habere ſciam dicis: alioſqꝫ poſſe rhetores facere: ipſa vo rhetorica circa aliqd uerſat / ueluti textoria circa ueſtiũ p̃fectionẽ. Nõne?
GOR: Jta.
SO: Nõne ⁊ muſica circa melodie perfectionẽ?
SO: Per iouem o gorgia rñſiones he tue me ualde delectãt q̃ q̃ breuiſſimis abſoluas.
GOR. Spero o ſocrates me tibi in hoc ad uotũ ſatiſſacturũ.
SO: Recte ais. Age ⁊ de rhetorica ſimiliter mihi rñde: quoꝝ naz ſcia ſit.
GOR: Sermonũ.
SO: Qualiũ o gorgia ſermonum Num eoꝝ qui oſtẽdunt/qua rõne viuẽdi egrotãtes conualeſcere poſſint?
GOR: Non.
SO: Nõ igit circa ſermones oẽs vſat rhetorica.
GOR: Nequaq̃.
SO: Veruntñ circa eos ſermones qui dicẽdi facultatem p̃ſtãt.
GOR: Proculdubio.
SO: Nunqd rhetorica in quibus dicẽdi/in eiſdẽ ⁊ intelligẽdi vim p̃bet?
GOR: Quid ni?
SO: Nonne medicina de qua modo dicebamus efficit ut de egrotantiũ curatione ⁊ intelligere ⁊ loqui poſſimus?
GOR: Neceſſe eſt.
SO: Et medicina igit ut apparet circa ſermones uerſatur.
GOR: Sic eſt.
SO: Eos videlicet qui ad morbos pertinẽt.
GOR: Maxime.
SO: Nonne ⁊ gymnaſtica circa ſermones eſt de bona malaue corpoꝝ habitudine.
GOR: Certe.
SO: Atqui ⁊ alie artes o gorgia eadẽ rõne ſe hñt. Quelibet enim earũ uerſat circa ſermones eos qui ea de re cuius ars ipſa eſt habentur.
GOR: Apparet.
SO: Cur ergo artes alias non appellas rhetoricas? cũ circa ſermones ſint: ſiq̃dem hancipſam appellas rhetoricã que ſit circa ſermones.
GOR: Quia ceterarũ quidẽ artiuz ſcia oĩs o ſocrates circa manuales affectiones actioneſqꝫ huiuſmodi: ut ita dixerim: uerſat. Rhetorice vo nullum eſt opus eiuſmodi. ſed oĩs actio ei⁹ atqꝫ poteſtas in dicendo cõſiſtit. Hãc ob cauſam arbitror rhetoricã eẽ artẽ circa ſermones: idqꝫ recte dicere me affirmo. 413
SO: Intelligo ne quã uelis eã dicere? forte vo clari⁹ comprehendaz. Sed rñde: ſunt nobis artes an non?
GOR: Sunt.
SO: Ex oĩum numero artiũ alias eſſe arbitror: que in ope plurimũ uerſant: uerbis autẽ parũ admodũ indigẽt: alias vo que nullis: ſed etiaz per ſilẽtiũ perfici p̃nt: quẽadmodũ ars pingẽdi ⁊ ſtatuaria ⁊ alie multe. Ex taliũ numero negare videris eẽ rhetoricã.
GOR: Recte admodũ ſocrates accipis.
SO: Alie preterea artes ſunt que uerbis totũ pagunt opere vo/ut ita dicam/aut nihil/aut parum indigẽt.

Qualis est arithmetica/computatoria geometria ⁊ tesserarū talorūq; ludus:⁊ alie multe artes: q̄rū quedam uerba actionibus ferme habent equalia. Plurime vo plura atq; oino ois earū actio potestasq; in eiusmodi uerbis consistit. Talē aliquā videris mihi rhetoricam dicere. GOR: Et uere video. SO: Atta mē harū nullā arbitror te rhetoricā appellare/q̄uis dixeris artē in dicēdo vim hñtez esse rhetoricā. Nā siquis cauillari uellet sic argumentationē susciperet. Ergo arithmeticā o gorgia rhetoricā nūcupas: Nō opinor tū te uel arithmeticā uel geometriam rhetoricam dicere. GOR: Recte putas o socrates ⁊ iuste suscipis. SO: Age nūc ⁊ tu rnsionē quā petebā perfice. cū rhetorica sit ex earū artiū numero que plurimuz uerbis utunt: sint vo ⁊ alie tales/conare nobis exprimere/que nā ars ⁊ circa q̄d in dicēdo vim precipuā hñs sit rhetorica. Veluti siquis in artib⁹ quas supra cōmemorabā me interroget o socrates que nā illarū arithmetica est. Rnderē utiq; ut tu modo dicebas eā esse ex earū artiū numero / que uerbis plurimū asse quunt. ac si rursus percontaret/circa quid uersat/dicerez circa paris imparisq; notitiam: q̄ utraq; sint. Quinetiā si requirat iterū cōputatoriā vo artē quaz appellē/rndebo hanc quoq; inter eas artes cōnumerari: que uerbis totū implent. Quod si efflagitet circa quid uerset/rndebo corū more qui decreta cōscribunt in populo / videlicet cōputatoriā in alijs quidē ita se habere quēadmodū ⁊ arithmetica sese habet. Nempe circa idē utrāq; esse/par scilicet atq; impar. sed in hoc differre quoniā cōputatoria cōsideret par ⁊ impar: quā ⁊ ad se ⁊ inuicē quantitatis conficient summā. Preterea siquis me dicēte astronomiā in earuz artiū genere collocari que totū uerbis absoluūt/ rursus percōtaret circa quid potissimū tendāt astronomie vba subjcerē circa astrorū motū solisq; ⁊ lune: qua iuicē rone illoz se habeāt cursus. GOR: Recte profecto o socrates rnderes. SO: Age iam ⁊ tu o gorgia: profecto rhetorica ex illis est artibus que uerbo pertractant oia ⁊ perficiūt. Nōne? GOR: Profecto. SO: Dic ergo quid ex oibus id sit potissimum deo de quo hȳ sermones habētur quibus rhetorica utitur. GOR: Maxima ⁊ optima o socrates reruz humanarū negocia. SO: At hoc similiter ambiguuz est gorgia: nec ullo modo clarū. Arbitror equidē te cantilenā illā que circū in cōuiuijs canit audiuisse in qua cantores ita cōnumerāt. optimū quidē esse bene ualere. Secundo loco esse formosum. Tertio habere diuitias ut uerbis poete ipius utar/nulla fraude que sitas. GOR: Audiui nimirū: sed quorsum hec? SOCRA: Cm subito tibi artifices earū rerū occurrerent: quas in ea cātilena poeta laudauit / medicus videlicet ⁊ pedotriues / ⁊ nūmator/diceretq; primum medicus. decipit te gorgias o socrates. Nō enim ars eius ad maximū boiuz bonū spectat. imo mea: atq; si ego ab eo quis nā sit ipse perquirerē? diceret forte eē se medicū. quid ais ergo? an tue artis opus maximum est bonū? quid ni rnderet: cū opus eiusmodi sanitas sit. nihil vo sanitate sit melius: Post hec forsitā pedotriues uehemēter admirari se diceret si tu ostēdere posses plus boni in arte tua inesse q̄ ipse in sua. Ac si ego rogarē/⁊ tu quis es q̄d tuū est opus? Pedotriues sum diceret. est aūt opus meuz corpora hominuz formosa robustaq; reddere. Deinde vo nūmator/ceteros ut puto ptēnēs sic objceret: Aliad uerte o socrates an quicq̄ maiꝰ tibi videat bonū q̄ diuitie uel apud gorgiā: uel apud aliū quēlibet: ego itaq; ad eū dicerē. Tu ne ergo tāti boni es auctor? Sum rnderet. quis nā es ergo? nūmator suz. Quid vo putas ne summū hoibus bonū esse diuitias? q̄d ni putē inquiet? Ego vo ita subjciā: hic tñ gorgias contēdit artē suā matoris boni causam eē q̄ tuā. Cōstat itaq; eū post hec iterrogaturū: quid nam istud est bonū? demōstret ipm gorgias. Quā obrez age mi gorgia existima te ⁊ ab illis ⁊ ad me sic esse interrogatū: atq; rnde quid nā est istud qō ipse maximū hoibus bonū esse censes? teq; auctorez eius esse profiteris? GOR: Quod est o socrates maximū reuera bonū ⁊ causa ut ⁊ ipsi liberi simus ⁊ ceteris in nostra passim re.p. dominemur. SO: Quid ergo istud eē dicis? GOR: Posse uerbis psuadere / ⁊ in iudicio iudicibus/⁊ in cōsilio cōsulētib⁹/⁊ in cōcione cōcionātibus / atq; in alia qualibet cōgregatione ciuili. Jam vo ob huiusmodi facultatem seruiet tibi medicus/seruiet pedotriues/quinetiā ipse nūmator: nō sibi sed alteri: idest tibi dicēdi ⁊ vulgo persuadēdi vim hñti/diuitias suas cumulauisse comperietur. SO: Num mihi videris gorgia quā artē iudicas eē rhetoricā prime oñdisse: Ac si recte pcipio artē psuasionis effectricē ais esse rhetoricā eiusq; oēm diligētiā ⁊ summā in hoc finiri. An quicq̄ ampliꝰ habes/q̄d de artis istius potētia referre possis q̄ ut psuasionē audiētium ais afferat? GOR: Nihil aliud habeo socrates: sed sufficiēter mihi definisse videris. Hec enim est eius summa. SO: Audi o gorgia: certū habeto/ siquis alius cū alio disputet uolēs idipsuz nosse de quo disseritꝰ/me quoq; ut mihimet persuadeo esse talem. Judico aūt merito te quoq; huiusmodi eē. GOR: Quorsum hec o socrates? SO: Dicā nūc: haud te lateat me nō satis aperte cognoscere que nā sit q̄busue de rebꝰ psuasio illa quā dicis a rhetorica pficisci. Et q̄uis suspicer quā ⁊ de q̄bus ipse uelis dicere/nihilominus abs te requirā/quam dicas persuasionē ⁊ quibus de rebus a rhetorica fieri. sed quā ob causam cū iā ipse suspicer nihilominus a te petā? potius q̄ ipse exprimā? profecto nō tui causa sed sermonis ipius: quo ita procedat: ut maxime nobis id de quo agitur explicet. Attende igitur num iuste rursus iterrogare te videar: uelut si pcōtatus eēm q̄s nā pictorū sit zeusis / tuq; rndisses aīalia pingens: nōne iuste peterē/qualia potissimū aīalia ⁊ quo pacto pingens? GOR: Juste admodū. SO: Nuz propterea q̄ ⁊ alij sunt pictores/alia similiter aīalia multa pingentes. GORGIAS: Ob hoc ipsum. SO: Quod si alius nullus preter zeusim pingeret recte utiq; respondisses. GOR: Quid ni? SO: Age iam ⁊ de rhetorica dicas: utrū sola hec videat psuadere/an alie quoq; artes. Tale vo aliq̄d dico quisq̄s aliq̄d docet utrū q̄d docet etiā psuadet nec ne? GOR: Persuadet profecto. SO: Rursus autē in eisdez artibus quas paulo añ cōmemorabamus ita psiderem⁹. Arithmetica nōne docet nos quecūq; ad numerū ptinēt arithmeticusq; similiter? GOR: Proculdubio.

Canilena rōmy

417

SO:Nõne ⁊ persuadet:GOR:Certe.SO:Ergo ⁊ arithmetica psuasionẽ facit. GOR:Apparet. SO:Proinde siquis interrogauerit quam persuasionẽ ⁊ circa qd efficiat rñdebim⁹ pceptoriã:videlicet circa par ⁊ ipar/quot utraq; sint. Poterim⁹ similiter ceteras quoq; artes quas modo referebamus ostendere persuasionis effectrices esse:⁊ cui⁹ ⁊ circa qd maxime.nonne:GOR:Ita.SO:Quã obrem nõ sola rhetorica persuasionis est artifex. GOR:Vera narras.SO:Cũ igitur non sola id faciat sed ⁊ artes alie / haud iniuria qõ de pictore / sic deinceps de rhetorica quoq; percontaremur qualis psuasionis ⁊ circa quid effectrix sit rhetorica percõtaremur.nõne iusta tibi videtur petitio: GOR:Mihi quidẽ.SO:Rñde igit o gorgia quã doquidẽ tibi videt.GOR:Huius equidẽ o socrates magistraz dico rhetoricam que in iudicijs ceteris busq; alijs ut paulo añ dicebã / atq; de iustis ⁊ iniustis adducit.SO:Atq; ⁊ ipse persuasionẽ hãc te dicere suspicabar sed ne admireris si deinceps tale aliquid te rursus interrogo.qõ q̃uis videat esse perspicuũ tñ repeto.nã ut dixi nõ tui causa id requiro sed ut disputatio suo quodã ordine peragatur: ne assuescamus subintelligẽdo ea inuicẽ que forẽt discutienda præripere.GOR:Et recte quidẽ facere videris o socrates.SO:Age vo ⁊ hoc cõsidere mus:num uocas aliq̃d discere:GOR:Voco.SOCRA:Quid rursus aliquid credere:GOR:Et hoc.SO:An igit discere idẽq; credere esse putas. idẽq; disciplinã atq; credulitatẽ:an aliud:GORGIAS:Aliud equidẽ esse arbitror.SO:Recte quidem putas.Hinc vo cognoscere/siquis enim percõtetur est ne credulitas quedã falsa ⁊ quedã uera / ut arbitror consentires:GOR:Certe.SO:Quid vo scia est uera ⁊ falsa.GOR:Nequaq̃.SO:Cõstat igitur nõ eẽ idẽ.GOR:Cõstat. SO:Veruntñ ⁊ illis qui didicerũt ⁊ illis qui crediderunt iam est persuasum:GOR:Sic est. SO:Vis ne igit duas psuasiõis spẽs eẽ ponam⁹ quarũ altera qdẽ absq; scia prestet fidẽ.altera vo sciaz:GOR:Prorsus. SO:Utrã vo persuasionẽ affert rhetorica in iudicijs alijsq; cetibus de iustis iniustisue rebus. Num ex qua hominis absq; scia credãt/an ex qua sciãt: GOR:Perspicuũ est o socrates ex qua audiẽtes credere adducãtur.SO:Itaq; ut videt rhetorica persuasionis eius est artifex que credulitatẽ poti⁹ q̃ doctrinaz circa iustũ uel iniustũ prestat.GORGIAS:Certe.SO:Orator ergo non docet in iudicijs alijsq; turbis iusta ⁊ iniusta: sed fidẽ duntaxat inducit. Neq; enim posset turbã tantã res tã grandes tã breui tempore edocere.GOR:Non certe. SO:Age iã quid de rhetorica dicẽdũ sit videam⁹: Ego eniz nõdũ satis quid dicturus sim intelligere possuz:qñ enim publice de medicoꝝ electione tractabit:aut de nauiũ aliarũue rerũ opificibus eligẽdis.tũc forte cõsultare ad oratorẽ nõ ptinebit. Patet enim in huiusmodi electionib⁹ pitissimũ quẽq; ei⁹ artis eligẽdũ eẽ.neq; rursus cũ de cõstruendis muris uel portuũ dispositione / uel nauiũ apparatu consultabit:oratoris officiũ erit cõsulere:sed architecti.quinetiã neq; cũ de eligẽdo imperatore aut de exercitu aduersus hostes instruendo aut de oc cupãdis locis deliberabit.sed ad duces exercitus cõsultatio pertinebit.Ad oratores vo nequaq̃.quid ad hec dices gorgia:Nẽpe cũ ⁊ rhetor esse profitearis ⁊ alios posse rhetores facere / præstat nimirũ ea que tue artis sunt a teipso scisciscitari atq; accipere: Et me quidẽ nũc rẽ tuã agere putato.Forte enim inter eos qui intus sunt adest aliqs qui discipulus tuus esse cupiat.Quales ego quosdaz ⁊ quidẽ frequẽtes sentio: quos hec a te querere forte deterret pudor.A me igitur rogatus ab illis quoq; hũc in modũ interrogari putato. quid nã reportabimus si in tuã nos tradiderimus disciplinã:quibus de rebus rei.p.cõsulere poterimus: nũquid de iusto solũ ⁊ iniusto:an præterea de his que modo socrates adducebat:Ea operã igitur o gorgia ut his rñdeas.GOR:Conabor equidẽ oẽz tibi rhetorice facultatẽ plani⁹ explicare.ipe eniz perbelle ad id nos deduxisti: Scis utiq; hec nauilia ⁊ menia athenarũ portusq; dispositionẽ partim themistoclis partim periclis nõ opificũ cõsilio esse constructa.SO:Ferunt hec o gorgia de themistocle. periclem vo ipe audiui de muro medio cõstruẽdo ciuitati psuadentem.GOR:Præterea quotiens de his que tu modo referebas / deliberat: vides oratores ipsos consulere eorũq; in his rebus præferri snias. SO:Hec eqdẽ admiraꝝ / gorgias iãdudũ a te de rhetorice potestate perquiro. Nẽpe mihi hec cogitãti diuina quedam potestatis eius magnitudo videtur. GOR:O si cuncta scires o socrates:videres profecto hãc oẽs ut summatim dicã sub se vires amplecti cuius qdẽ rei magnũ tibi afferã argumẽtũ. Sepe iaz cum fratre meo alijsq; medicis ad aliquẽ egrotantiũ ingressus cũ ille uel pharmacũ nollet bibere/uel secãdũ urẽdumue se medico nõ permittere neq; psuadere posset medicus:ego psuasi non alia q̃ rhetorice facultate. Assero aũt siquã in urbẽ rhetoricus accesserit atq; medicus certeturq; inter eos uerbis in ꝓcione uel in alio quouis cetu / uter sit pro medico eligẽdus rhetor ne an medic⁹ forte ut medic⁹ quidẽ nusq̃ appareat:eligat autẽ si modo ipse uelit dicẽdi pitus. Similiterq; si aduersus alium quẽuis artificẽ certet rhetoricus obtinebit ut ipse potius q̃ quiuis ali⁹ eligat. Nihil enim est de quo non maiori cũ psuasione rhetoricus q̃ qlibet artifex vulgo loquat. Potentia igit artis huius tãta est atq; talis:decet tñ o socrates ita rhetorica uti quẽadmodũz ⁊ omni alia facultate certandi. Neq; enim his qui pugnis lacertisue ⁊ armis ita pugnare didicerit ut amicis ⁊ inimicis superior possit euadẽ/ob hoc aduersus oẽs eque certare debet/ut amicos etiaz petutiat/pugnat/occidat. Nec etiam per iouẽ siqs palestra exercitat⁹ pugil robusti corpis euaserit.Deide parẽtes aut aliquẽ aliũ domesticoꝝ ul amicoꝝ pulset / ꝓpterea pedotriuas ⁊ eos qui armis pugnare docẽt:odio habere ⁊ ex urbibus expellere decet.Illi eniz hec tradiderũt ut hec discẽtes contra hostes ⁊ inferẽtes iniuriã uterẽtur ulciscẽtes videlicet non iferẽtes. Nõnulli vo hec puertẽtes robore arteq; abutunt:sed non proptcrea qui docuerunt iprobi sunt iudicandi:neq; ars culpãda malaq; hñda:sed meo quidẽ iudicio qui puerse utunt:eadez quoq; de rhetorica rõ est. Pot eniz ⁊ aduersus oẽs ⁊ qualibet de re orator dicere adeo ut apud multitudinẽ facile admodũ de re qualibet psuadẽdo supior

firmauisse illũ se esse docturũ, idqꝫ ob ipsos hominuꝫ
moꝛes: qui grauiter ferrẽt/siquis talia non ꝓcederet.
Ob huiusmodi deinde cõcessionẽ coactũ esse gorgiã
sibimet cõtradicere. Et te quidẽ iuste tũc meo iudicio
irrisit/ꝙ huiusmodi ineptias sequereris. Nũc vo rur
sus polo eadẽ euenerũt. atqꝫ ego polum in hoc mini
me probo: ꝙ tibi cõcesserit iniuriã turpius esse facere
ꝯ pati: ob quam ꝓcessionẽ impeditus a te: que cogita
uerat explicare non potuit. Tu vo reuera o socrates
in scrupulos ꝓcionalesqꝫ difficultates audiẽtes addu
cis: duꝫ ueritatẽ sequi te profiteris. Affers utiqꝫ in me
diũ que natura quidẽ pulchra non sunt: sed lege. Ple
rũqꝫ vo accidit ut cõtraria sint iter se lex atqꝫ natura.
siquis igit erubescat: neqꝫ audeat que sint exprimere:
ꝓtraria sibimet fateri cõpellit. Tu vo id astutius aiad
uertẽs/insidiaris in uerbis. Sicꝫs enim ꝼm legẽ loqua
tur/tu deinceps ꝼm naturã interrogas. Si vo ꝼm na
turã ille/ipse ꝼm legẽ: Quẽadmodũ de inferenda uel
sustinẽda iniuria modo fecisti. Cum enim polus ꝼm
legẽ inferre turpius esse diceret/ipe legẽ es persecutꝰ.
Natura enim quicqd peiꝰ est/idẽ ⁊ turpius: quale est
iniuria pati: lege vo inferre. Non enim viri est iniuri
as pati: sed mãcipij cuiusdã: cui melius esset moꝛtuuꝫ
esse ꝯ viuere. Quod quidẽ cõtumelijs iniurijsqꝫ affe
ctũ neqꝫ sibi neqꝫ suis põt opitulari. Verũ ut ego arbi
troꝛ qui leges ꝓdunt imbecilliores sunt plures. Itaqꝫ
utilitati cõsulentes sue leges ꝑstituũt. preterea laudes
vituperationesqꝫ disponũt/metu potẽtioꝛũ adducti: ne
qua in re excedere eos possint. Itaqꝫ aiũt turpe iniu
stumqꝫ esse alijs plus habere: idqꝫ definiũt iniuriaꝫ fa
cere plus videlicet ꝯ alij ut habeas querere. Satis
enim sibi factũ putant si cum inferioꝛes sint equã ha
beãt poꝛtionẽ. Ob hãc igit rationẽ lege quidẽ id iniu
stum turpeqꝫ dicit: querere ut habeas plus ꝯ ceteri.
Atqꝫ hanc vulgo iniuriã noiant. Natura vo ipsa: ut
puto: demõstrat/ut ꝑstantioꝛ plus habeat ꝯ inferioꝛ
⁊ potẽtioꝛ ꝯ debilioꝛ. Ostẽdit vo multis hec modis
tum in ceteris aiantibꝰ/tuꝫ in cũctis ciuitatibus atqꝫ
gẽtibꝰ apud quas iustũ esse cẽsetur ut potẽtioꝛ ifirmi
oꝛi dñet pluſqꝫ possideat. Nam quo iure xerses ad
uersus grecos duxit exercitũ. uel pater eius ꝓtra scy
thas/aut innumerabiles alij/quos referre quis posset:
Sed hij: ut arbitroꝛ: ꝼm naturã iuris ipsius hec agũt.
ac per iouẽ ꝼm ipsius nature legẽ. Non tñ foꝛtasse
iuxta leges has a nobis conditas: per quas prestan
tissime ac ualidissime indolis adolescẽtes ab incu
nabulis tanꝯ leones capiẽtes quasi quibusdã ma
gicis carminibus fascinamus/seruilemqꝫ in modũ
subijcimus dicẽtes equitatem esse seruandam. idqꝫ
pulchꝛum iustumqꝫ esse. At siquis prestantis natu
re vir insurgat ac litteras fascinationes incantatio
nesqꝫ huiusmodi uestras perfundans: atqꝫ discin
dẽs/legesqꝫ omnes que desciscũt a natura subuer
tens: ceteris dominetur/in eo iã nature ipsius ius
effulget. Videt autẽ mihi pindarus hec eadem in
quodã cantu ostẽdere: ubi legẽ ait omniũ esse regi
nam moꝛtaliũ atqꝫ immoꝛtaliũ: eãqꝫ ius agere vio
lenter prepotẽti manu. Idqꝫ ꝓiectare se dicit ex re
bus gestis ab hercule: qui ⁊ si carmen ipsum haud
satis memoꝛiter teneo/memini tñ ipꝫ dicẽ/Hercu
lẽ neqꝫ emptos: neqꝫ donatos gerionis boues ab
egisse. utpote naturali ipso iure dictãte/⁊ boues ⁊
cetera omnia que ab hoibus possidẽtur illius esse
debere qui prestãtioꝛ sit atqꝫ ualẽtioꝛ. Veritas igit
ita se habet. Idqꝫ plane cognoscas: si ad maioꝛa te
iam dimissa philosophandi cura cõuerteris. Naꝫ
philosophia quidem o socrates gratiosa res est ⁊
uenusta: siquis illam moderate in adolescẽtiaqꝫ at
tingat: Sinautem supꝛa modum tẽpus in ea contri
uerit: hominum est coꝛruptela. Quãuis enim quis
optimo a natura sit ingenio predituꝰ / tamẽ si diuti
us per etatẽ iam prouectã philosophetur/necessa
rio omniũ reruꝫ imperitus euader: quarũ omnino
clarum/bonuꝫ excellẽtem virũ oportet habere pe
ritiam. nam ⁊ legũ ciuiliuꝫ ⁊ uerboꝛ quibus in cõ
suetudine cetuqꝫ hominum taꝫ publice ꝯ priuatiꝫ
uti decet uoluptatũ preterea cupiditatumqꝫ huma
narum ⁊ ut breuiter comprehẽdam moꝛũ proꝛsus
fiunt ignari. Quocirca quotiẽs ad aliquam reꝫ ge
rendam uel publicam uel priuatã sese conferãt/ha
bentur ridiculi quẽadmoduꝫ ⁊ ciuiles viri si in ue
stras exercitationes disputationesqꝫ descendant.
Euenit enim illud Euripidis quod in re clarus
quisqꝫ est/ad eaꝫ properat: ⁊ dici partem illi pluri
mam impartit ut ipe se superet. Vbi vo inferioꝛ sit
inde fugit/illudqꝫ vituperat: aliud vo laudat / qua
dam suiipsius beniuolẽtia existimans seipsum ita
laudare. Verum prestare arbitroꝛ amboꝛum par
ticipẽ fieri: philosophie quidẽ quatenus discipline
gratia deceat/nec turpe quidẽ est adolescẽti philo
sophari sed cum grãdioꝛ natu philosophie adhuc
incumbit/res est o socrates ualde ridicula. Eqdeꝫ
similiter affectꝰ sum erga eos qui philosophie dãt
operam atqꝫ illos qui balbutiunt ac ludunt. Quo
tiens enim aspicio puellum cui decoꝛ adhuc est lo
qui ita balbutiẽtem ludentẽqꝫ delectoꝛ: festiuumqꝫ
⁊ liberale mihi videtur/puerilẽqꝫ decens etatem.
Quotiens vo puellum audio uerba expeditius ex
primẽtem molestuꝫ quiddã mihi oboꝛitur aureqꝫ
offendit meas: atqꝫ seruile quippiaꝫ pre se ferre vi
detur. Ceterum cum virum quis uel audit balbuti
entem uel videt ludentem/ridiculum id quidẽ a vi
roꝫ alienum ac dignum plagis apparet. Idẽ igit
erga philosophantes mihi euenit. In adolescente
enim philosophiam cernẽs ualde delectoꝛ: decẽsqꝫ
iudico

ludico atq; ingenuum esse hominẽ hunc existimo. Eum vo qui non philosopheꝫ illiberalem nec vnq; preclarum aliquid ac generosum de seipso prestitu rum. Sed quando grandiorez natu philosophan tem animaduerto / neq; dum studia eiusmodi de serẽt uerberibus iam hũc viruz o socrates indige re cẽseo. Quippe cũ/quẽadmodũ modo dicebam huic accidat homini ut etiã si ingenue indolis sit/ tñ seruilis euadat/fugit enim mediã ciuitatẽ forenses q; cõsuetudines:in quib⁹ poeta indt viros fieri prestãtissimos abscõdẽs sese cuz trib⁹ uel quatuor pueris z in angulis susurrãdo vitam ducẽs / nihil vnq; liberale aut magnificũ prolaturus. Ego autẽ ualde te o socrates amo. Ita q; idẽ mihi euenit er ga te qd̃ z zeto erga amphionẽ apud eurypidẽ: cu ius modo mẽtionẽ feci: talia nũc mihi quedam ad uersus te dicere uenit in mẽtẽ: qualia aduersus fra trez ille dicit. Profecto ea o socrates negligis que meditari deberes atq; adeo generose mẽtis prestã tiã specie quadã puerili conformas: nec in iudicijs cõsultationibusq; vba recte scires facere: neq; pue niẽs quicq; pbabileq; eligere/nec alijs propte psu lere. o amice socrates ne mihi sis ifensus. Beniuo lẽtia enĩ erga te mea ad hec pferẽda nũc adducor: Nõne turpe ducis sic te habere. quẽadmoduz ego arbitror hẽre te aliosq; oẽs qui philosophiã diuti⁹ prosequunt. Nepe si te nũc aut aliũ quẽpiã uestruz quis cõprehẽdens in carcerẽ traberet asserens te quis nõ facias: tñ iniuriã facere: certe quid actur⁹ esses/oino nescires: sed uacillares oscitaresq; : defẽ sionis tue prorsus ignarus/proinde adduct⁹ in iu diciũ uel ab ignauo spernẽdoq; accusatore ultimo supplicio: si modo illi placeret afficereris. Jam vo quomodo id ad sapiẽtiã spectat o socrates: siqua ars ingenue mẽtis nacta virũ/reddit deteriorem: adeo ut nec ipse sibi opẽ ferre ualeat: nec ex grauis simis periculis se/aut aliuz quenq; seruare: sed ini micoz raptoriq; exponat iniurijs ingloriũ in ciui tate degẽtẽ. Jã vo eiusmodi virũ z si victu sit agre stius/licet sup genã impune pulsare. Quãobrem o bone vir mihi credẽs desine iã in uanis uersari ar gutijs. decora rerũ gerẽdarum exerce officia. atq; hoc exerce/ex quib⁹ sape videaris: Jsta vo arguta siue deliramenta appellari oportet/siue nugas/ex quibus uacuas habitabis domos: alijs relinque. de niq; imitare nõ eos qui hec exigua captãt: sed eos quib⁹ vita z gloria z alia bona adsunt cõplurima. Si aurea mihi o callicles aĩa foret: nonne arbitra ris me libẽter repturũ aliquẽ ex his lapidib⁹ opti mum: per quos probari aurũ solet: ad quẽ lapidez aĩam admouẽs mecũ si ab ipo quasi recte educata approbaret: certo scirẽ me satis habere: nec proba tione ulterius aliã indigere. CAL: Quorsuz hec o socrates: SO: Dicã equidẽ. Nepe arbitror cum te nact⁹ fuerim me iam precios um hũc lapidẽ esse na ctũ. CAL: Quã ob causam: SO: Quoniam certo scio ea que tu me psenseris in his que meus anim⁹ opinat: fore pculdubio uera. Cẽseo nãq; illuz qui alicuius sufficiẽter probaturus sit aĩam utruz illa quidẽ recte istituta sit nec ne: tria potissimuz habe re debere: que ipse habes oĩa. sciẽtiam primo: dein de opinionẽ prudẽtis. s. atq; beniuoli. Tertio auda

ciam. Nã multos equidẽ repio qui me propterea re cto examine probare nõ possũt qõ sapiẽtes non sunt quẽadmodum tu esse videris. Alij vo sapiẽtes quidẽ sunt: sed ueritatem mihi dicere nolũt/ex eo q; mei cu ram nõ habẽt: ut tu habes: peregrini vo isti gorgias z polus quidẽ sapiẽtes sunt meq; diligũt. Utrum deest eis audacia/uerẽturq; ultra q; oporteat. Qõ quidem cui nam dubiũ esse possit. Quippe cum eo usq; pces serint uerecũdie/ut utriq; ob ipsam uerecũdiã in pre sentia multorũ hoium ausi fuerint sibiipsis de rebus maximis cõtradicere. hec aũt oia que alij nõ habent/ ipse habes. Principio es abũde doct⁹: qõ multi cõfir marẽt atheniẽses: mihiq; es beniuolus. Qõ qua cõie ctura intelligo tibi dicã. noui equidẽ o callicles quatu or uos in sapiẽtie studio socios: te. s. z tisandrũ aphid neũ / z Andronẽ androtionis/ Mausicydẽq; colarge um: atq; audiui aliqñ cuz inter uos agitaret quousq; sapiẽtie studẽdũ foret/eiusmodi apud nos viciss e sen tẽtiam: nõ esse ad exactã phie diligẽtiã ptendẽdũ: sed cauẽdũ esse ne ultra q; deceat sapiẽtes facti clam uos ipsos deprauaretis. Cum igit audio idẽ te mihi psiliũ dãtem: qõ amicissimis tuis dedisti sufficiẽs argumẽtũ est ueri amoris erga me tui. Proinde q; audacie satis habes nec̃ te pudor impedit/z tuipe affirmas/z ora tio quã paulo ante hic habuisti tibi perhibet testimo niũ. Cum hec igit ita se habeãt/siqd tu mihi in disput tãdo pcesseris satis iaz nobis probatũ erit: neq; opor tebit ad examẽ aliud id referre: alioqn tu mihi nunq; id cõcessisses uel sapiẽtie defectu: uel uerecũdia adduc tus/uel decipiẽdi causa. Amicus enĩz mihi es: ut ipe ais: reuera igitur mea tuaq; pfessio finẽ iam ueritatis habebit. Harũ vo cõsideratio rerũ/in quibus meipse corripuisti/oĩum o callicles pulcherrima est. Qualez esse virũ deceat: quidq; z quousq; tam in iuuẽtute q; in senectute exercere cõueniat. Ego vo siquid in vita mea minus recte q; ago/certũ habeto me non sponte mea sed insciti a potius aberrare. quãobrem tu quem admodũ admonere cepisti / perge queso: planeq; mi hi demonstra quid nã est istud quod mihi querẽdum est z qua via cõsequi ualeã. Quod si me cõsentientez tibi nũc habebis: postea vo que assensus fuerim min⁹ prestare deprehendas/socordẽ oino ignarũq; me pu tato: neq; ulterius in me in ammonẽdo quasi omnino perdito opam perdas. Resume vo mihi ab initio quẽ admodũ tu z Pindarus dicebatis iustũ id esse natu ra potẽtiorẽ per vim auferre ea que imbecillioz sũt z dñari meliorẽ deteriori: pluscq; habere eum qui pre stantior sit/q; qui abiectior. Nunquid aliud dicis esse iustũ: an recte memini: CAL: Nec z tunc dicebam/z nunc dico. SO: Utrũ vo meliorẽ uocas eũdẽ atq; po tẽtiorem. Neq; enim tũc plane quid diceres intellige re potui: num ualidiores appellas potẽtiores: Opor tetq; ualidioribus infirmiores obtẽperare. Quemad modũ tunc videris demonstrauisse: quando dicebas magnas ciuitates aduersus paruas naturali iure in surgere: propterea q; potentiores sunt atq; ualidio res: quasi idem sit potẽtius ualidiusq; z melius. An fieri potest ut aliquis melior quidem sit / inferior ta mẽ atq; imbecillior. Similiterq; ut potentior sit / de terior tamen. Uel eadem melioris atq; potentioris est definitio: Hoc ipsum mihi apertius explica idem ne: an aliud sit potentius z melius: atq; ualentius.

CAL:Equidē manifeste tibi affero idē esse.SO:Nō ne multitudo ipsa natura vno potētior est:Que q̄dē leges cōstituit sup̄ vnū quēadmoduz nuper ipse dice bas.CAL:Quid ni:SO:Multitudinis ergo leges potētiorū sunt.CAL:Dino.SO:Nonne igit̄ z melio rum.Qui enim potētiores sunt:ut ipse ais:ualde sunt meliores.CAL:Sic certe.SO:Nōne hoz cōstitutio nes natura sunt recte:cum potētiores sint.CAL:Sic affirmo.SO:Nōne multitudo statuit:quēadmodum nup ipse dicebas:iustū esse seruari inter oēs equalita tem:atq; esse turpius iniuriam inferre q̄ pati:Est ne ita an aliter:ac vide ne hic tu quoq; ob uerecūdiam capiaris.Cōstituit multitudo ista nec ne:videlicet iu stum esse seruari equitatē:nō aūt aliuz alio plus habe re:atq; turpius:esse facere iniuriā q̄ accipe:Nulla te o callicles inuidia quesо detineat:cominus ad hec mi hi rīdeas:ut si mecū senseris abs te p̄firmer tanq̄ vi ro ad iudicādū abūde sufficiēte.CAL:Sic utiq; sta tuit multitudo.SO:Non ergo lege sola z turpius est facē iniuriā q̄ pati/z istū est equitatē seruare:sed eti am ipsa natura.Quap̄opter videris in supiorib⁹ nō uere dixisse ne ue me recte accusauisse/dicēs p̄traria esse legē atq; naturā meq; hec aīaduertētez solere in uerbis insidiari.atq; siqs p̄m naturā loquat̄ ad legez: siquis vo p̄m legē ad naturā deducere.CAL:Hic vir nunq̄ desistet in nugis uersari.Dic mihi o socrates nōne te pudet/cum tam grādis natu sis:uenari noia: atq; siquis vbo excidat tanq̄ id tibi lucro ueniat im pēse captare.Putas me aliud dicere potētiores esse q̄ meliores:Nōne duduz tibi dico idē esse meli⁹ atq; potētius:An putas me dicere/si fex seruoz hoiumq; vndiq; vilissimoz in vnum cōfluat/istos p̄terq̄ for tasse corporis virib⁹ esse potētiores:z que isti statuāt esse iura.SO:Agedum o sapiētissime callicles ita ne dicis:CAL:Et maxime quidē.SO:At ego beate vir iādudū cōiecto tale aliquid te potēti⁹ appellare atq; interrogo cupiēs quid uelis aperte cognoscere.Non enim tu duos meliores iudicas esse q̄ vnuz:neq; ser uos tuos te meliores:q̄ videlicet robustiores sint. Uerū rursus a principio dicas quos tādem ais melio res esse quādo nō ualidiores.z vide p̄cor o vir mi rifice ut mitius me doceas ne a sedis tuis aufugiam. CAL:Ironia loqueris o socrates.SO:Nō per zetū o callicles quo tu fretus multa usus aduersus me nūc es ironia.Uerū dic age quos nā meliores appellas: CAL:Prestātiores equidē.SO:Uides ergo/te noia dūtaxat dicere:ostēdere vo nihil:nō aperis meliores potētioresq;/utrū p̄udētiores an alios quosdaz esse dicas:CAL:Per iouē hos dico z maxime quidem. SO:Sepe igit̄ vnus p̄udēs cōplurimis imp̄udētib⁹ p̄m sermonē tuū potētior est:atq; hunc par est dñari/ ceteros vo subesse pluſq; habere eum his quibus im perat.Hoc enim dicere mihi uelle videris.neq; vba aucupor siquidē vnus sit multis potentior.CAL:At hec ipsa sunt que dico.Hoc enim ego arbitror ius es se natura:euz videlicet qui melior p̄udētioriq; sit ipe rare atq; plus inferiorib⁹ possidere.SO:Siste parū per/quid tādē putares si hoc in loco ut nūc p̄gregati essemus multi/forētq; nobis coia esculēta z poculēta cōplurima nos vo ois essemus generis/partiz quidē ualidi partiz vo imbecilles:vn⁹ aūt nostrū oiuz circa hec p̄udētissimus/fortasse medic⁹/ac forez hic ut cō sentaneū est/alīs q̄dē robustior:alīs vo debilior: nōne hic p̄udētior:p̄terea melior quātū ad hec ptinet z potentior erit:CAL:Dino.SO:Utrū vo hoz esculēto p̄opterea plus hēre debet q̄ nos: q̄ sit melior:An poti⁹ ob eius p̄festātiā oia distri buere debet:neq; in distribuēdo p̄o se plus retine re/alioq̄n mulctādus sit:sed alīs plus alīs minus habere.ac si oiuz debilissim⁹ sit.minimū sibi q̄is optimo tribuēdū est o callicles.nōne ita o bone vir est dicēdū:CAL:De esculētis z poculētis z medi cis atq; eiusmodi nugis uerba facis:ego vo nō de his loquor.SO:Utrū igit̄ p̄udētiorē esse meliorez dicis:nec ne:Rīde.CAL:Eq̄dē.SO:At nō opor tet ut melior plus accipiat:CALLI:Nō de cibis atq; potionib⁹.SO:Intelligo forte eniz de uestib⁹ atq; oportet eū qui sit in p̄ficiēdis uestib⁹ peritissi mus magnā habere tunicaz:ac multis p̄ciosisq; or natū incedere uestib⁹.CAL:Quas tu uestes mihi narras.SO:At forsitā in calceis oportet euz plus accipe qui in eis p̄udētior sit z melior.ac forsitan ipe coriarius maximos pluresq; habere debet cal ceos:multosq; suis pedibus circūferre.CAL:De q̄b⁹ calceis nūc delíras:SO:Nō si nō talia saltem eiusmodi quedam dicis ceu virū in colendis agris p̄udētē honestūq; z bonū debere plus repor:tare seminis:plurimoq; in suis agris uti semine. CAL LI:Quā semp eadē dicis o socrates:SO:Nō solū eadem o callicles:sed eisdē quoq; de rebus. CAL LI:Per deos semp tu cerdones / coriarios / fullo nes/coquos/medicos hēs in ore.q̄si de his institu ta nobis disputatio fuerit.SO:Nōne ergo ipse di ces aliq̄n/q̄b⁹ in reb⁹ potētior atq; p̄udētior iuste possidere plus debeat:Ut neq; me p̄mittes dicere: neq; ipse dices.CAL:At ego id tādiu dico:primo q̄dē qui potētiores sint:nō eniz cerdones dico neq; coquos:sed eos qui in administrāda re.p.sint p̄u dētes:neq; p̄udētes solū/uerūetiā fortes:qui ad ea que excogitauerūt perficienda aptissimi sint:neq; animi mollitie ulla succumbāt.SO:Aduertis ne o callicles nō de eisdē me abs te/atq; vicissiz te a me accusari.Tu q̄dē me accusas quasi semp eadē repe tētē.ego vo te p̄tra tanq̄ de reb⁹ eisdē nunq̄ eadez afferētē.sicq̄dē alias meliores atq; potentiores esse definis ualidiores/alias aūt p̄udētiores.Nūc p̄e terea aliud quiddā affers.Fortiores enim nūc qui dam abs te potentiores meliores q; nominant.Ue rum age tandez explica quos potissimū z ad quid meliores potentioresq; appellas.CAL:Jam dixi: p̄udentes videlicet in rebus publicis atq; fortes. Nos enim decet ciuitatibus imperare:idq; iustuz est ut plus alīs hēant dñantes:videlicet subiectis. SO:Quid vo:sibi ne ipsis ulla ratione dominari siue parere decet:CAL:Quemadmodum dicis: SO:Dico num sibi quisq; debeat imperare:an ni hil opus sit ut sibi quidem imperet:sed alīs dunta xat.CAL:Quomodo sibimet impare dicis:SO CRA:Nihil obscurum dicis.sed quemadmoduz dicunt multi tēperatum z suiipsius compotem:uo luptatibus videlicet suis cupiditatibusq; imperan tem.CALLI:Quam festiuus es o socrates:stu pidos homines nominas temperatos.SO:Quid ais:nemo est quin nozit me id minime dicere:

CAL:

CAL: Immo ualde quidez o ſocrates: nã quomo
do beatꝰ eſſe põt qui alicui ſeruiat: Ceterũ hoc eſt
natura iuſtũ atq; pulchrum qđ ego tibi nunc auda
cter dico: oportere illũ qui recte vitã aucturus ſit
permittere cupiditates ſuas ſummope augeri/nec
eas ullo modo cohibere: atq; his q̃ maximis quic
quid petũt ſubminiſtrare ob fortitudinez atq; pru
dẽtiã/ꝛ quẽlibet carũ affectum ꝓſus explere: Qđ
quidẽ qꝛ multi ꝓſeq; nequeunt/eos vituꝑant qui id
aſſequunt/ob uerecũdiam ſuã impotẽtiã abſcõden
tes. Ferũtq; intẽperantiã eſſe turpẽ quẽadmodum
in ſupioribus ipſe dicebã: preterea in ſeruilez habi
tum deducũt meliores nature hoĩes: ipſiq; cũ libi
dines ſuas explere nequeãt/tẽperãtiã atq; iuſtitiã
ꝓbãt propter ignauiã. Verũ ſi his a principio cõti
giſſet/ut uel regũ eſſent filĩ/uel ipſis natura ſuffice
ret ad imperiũ/aut tyrãnidẽ/aut poteſtatẽ aliquaz
ſibi cõparandã/profecto turpiꝰ peiuſq; eſſet/ut hu
iuſmodi tẽperãtia uterẽtur: qui cũ liceret ipſis frui
bonis nec impedirent ab ullo ipſi ſibi dñam prefe
cerint multitudinis legẽ ſermonẽq; ꝛ vituperationẽ:
Quo enim modo nõ miſeri eſſent: Siqđẽ propter
quãdam iuſtitie tẽperantieq; honeſtatẽ/nihil plus
amicis tribuerẽt q̃ inimicis: etiã oũ in ciuitate ſua
dñarentur. Ceterũ o ſocrates ueritas ipſa quaz tu
ſequi affirmas/ita ſe habet. luxuria/intẽperantia/
libertas/modo facultas ſuppetat/potẽtia virꝰ eſt
atq; felicitas. Cetera vo iſthec ſpecioſa ꝓter natu
ram adinuẽta hoium ſunt deliramẽta/ꝛ nuge peni
tus cõtẽnende. SO: Non ingenerose o callicles au
dacia uſus in diſputãdo procedis: Sane apte nũc
ea dicta ſunt abs te que alĩ cogitãt quidẽ: dicere tñ
nolũt/quãobrẽ te ut nullo modo deſiſtas obſecro/
ut reuera certiores efficiamur / qua ſit rõne viuen
dum. Dic ergo mihi: cupiditates ais nõ eſſe coher
cendas. ſiq̃s optet eſſe talis/qualẽ oportet eſſe. im
mo permittẽdũ illas ſummope augeri: atq; earum
expletionẽ aliũde cõparandũ. idq; ais eſſe virtutẽ.
CAL: Aio equidẽ. SO: Si ita eſſet/nõ recte dicerẽ
tur beati eſſe: qui nullius indigeãt. Alioqn lapides
ꝛ mortui felicíſſimi forẽt. Verũtñ ꝛ illa: quaz tu di
cis/grauis eſt vita. Neq; admirarer ſi in eo uera
dicat euripides dicẽs: Quis nouit utrũ viuere qui
dẽ mori ſit: mori aũt viuẽ: ꝛ nunc forte reuera mor
tui ſumus. Audiui iam eqđẽ a ſapiẽte quodaz nos
nũc mortuos eſſe: corpuſq; noſtrũ ſepulchrũ eẽ no
bis: partẽq; illã aĩe in qua cupiditates ſũt perinde
ſe habere ac ſi perſuadẽdo viciſſimq; diſſuadẽdo:
ſurſum deorſũq; agitet. Itaq; elegãs quidã vir ſi
culus fortaſſe uel italus in his cõfabulatꝰ hanc ani
mi partẽ propter ſuaſionẽ credulitatẽq; lubricam
alludẽs nomini dolĩ appellauit. Demẽtes vo pro
phanos atq; dãnatos: horꝛ aũt hãc animi partem
que libidinibus agitat tanq̃ futilẽ ob incõtinentiã
inexplebilẽ perforatũ eſſe dolĩ indt. Quãobrem
hic vir o callicles cõtrariũ tibi oſtendi/eorum qui
apud obſcuros ſunt inferos/eos eſſe miſerrimos:
qui tanq̃ oĩno prophani dãnati ſunt: atq; aquaz in
uas pforatũ cũ alio etiã pforato uaſe inferre. Eſſe
aũt hoc aliud uas ſiue cribellũ ut dicebat/his qui
me docuit dementiũ aiuz: quẽ ideo perforato uaſe
aſſimilauit: q̃ ꝓpter infidã affectionẽ oblitionẽq;

nequeat infuſum aliq̃d continere videbunt hec alicui
quodãmodo mira. Demõſtrãt tñ id quod ego uolo ſi
qua rõne ualeaz perſuadere tibi ut pro inexplebili ꝛ
incõtinẽti vita moderatã pñtibuſq; ſemp cõtẽtam re
bus eligas. Sz utrũ per hec tibi aliq̃d ꝓſuadeo: atq;
tu mutata ſentẽtia beatiores qui tẽperate viuãt q̃ qui
intẽperate putas: an nihil proficio: atq; lz multa ſimi
li rõne ꝓfabuler nihilo magis eo ſentẽtiã mutaturus.
CAL: Hoc o ſocrates uerius ſubiũxiſti. SO: Age oũ
tibi ſimilitudinẽ aliquã ex eodẽ gymnaſio adducam.
Attẽde utrũ perinde cẽſeas de utriuſq; vita tempera
ti. ſ. atq; intẽperati/ac ſi viri duo multa haberent ua
ſa: ꝛ alter quidẽ integra atq; plena partim vini / par
tim mellis/partiz lactis: aliaq; ſimiliter alioꝛ: ſint vo
ſinguli hi liquores: Rari quidẽ ꝛ inuẽtu difficiles mul
tiſq; ꝛ grauib⁹ laboribꝰ cõparati. Is ergo cui plena
ſunt uaſa nihil ſupinfundere oĩno curet: ſed quantum
ad hec attinet quietẽ agat. Alteri vo liquores ſint quẽ
admodũ alteri: qui cõparari quidẽ: ſed tñ cuz difficul
tate poſſint. Uaſa vo perforata atq; fracta: ac die no
cteq; ꝓtinue illa implere cogat/aut extremis moleſti
is agitet. Cuz talis igit ſit utriuſq; vita/ais ne vitã in
tẽperati beatiorẽ eſſe q̃ tẽperati. An ꝓſuadeo tibi his
vbis ut vitã hoĩs moderati meliorẽ eẽ q̃ immodera
ti cõcedas: Vel nõduz perſuadeo. CAL: Nequaq̃ o
ſocrates: Nam illi cui plena ſunt oĩa nulla ampliꝰ eſt
uoluptas: ſed quẽadmodũ modo dicebã quaſi lapis
viuit/poſtq̃ ſemel impleuerit: neq; uoluptatez ſentit
ampliꝰ neq; moleſtiã. Dulcedo aũt vite in multa con
tinuaq; infuſione conſiſtit. SO: An nõ neceſſe eſt ſi mul
tũ influat multũ viciſſim effluere: lataq; effluxui pate
re foramina: CAL: Prorſus. SO: Charadrĩ auis. i.
uoraginis cuiuſdã tu rurſus vitã dicis. Nõ autẽ mor
tui aut lapidis: atq; mihi rñde/nũ tale aliq̃d dicas ue
lut eſurire atq; eſurientẽ comedere. CAL: Dico eqđẽ.
SO: Et ſitire ſitientẽq; bibere. CAL: Dico eqđez/atq;
reliq̃s ſimiliter cupiditatib⁹ affectũ eſſe explereq; eas
poſſe cũ uoluptate/beatã eſſe vitã affirmo. SO: Euge
virorꝛ optime: perge ut cepiſti: nec te pudeat. Opor
tet aũt ut videt me quoq; pudore nõ detineri ac ꝓmũ
mihi dicas utrũ ſcabioſum ſeſe fricãtẽ atq; ita ſe hñtẽ
ut cõtinue id facere queat/beate viuere putandũ ſit:
CAL: Quã ineptꝰ es o ſocrates: ac reuera vulgaris
ꝓcionatoꝛ. SO: Profecto o callicles polũ q̃dez ꝛ gor
giã cõterrui ꝛ erubeſcere cõpuli. Tu vo caue ne terre
aris. neq; pudore impediare. Fortis nãq; es: ſed oũta
xat rñde. CAL. Dico utiq; fricãtẽ quoq; uoluptuoſe
viuẽ. SO: Nõne ſi uoluptuoſe etiã beate: CAL: Pro
culdubio. SO: Utrũ ſi caput oũtaxat fricet: Vel am
plius aliq̃d a te quero: Vide q̃d rñdeas callicles/ſiq̃s
te deinceps que cõſequunt interroget: atq; his quaſi
capitibꝰ ꝓceſſis cinedoꝛ iſtoꝛ vita nequaq̃ grauis /
turpis/infelix/dicẽda erit. an ipſe audebis eos beatos
dicere/ſi ad uotũ his que cupiũt potiant. CAL: An
non te pudet o ſocrates ad iſta ſermonez deducere:
SO: Ego ne o generoſe vir deduco: an ille potius qui
adeo impudẽter aſſerit eos qui oblectant/quocunq;
modo oblectẽtur/eſſe beatos. Neq; diſtinguit que uo
luptatũ bone ſint ꝛ que male. Verũ nũc ſaltẽ dic: utrũ
idẽ eſſe aſſeras uoluptatẽ atq; bonũ: an cẽ aliq̃d uolu
ptariũ qđ nõ ſit bonũ. CAL: Ut mihi ꝓculdubio rat⁹
ſit ꝛmo/ſi aliõ eẽ dixero idẽ eẽ dico. SO: Peruertis

o callicles illa que prius dicta sunt nec amplius apt⁹ es ad illa que perscrutamur inuestiganda: siquidem aliter q̄ tibi videtur es responsurus. CAL: Enimuero tu quoq; o socrates. SO: Atqui neq; ego recte facio/si id facio neq; tu. Sed o beate vide ne hoc sit bonum oino gaudere: alioquin que nunc subducta sunt multa ⁊ turpia atq; alia insup q̄ plurima euenire videntur/si hoc ita se habeat. CAL: Ut tu quidē putas o socrates. SO: Tu autem reuera o callicles hec affirmas: CAL: Affirmo equidez. SO: Vis ergo quasi te serio loquēte/disputationē aggrediamur: CAL: Volo certe. SO: Age iam cum huiusmodi sententie sis/distincte ad hec mihi respōde. Vocas ne aliquid sciētiam: CAL: Voco. SO: Nonne fortitudinē quandam paulo ante cum scientia esse dicebas: CAL: Dicebam sane. SO: Nunquid aliud fortitudinē q̄ scientiā quasi duo hec sint/dicebas eē: CAL: Maxime. SOCRA: Voluptatem vo atq; sciētiam. idem ne an aliud esse: CAL: Aliud o sapientissime vir dicebā. SOCRA: Nū ⁊ fortitudinē a uoluptate differre: CALLI: Quid ni: SO: Age itaq; ut hec meminerim⁹: Callicles quidē acharneus uoluptatē bonūq; idez esse dixit: sed scientiam ⁊ fortitudinē tum inter se/tum a bono differre. Socrates autē alopecetes ista nō p̄cedit. Nūquid cōcedit: CAL: Minime. SO: Arbitror aūt neq; callicle talia cōcessurum/quādo ipse recte considerauerit. Dic mihi felices ⁊ infelices nōne cōtrario modo affici putas: CAL: Puto equidē. SO: An non si contraria hec eorūq; affectiones inuicē sunt/necesse est ea ita se habere quēadmodū sanitas atq; morb⁹ Non enim aliquis sanus simul est atq; egrotat: neq; simul cessat sanitas atq; morbus. CAL: Quo pacto dicis: SO: Assumpto toto si vis corpore ita p̄sidera: egrotant ne alicuius oculi eo morbo. qui ophthalmia noīatur: CAL: Esto. SO: Nunquid simul sani sunt:
436 CAL: Non. SO: Quid vo quando eo morbo quis liberatur/nūquid tunc sanitas oculor cessat: Et tādez morbus simul sanitasq; descendūt: CAL: Minime. SO: Mirum nāq; ut arbitror: absurdumq; id foret. CAL: Nimium quidē. SO: Sed ut puto vicissim capit ⁊ amittit utrūq;. CALLI: Assentior. SO: Robur quoq; imbecillitatēq; similiter. CAL: Certe similiter. SO: Velocitatem rursus ⁊ tarditatem. CAL: Certe. SO: Nonne ⁊ bona felicitatēq; ⁊ hor cōtraria mala videlicet atq; miseriam/vicissim accipit utraq;/vicissimq; amittit: CAL: Oino. SO: Siqua ergo reperiamus a quibus aliquis liberat simul ⁊ habet/nimiruz hec non ita se habent ut alterū quidē eor bonuz sit/alterū vo malū. hec ne cōfitemur: Quid responsurus
437 sis cōsidera diligēter. CAL: Confiteor p̄oculdubio. SO: Age utiq; ad illa que p̄ius cōcessimus reuertamur. Famescere uoluptariū dixisti esse an molestuz: De fame ipsa interrogo. CAL: Molestū equidez actñ famescētez comedere/uoluptariū. SO: Ego quoq; intelligo. At vo fames ipsa molesta est an non: CALLI: Molesta. SO: Nōne ⁊ sitis: CAL: Vehementer. SO: Utrū ergo amplius a me queri vis: an cōfiteris indigētiam oēm atq; cupiditatez dolozis esse participem: CAL: Cōfiteor ne ultra queras. SO: Esto. sitiētez vo bibere uoluptariū esse dicis: CAL: Dico. SOCRA: Ex hoc ergo q̄d ais sitiētē quidē esse/dolorem est. CAL: Est. SO: Bibere vo expletio est idigē tie atq; uoluptas. CAL: Ita. SO: Nunquid ergo qua rōne bibit: gaudere dicis: CAL: Maxie. SOCRA: Quaten⁹ vo sitit dolere: CAL: Certe. SOCRA: Sentis igit q̄d sequat: videlicet fateri te dolētē gaudere simul qñ sitiētē dicis bibere. An nō simul id cuenit eodē in loco atq; tempore: siue circa aīam vis/siue circa corp⁹. Nihil enim refert ut arbitror. Ita ne est an aliter: CAL: Ita. SO: Verūtñ felicē esse simul ⁊ infelicem impossibile esse dixisti. CAL: Eqdē. SO: At vo dolētē gaudere posse p̄fesus es. CAL: Apparet. SO: Quapropter gaudere nō idē est atq; eē felicē: neq; dolere. idē q̄ infelicez esse. Ideoq; aliud uoluptas est q̄ bonū. CAL: Nescio q̄d cōmēteris o socrates. SO: Immo scis: sed nō vis fateri callicles. at perge queso rūdēdo: ultro eniz deliras: ut q̄ sapiēs sis agnoscas qui me castigas. Nōne vnusq̄sq; nostrū sitire desinit atq; simul gaudē, ppter potū: CAL: Nescio q̄d dicas. GORGI: Nequaq̄ ita o callicles: Immo respōde nostri gratia: ut disputatio p̄cludat. CAL: At vo semp talis est socrates o gorgia. Exigua eniz ⁊ nullius momēti perq̄rit atq; redarguit. GOR: Quid tua refert: Nō eniz hoc tuū officiū est o callicles: sed permitte ut arguat arbitratu suo. CAL: Quere igitur socrates de angustijs ac vilib⁹ istis qñ id gorgie placet. SO: Siccine beat⁹ es o callicles ut magna p̄secut⁹ mysteria sis p̄ius q̄ parua: Ego vo fas ee nō iudicabā: sed iā resumēs vnde ammisisti rūde. An nō simul desinit q̄s sitire atq; gaudere: SO: Concedo: nōne ⁊ famesē aliasq; cupiditates hēre simul atq; uoluptates desinit: CALLI: Ita est. SO: An nō ergo ⁊ dolores ⁊ uoluptates simul cessat hēre: CAL: Ita. SO: Verūtñ abonis ⁊ a malis nō simul cessat: ut tu modo fatebaris. Nunc vo nō p̄siteris. CAL: Eqdē. Sed q̄d tū: SO: Nēpe nō eadē sunt o amice bona ⁊ uoluptaria: neq; mala eadē atq; molesta. Ab his eni q̄s simul cessat: ab illis vo nequaq̄ utpote alijs. Qua nā igit rōne uoluptaria eadē essent atq; bona: uel molesta eadē atq; mala. Jaz vo si vis hoc rursus pacto p̄sidera. Arbitror eniz nec per hūc modū tibi p̄stiti. Attēde igit bonos viros nōne bonor p̄ntia bonos uocas: quēadmodū pulchros eos q̄b⁹ pulchritudo adsit appellas: CALLI: Eqdē. SO: Quid vo: bonos viros appellas dementes ⁊ timidos/nō certe paulo añ. imo fortes prudētesq; dicebas. Nōne hos ipos nūcupas bonos: CAL: Oino q̄dē. SO: Quid autē: demētē pueruz vidisti vnq̄ uoluptate pfundi: CAL: Vidi. SO: Virū aūt demētē vidisti aliqñ affici uoluptate: CALLI: Opinor me vidisse. Sed quorsuz hec: SO: Nihil refert: sed rūde. CAL: Vidi. SO. Quid vo sanemētis virū dolētē vidisti atq; gaudētē: CAL: Certe. SO: Utri vo magis gaudēt atq; dolēt: prudētes ne an imprudētes: CAL: Haud multū differre arbitror. SO: Satis est istud. In bello aūt vidisti ne vnq̄ virū timiduz: CAL: Quid ni: SO: Quid vo cuz recederēt hostes utri videbant tibi magis gaudē: timidi ne an fortes: CAL: Utriq; mihi magis: ul saltē ppe. SO: Nihil refert: gaudēt igit ⁊ timidi. CAL: Magnope. SO: Et dementes: ut apparet. CAL: Et isti. SO: Cū vo hostes aduētāt soli ne dolēt timidi an etiā fortes: CAL. Utriq;. SO: Nū sīr.

CAL:

CAL:Forte magis timidi.SO:Abeūtib⁹ aūt nōne magis gaudēt:CAL:Forte.SO:Nōne igit volent atq; gaudēt impzudētes atq; pzudētes/timidiq; t fortes siliter:ut ispe ais:magis tñ timidi ꝙ fortes. CAL:Aio eqdē.SO:Uerūtñ pzudentes qdē t fortes boni sūt:timidi vo atq; impzudētes mali.CAL LI:Ita est.SO:Quāobrē eque gaudēt atq; volent t boni t mali.CAL:Assētior.SO:An ergo eque boni maliq; sunt hi qui boni sunt t qui mali:an potius boni dūtaxat qui boni sūt:mali vo qui mali.CAL:Per iouē nescio quid inuoluas.SO:An ignoras dixisse te bonos bonorū presentia esse bonos.malos vo malor:Bona aūt uoluptates esse mala vo dolores.CAL:Equidē.SO:Nōne igitur his qui oblectātur assistūt bona videlicet uoluptatem:siquidē oblectantur.CAL:Quid pzohibet:SO:Num pzesentib⁹ bonis boni sunt qui delectātur:CAL:Sunt.SO:Et dolentibus assunt mala scilicet ipsi dolores.CAL:Assunt.SO:Maloruz vo assistētia malos esse dicis:qui mali sunt.Nōne adhuc dicis:CAL:Equidē.SO:Boni ergo sunt qui gaudent:mali vo qui dolent:CAL:Maxime. SO:Et qui magis nimiruz magis:quiue minus t hi minus:t qui pariter eque.CAL:Ita.SO:Nun quid ais ita gaudere atq; dolere pzudentes ut impzudentes.rursusq; timidos atq; fortes.an magis etiaz timidos:CAL:Aio.SO:Reputa igitur vna mecū quid nobis ex his que cōcessa sunt eueniat. bis enim atq; ter pulchrū esse ferunt eaq; pulchra sunt dicere atq; considerare.Bonū quidē eē pzudentem fortēq; diximus nec ne:CAL:Diximus. SO:Malū vo īpzudētē atq; timidū.CAL:Pzorsus.SO:Bonum autem rursus eum qui gaudeat. CAL:Ita.SO:Malū vo eum qui doleat. CALLI:Necesse est.SO:Dolere vo atq; letari bonum malūq; siliter:forte etiā magis malū. CAL:Certe.SO:Similiter ergo qs bon⁹ fit t malus bono: uel poti⁹ ipse malus fit bonus.an non hec t supiora illa sequunt/siquis uoluptaria eadē esse dixerit atq; bona an nō necessario he sequunt o callicles:CAL:Jandudū te ausculto socrates tibiq; concedo / obseruās siquis uel ioco aliquid tibi dederit: id puerorz more libētius te accipe: quasi vo existimare debeas uel me uel aliuz quenq; nō arbitrari alias uoluptates eē meliores:alias vo deteriores. SO:Ubi ubi o callicles ꝙ astutus es:me quasi puerum ludis quādoq; vno modo asserens:qñq; aliter/meq; decipiēs:atqui non arbitrabar ab initio ultro deceptū iri abste/cū sis amicus.Nūc autem me nimiū fefellisti atq; ut videt:quēadmodū uet⁹ habet pzouerbiū necessario adducor:ut presenti forte pzo viribus bene utar:t qđ tu das accipiam.Est autē ut videtur:qđ nunc affers eiusmodi uoluptatū alias quidez bonas esse:alias vo malas.nōne:CAL:Pzoculdubio.SO:Bone vo nōne que utiles:Male autem que noxie:CAL:Ita certe.SO:Utiles autem que boni aliquid afferūt. Noxie vo que mali nōnihil.CAL:Assentior.SO CRA:Num igitur tales dicis:uelut in corpore/ quas modo dicebamus/edendi bibēdiq; uoluptates:Nunquid ex his ille que ualitudinez prestant corpori aut robur aut aliā quādā corporis virtutem bone sunt.que vo contrarie male:CAL:Pzorsus.SO:Et dolores eodem pacto alij boni sunt alij mali.CAL:Nihil pzohibet.SO:Bonas quidez uoluptates t dolores bonos eligere oportet t psequi:CAL:Pzorsus.SO:Cōtra vo nequaq;.CAL:Manifestū est.SO:Nepe bonoz gratia agēda esse oia ego t polus psensim⁹:an meministi:Et tibi similiter videt/hic esse finis oiuz actionū/ipsuz scilicet bonū eiusq; gratia cetera oia faciēda.Nō autē ipm gratia reliquoz.An tertius in hāc sentētiā nobis accedis:CAL:Equidē.SO:Quamobrē bonoz gratia oportet t alia t uoluptates sequi:nō autē bona gratia uoluptatuz.CAL:Pzorsus.SO:An ergo cuiusq; viri est eligere que nam ex rebus que delectāt bone sunt: queue male:An poti⁹ artificiosi viri op⁹ est utrūq;:CAL:Artificiosi. SO:Recordemur ergo illorū que ego ad polū gorgiamq; dicebā.Profecto dicebaz si meministi eē facultates quasdā preparatrices: alias quidē usq; ad uoluptatē ountaxat quid melius deteriusue sit ignoras:alias vo quid bonuz maluue sit cognoscēres. Ponebā preterea earum que circa uoluptates uersantur:coquinariā circa corpus peritiam: sed non artē.Earum vo que ad bonū intēdunt medēdi artē.Et per iouē amicabilē precor o callicles noli aduersus me iocari: neq; qcqđ tibi occurrit rūdere neue rursus hec a me accipere quasi iocante. Uides eniz ea de re nobis eē sermonē: qua nihil magis nosse vir sane mentis cōtendat:quēadmodum videlicet sit viuendū:utrū quēadmodū tu hortaris illa agēdo que viri esse dicis officia: uersantem in populo atq; orantē.Rez preterea publicā gubernantē ceu uos in presentia gubernatis:An potius vita sit hec philosophica capessenda. Et qua in re hec vita differt ab illa.Forte vo operepreciū est quēadmodū inceperam paulo ante distinguere:atq; deinde cum nobis de distinctione cōuenerit:si hec duplex vita est cōsiderare quid intersit t qua potius sit viuendū.Forte vo non dū quid dicā intelligis:CAL:Nōduz certe.SO:At ego planius tibi dicā postq; ego ac tu cōfessi sumus / esse quidez aliquid bonū:esse quoq; aliquid uoluptarium.sed aliud uoluptariuz eē ꝙ bonū.Atq; utiusq; horum studiū t preparationē quādā esse ad ea comparanda:alterā videlicet uenationē boni / alterā uoluptatis.Hoc ipsum primo anteq; ulterius procedā assentiris mihi nec ne:CAL:Assentior.SO:Age t illa que ad hos dicebā mihi assentire si modo visus tibi sum tunc uera loqui.Profecto dicebā non videri mihi coquinariā esse artem sed peritiā quandam. Medicinā vo esse artē propterea q; medicine facultas illius qđ curat naturā considerat:t causam eoz que agit:potestq; horz cuiusq; reddere rationē.Altera vo uoluptatis curatrix facultas ad ipsaz uoluptatem circa quā totuz eius uersat studiū omnino absq; arte procedit/neq; uoluptatis ipsius naturā considerans neq; causaz:temeraria prorsus:ut ita dixerim: neq; pensi habens quicq; sed usu quodā atq; experiētia t memoria eius qđ accidere cōsueuerit solū freta uoluptates studiose parat.Hec ergo primū considera:num sufficiēter tibi dicta videātur.Nunquid preterea esse putes tales quasdā circa animā facultates: alias quidē artificiosas/curā videlicet habētes eius qđ sit anime optimū.alias vo id negligētes:solum vo

138

† in Stobęo pagina 3

cogitantes quẽadmodũ ⁊ de corpore diximus quo pacto oblectare animũ ualeant. Que quidẽ utrũ melior an deterior sit uoluptas minime cogitant. Neq; aliud quicq̃ curant q̃ ut oblectẽt siue melius id fit / siue deterius. Mihi quidẽ o callicles videtur esse tales alique facultates vniuersumq; id ministeriũ adulationẽ esse duco tam circa animã q̃ circa corpus: ⁊ omnino circa aliud quodlibet cuius uoluptatẽ quis affectet: nulla prorsus meliozis deteriozisue adhibita ratione. Tu vo utrũ in eandẽ nobiscũ sententiã cõuenis: an dissentis: CAL: Minime quidẽ: immo cõsentio ut tibi quãdoq; disputatio ꝓcludat ⁊ huic gorgie gratificer. SO: Hunqd hoc circa vnã quidẽ est aiaz. Circa vo duas uel plures nõ est: CAL: Non ita: sed ⁊ circa duas ⁊ circa multas. SO: Nonne ⁊ multis in vnũ conueniẽtibus gratificari quis potest absq; ulla eius qõ est optimũ ratione: CAL: Sic arbitror. SOCRA: Potes ne dicere que studia sint que hoc efficiãt: Immo si vis me querẽte eã quidẽ que talis tibi videt: ꝓcede esse talẽ. Que vo nõ talis nega. Principio tybicinariã ꝓsideremus. an nõ tibi hec o callicles videt eẽ talis ut aliõ nihil curet q̃ aures delectare: CAL: Mihi qdẽ. SO: Hũ ⁊ alie oẽs eiusmodi: qualis citharistica qua in certamib⁹ utunt. CAL: Certe. SO: Qui doctrina chori dithyrambozumq; poesis / nonne talis tibi quedã esse videt. An putas Cinesiã meletis filiũ curare ut tale aliquid dicat / vnde audiẽtes meliores reddãtur: Vel pori⁹ vnde theatrali turbe placere possit: CAL: Manifestũ quidẽ hoc est o socrates de cinesia. SO: Pater vo ei⁹ meles: an ad id qõ optimũ eẽt prospicere videbat cũ ad citharaz caneret. Vel ipse profecto ne ad uoluptatẽ quidẽ naz molestus audientibus erat. Verũ considera nõne citharedica facultas omnis dithyrãborũq; poesis oblectandi gratia tibi videtur inuẽta: CAL: Mihi quidem. SO: Quid autez preclara hec tragedie mirabilisq; poesis ꝓtendit. Hunquid studiũ eius conatusq; ad audiẽtium uoluptatẽ solum tendit: Vel siquid uoluptarium quidem atq; gratũ sit: sed tamen malũ: id cauebit ne vnq̃ dicat. Cõtra vo siquid molestũ attamen utile fuerit id ⁊ dicet ⁊ canet / siue oblectentur siue non audiẽtes. Quo nam modo tragedoꝝ poesis se habere tibi videtur. CAL: Cõstat o socrates eam ad uoluptatẽ gratiãq; spectantium potius declinare. SO: Hoc vo tale o callicles paulo ante adulationem esse dicimus. CAL: Plane. SO: Age utiq; siquis auferat ex tota poesi contẽtum ⁊ rhythmũ atq; mensuram / aliud ne quicq̃ preter sermones quosdaz supererit. CAL: Idipsum. SO: Profecto ad turbã populumq; hi sermones habentur. CAL: Proculdubio. SOCRA: Popularis ergo oratio quedam est poesis. CAL: Apparet. SO: Nonne rhetorica quoq; popularis est oratio an non rhetorica in theatris utí poete tibi videntur. CAL: Mihi quidẽ. SO: Nunc ergo nos inuenimus rhetoricã quãdam ad populuz talem qualis est puerozq; simul ⁊ mulierũ virozumq; ⁊ seruozum atq; liberozum. Quam quidẽ haud ualde probamus. Quippe cum adulatoziã eam esse confessi sumus. CAL: Sic est profecto. SO: Age duz qd de ea dicemus rhetorica qua ad atheniẽsem populũ aliarumq; ciuitatũ populos liberozũ virozuz utunt. Qualis hec rhetorica est: Utrum tibi videtur orato

431

res ad id semper qõ optimũ sit uerba dirigere: id ne tantaxat coniectãtes: qua ratione ciues q̃ optimi per eozum orationes euadãt. an potius hi quoq; gratiaz auditozũ aucupãtur boni dũtaxat proprij gratia: bonũ publicũ negligẽtes: ⁊ quasi pueris utẽtes populis intẽti dumtaxat ad gratiam. Nihil vo curãtes utruz ob hoc meliozes aut deteriozes euadant. CAL: Haud simplex id est qõ interrogas. Sunt enim qui in orãdo utilitatem ciuium consulunt. Sunt ⁊ alij tales quales ipse narras. SO: Satis est. Si enim ⁊ hoc est duplex alterum quidem eius mẽbrum adulatio erit / turpisq; concionatio. Alterum vo pulchrum: studere videlicet: ut animi ciuium q̃ optimi fiant: semper pro audiẽtium utilitate certãdo siue placeãt siue displiceãt que dicuntur. Verũ tu certe oratoziã eiusmodi vidisti nunq̃ Quod si inter oratores talez quẽpiam habes cur non mihi quoq; hunc ostẽdisti: CAL: Per iouez ex oratoribus qui nunc sunt talem habeo nullum. SO: Quid autem inter ueteres potes ne aliquem assignare: per quem atheniẽses facti aliquãdo sint meliores: postq̃ vo ille orare ceperit cum deteriores antea fuerint. Ego enim quis sit talis ignoro. CAL: Quid vo themistoclem non audis virũ bonum fuisse: ⁊ cimonem ⁊ milciadem atq; periclez hũc nuper vita functum: Quez ipse quoq; orantẽ audisti. SO: Siquidem est o callicles uera virtus quã in superioribus ipse dicebas cupiditates videlicet suas aliozũq; explere. At si id nõ est: sed quemadmodum postea in disputando fateri cõpulsi sumus cupiditates illas que meliozem efficiũt viruz oportet iplere / alias vo minime atq; huius rei ars quedam extat: potes ne dicere istoz aliquem extitisse talem: CAL: Non habeo equidez quo pacto dicã. SO: At vo si rite quesiueris inuenies. Videamus iam sic plane considerãtes num aliquis hoz talis extiterit. dic age bonus vir atq; ad id quod optimuz sit uerba faciẽs / non temere dicet: sed ad aliquid certe prospiciet: quẽadmodũ ⁊ alij oẽs artifices: quozũ ad suuz quisq; opus aspicit: nec casu eligit qõ ad suum opus conferat: sed quẽadmodũ ad proposituz sibi exẽplar opus spẽm aliquã consequatur: Ucluti si intueri placet pictozes ⁊ architectos ⁊ fabros nauiuz / alioscq; oẽs artifices. Quiuis eozuz in ordinem quẽdam singula ubiq; disponit. cogitq; alia alijs conuenire atq; congruere donec totum constituatur quodã ordine exornatum. Id ergo omnes agũt artifices: atq; hi quos in superioribus dicebamus / pedotriue ⁊ medici similiter faciũt circa corpus. Ornãt enim ipsum atq; cõponũt. Cõfitemur id ita se habere necne: CAL: Sit ita. SO: Bonus igitur ornatũ ⁊ ordinez assecuta bona erit / si minus mala. CAL: Assentior. SO: Et nauigiũ eodem pacto. CAL: Eodem. SO: Atqui ⁊ corpa nostra siliter. CAL: Similiter. SO: Quid vo aiũs si ordinis fuerit expers / num bonus erit: an potius si ordinis ornamẽtiq; cõpos. CAL: Necessarium est ex superioribus hoc quoq; fateri. SOCRA: Quod ergo nomen est ei qõ in corpore ordine ornatuq; efficitur: CAL: Sanitatẽ ⁊ vires fortasse dicis: SO: Dico equidem qõ vo nomen ei qõ in aio ex ordine fit atq; ornatu / conare inuenire

440

atq; exprimere / huius quemadmodum ꝛ illius. CAL: Cur nõ ipse dicis o socrates: SO: At si tibi placet ego dicã: tu vo si tibi uera loqui videbor cõcedito. si minus reprobato. Nec ullo modo pmittito. Mihi quidẽ ordinationi corporis nomẽ esse sanum. Ex quo in ipso fit sanitas aliaq; corporis virtus. Ita ne est an aliter: CAL: Ita. SO: Animi vo ordinationi atq; ornatui legitimum lexq; esse nomen. Unde legitimi fiunt hoies atq; decori. hec vo sunt iustitia atq; temperãtia. assentiris nec ne: CAL: Esto. SO: An nõ igitur ad hec artificiosus ille rhetor bonus respiciens uerba sua hoium animis adhibebit: actionesq; omnes ꝛ quicqd uel cõcedet aliquãdo uel negabit/ad id semper intẽdet: ut ciuium animis iustitia quidez insit: iniustitia vo absit: rursus absit tẽperãtia: intẽperãtia vo eẽciat. Cetereq; virtutes habeantur: prauitas expellat. Cõcedis nec ne: CAL: Cõcedo eqdẽ. SO: Quid nã cõfert o callicles corpi egrotãti maleq; affecto: cibos multos suauissimosq; pbere/aut potũ / aut aliud quicq; qõ nõ sit profuturũ. Hoc est plus uel minus uel cõtrariũ q; iusta dictat ratio. Sunt hec uel non: CAL: Sint. SO: Non enim prodesse arbitror homini cũ afflicto corpe viuere. Sic enim necesse est viuẽ male. nõne ita: CAL: Ita. SO: Nõne cupiditates explere ueluti esurientem comedere quantum vult: uel sitiẽtem bibere quatenus placet/sanũ quidem hoiez medici plerũq; permittũt. egrotantem vo nunq; : ut ita dixerim: cupiditates suas implere pmittũt. Concedis hoc ꝛ ipse: CALLI: Concedo. SO: Circa vo aĩum o amice an non eadem ratio: Quatenus enim prauis sit ꝛ demẽs atq; intempans iniustusq; ꝛ impius cohercendus nimiruz est a cupiditatibus: neq; permittẽdus alia facere q; illa ex quibus euadat melior. psentis nec ne: CAL: Consentio. SO: Ita enim ipsi animo expedit. CAL: Prorsus. SO: Nonne cohercere est ab his que cupit continere: CAL: Est. SO: Continentia igitur melior est aio q; incõtinẽtia: quemadmodum tu modo putabas. CAL: Nescio quid dicas o socrates. itaq; alium quẽuis interroga. SOCRA: Hic vir non sustinet ut sibi afferatur utilitas/atq; eam de qua nũc sermo habetur cõtinẽtiã consequatur: CAL: Nulla oino mihi cura est uerboz tuorũ o socrates. atq; hactenus gorgie gratia tibi respõdi. SO: En quid ergo agemus nunqd sermonẽ medium abrũpemus: CAL: Ipse videris. + SO: At nefas esse aiũt mancas dimittere fabulas. Immo caput imponẽdum esse ne absq; capite oberrẽt: respõde ergo ad reliqua ut sermo hic noster caput accipiat. CAL: Quam violẽtus es o socrates: Profecto si mihi credis hãc disputationẽ iaz dimittes: uel cum alio disputabis. SO: Quis nam alter vult: ne impfectum relinquamus sermonem: CAL: An non ipse potes sermonẽ percurrere uel enarrãdo uel tibimet rndendo: SO: Ne mihi epicharmi illud accidat: que prius narrabãt duo/nũc vnus ad illa sufficio. Verũtamẽ videt sic omnino necessarium esse: Si tñ id faciemus/puto equidem oportere nos omnes certatim ad id contẽdere: ut quid in his que dicimus uerũ quidue falsuz sit/cognoscat. Cõmune enim est hoc oibus bonũ ut hic vnicuiq; constet. prosequor igitur egoipe sermonez: quo pacto se habere videt. qõ sicui uestrũ forte me cum ipse que uera nõ sunt videbor cõcedere/uestrũ erit obĵcere atq; redarguere. Neq; enim ego tanq; sciẽs dico illa que dico sed uobiscuz coiter indagãs. Quapropter siqd recte dicere videbit qui mihi contradixerit ego primus assentiar. Hec tñ ea mente dico si modo uos sermonẽ perficiẽdũ esse putatis. Sin minus obmittamus iam atq; abeamus. GOR: At vo nõdum mihi videtur o socrates abeũduz/immo disputationem a te esse perficiẽdam. Puto autẽ ceteris idem quoq; videri: ꝛ ipse percupio reliqua ex te ipso audire. SO: Atqui o gorgia libẽter adhuc cum hoc callicle disputarẽ donec amphionis dictũ pro zeti dicto sibi redderem. Sed qñ tu o callicles disputationem vna mecum non vis perficere/saltẽ auscultato atq; reprehẽde: siqd minus recte dicere tibi videor: qõ si me conuicceris haud infestus tibi ero quẽadmodum ipse mihi. Sed pro maximo bñficio id ascribã. CAL: Sic tu ipse bone vir ꝛ perfice. SO: Audi me igitur disputationem ab initio repetẽtem: an idez est uoluptas atq; bonum certe non idem ut ego ꝛ callicles cõfessi sumus an uoluptatem boni gratia uel bonum gratia uoluptatis sequi debemus / uoluptatem certe gratia boni. Est autem uoluptas qua presente gaudemus. Bonum vo quo presente boni sumus. prorsus boni vo sumus ꝛ nos ꝛ quecunq; alia bona sunt ob virtutem quãdam que adsit. Sic enim o callicles necessarium esse mihi videtur. at virtus cuiusq; siue instrumẽti siue corporis siue anime: non temere utiq; adest sed ordine rectitudineq; ꝛ arte que horuz cuiq; tradita sit. Nunqd hec ita se habẽt: Mihi quidem sic se habere vidẽtur. Quamobrem ordine ordinatum ornatumq; esse est cuiusq; virtus. Nempe sic ego faterer. itaq; ornatus quidam proprius vnicuiq; insitus/quodlibet efficit bonum. Mihi quidez sic apparet. Quapropter anima que propriuz habet ornatum melior est illa que ornatus est expers. Necesse est. Jam vo que habet ornatuz ornata est atq; modesta. Quid ni: talis vo est ꝛ tempans necesse est omnino. que vo tempans est ꝛ bona: Equidez o amice callicles quo pacto aliter dicã: non inuenio. Tu vo siqd habes aliud doce. CAL: Dic tu o bone vir. SO: Dico igitur. si tempatus animus bonus est/sequi ut qui cõtra atq; tempatus affectus est /sit malus. Est vo talis intempatus animus ꝛ incõtinẽs. Sic est omnino. Tempatus autem agit decẽtia erga deos atq; hoies. Non enim tempatus esset nisi decoruz seruaret. Necesse est sic esse. Proinde decentia circa hoies agens iuste agit: ꝛ agens similiter erga deos agit pie. Eum vo qui iusta piaq; agit/necesse est esse iustũ atq; piũ. Sic ueritas habet. preterea fortem hunc esse necesse est. Nõ enim tempati viri est uel prosequi uel fugere aliter q; decet. immo oportet ꝛ res singulas ꝛ hoies ipsos ꝛ uoluptates atq; molestias tuz fugere: tũ prosequi: tum etiam tolerare ubi sit opus: Quamobrem omnino necessarium est o callicles tempatum virũ: cum ut diximus: iustus ꝛ fortis sit est pius/ esse perfecte bonuz. Bonum vo bene honesteq; agere quicqd agat. Eum autem qui bene agit felicem esse atq; beatum. Improbum vo ac male agẽtem esse miserũ. Talis autẽ est qui contra se habet q; tempatus videlicet

Voluptas Bonum.

442

+ proverbiũ Nefas est mãcas dimittere fabulas
Magnũ Sine capite fabula

SO: Cur nã hac hora uenisti o crito: An nõ ualde adhuc est añ lucez: CRI: Ualde quidẽ. SO: Quãdo vo maxime: CRITO: Profunda aurora. SO: Admiror quẽadmodũ ipe custos carceris tibi obtẽperare uoluerit. CRI: Familiaris iã mihi est o socrates ob crebq; huc aduẽtũ meũ. Preterea bñficij nonnihil a me accepit. SO: Uenisti ne modo: an iam est oudũ: CRI: Satis oudum. SO CRA: Proinde cur nõ statim me excitasti: sed silẽtio assedisti: CRI: Nunq̃ per iouem o socrates excitassem: Neq; eniz ipse uellẽ in tãto dolore euigilare. Sz te iãdudũ admiror/sentiẽs q̃ suauiter dormias. Et cõsulto nõ excitaui te ut q̃ placidissime degeres. eqdẽ ꝛ per oẽm vitã ob huiusmodi morẽ beatũ te iudicaui. Maxime vo in pñti calamitate/qõ eã tã facile ac placide feras. SO: Perabsurdũ esset o crito si quis tam grãdis natu imminẽtẽ mortẽ moleste ferat. CRI: Sed ꝛ alij o socrates eque senes similibus calamitatib⁹ opprimuntur quos tñ etas ab afflictione quã soror pñs affert secũ/nõ liberat. SO: Ita est. Sed cur nã adeo mane uenisti: CRI: Nunciũ o socrates ferens acerbũ/nõ tibi quidẽ ut mihi apparet/sed mihi potius ꝛ familiarib⁹ tuis oib⁹ ꝛ acerbũ ꝛ grauẽ. Quod equidẽ iter grauissima ut arbitror numerauerim. SO: Quid nã hoc: Nunquid nauis ex delo iam redijt: Qua reducta mihi est moriendũ. CRI: Non dũ redijt quidẽ. Sed reditura videt hodie/quemadmodũ nũciãt nonnulli e sunio uenientes. Qui ibi eã reliquerũt. Cõstat ergo ex his nũcijs/hodie eẽ uenturã: Ideoq; necessariuz fore te cras o socrates e vita decedere. SO: Bona o crito fortuna. Si ita dijs placet ita esto. nõ tñ existimo illã hodie rediturã. CRI: Unde nã id cõiectas: SO: Dicã equidẽ. Siquidẽ postridie q̃ nauis redierit mihi est obeundum. CRI: Sic utiq; aiunt hi penes quos rei huius potestas est. SO CRA: Itaq; nõ hac die uenturam puto/sed altera. Cõiecturã vo ex sõnio quodã accipio: qõ paulo ante hacipsa nocte mihi visũ est: oportuneq; videris somnũ mihi nõ perturbasse. CRI: Sed quale id somniũ erat: SO: Videbat mihi mulier quedã aduenies pulchra ꝛ aspectu grata/uestes hñs cãdidas uocare me atq; dicere o socrates tertia hinc die phtiaz peruenies latiglebã. CRI: Qua mirũ id isomniũ socrates. SO: Manifestũ tñ ut mihi videt. CRI: Manifestũ certe. Sed o beate socrates etiam nũc crede mihi ac

faluus esse uelis. Mihi enim si tu obieris nō vna tan
tum calamitas imminet sed p̄eter id qō te orbatus
fuero tali necessario qualē alterū nunq̄ reperiaz/vi
deor utiq̄ multis qui neutrū nostrū satis nouerint
cū potuissem te seruare si minus pecunijs pepcissem
te penitus neglexisse. Atqui que nā maior pōt esse in
famia/q̄ videri pluris fecisse pecunias q̄ amicos?
Nō enim poterit persuaderi cōpluribus te hinc abi
re noluisse nobis quo id ageres omni studio p̄tendē
tibus. SO: Quid vo a nobis o beate crito tāti vulgi
opinio extimatur? Probatissimi eniz viri/quoz ma
gis hūda ratio est. hec ita gesta esse ut gesta sunt arbi
trabunt. CRI: Attamē vides o socrates cōpelli nos
opinionē quoq̄ vulgi curare. Pūtia enim hec decla
rāt posse vulgus nō minima maloz imo fere maxia
siquis in populo calūnijs agitet inferre. SO: Utinā o
crito posset vulgus maxima inferre mala/ut vicissiz
maxima posset bona ⁊ bene q̄dē se res haberet. neu
trū vo pōt. quippe cū neq̄ p̄udentē neq̄ ip̄udentez
efficere ualeat. Faciūt vo qō libet utcunq̄ contingit.
CRI: Hec quidē ita se habeāt. Ad id vo socrates mi
hi rnde/num forte mei ceteroz̄q̄ necessarioz tuoz
respectus te retinet. ne si hinc euaseris/calūniatores
nos postea uexēt quasi te hinc furati fuerim⁹/Loga
murq̄ uel totū patrimoniū uel permultas pecunias
amittere uel p̄eter hec aliud q̄ppiā pati. Siquid ta
le times/cura eiusmodi pone. Justū nāq̄ est nos tue
salutis gratia nō hoc solū/uerūetiā si oportuerit ma
ius aliud subire periculū. Uerū mihi obtēpera neq̄
aliter facias. SO: Et hec equidē ⁊ alia multa o crito
considero. CRI: Ne igitur hec uereare. Neq̄ enim
multū est argentū qō postulant hī qui seruare te atq̄
hinc educere pollicent. Uides p̄eterea q̄ tenues sint
calūniatores tui/ut nō magna ad eos placādos largi
tione sit opus. Tibi vo pecunie adsunt mee ad hoc
ut opinor sufficientes. Proinde siquo mei respectu
adduct⁹ nō putas meas pecunias erogādas: adsunt
hospites isti parati psoluere. Quoz vnus etiaz huc
attulit sufficientē pecuniā ad hoc ipsum paratā Sim
mias thebanus. Ad hoc ipsum p̄optus est ⁊ cebes
alīq̄ permulti. Quāobrē ut modo dicebā nihil tale
metuas/quominus serues teipsum. Sed neq̄ etiaz il
lud qō in iudicio dixisti te remoreť: Si hac urbe exi
res quo teipsum uerteres te minime habiturū. Alīs
enim multis in locis quocūq̄ p̄ofectus fueris te ho
mines colēt ac si uelis in thessaliā te cōferre reperies
illic hospites meos qui te libēter libētissime cōplectē
tur: tutūq̄ p̄sidio suo adeo reddēt ut nemo in thes
salia tibi iniuriā sit facturus. Accedit ad hec o socra
tes qō rē minime iustam aggredi videris: si cū saluus
esse possis teipsum perdas: taliaq̄ cōtra te facere stu
deas qualia inimici ipsi tui cōtenderēt cōtenderūtq̄
te perdere p̄operantes. Proinde filios quoq̄ tuos
perdere mihi videris. Quos cum liceat tibi educare
atq̄ erudire: deseris oino ⁊ quantū in te eoz mores
fortune cōmittis. Accidēt vo eis uerisimiliter qualia
euenire orphanis cōsueuerunt. Profecto oportebat
nō genuisse filios aut in eis educādis erudiendisq̄ la
borē nō recusare. tu vo mihi videris que elegisset vir
segnis ac piger/nūc elegisse. Decebat autē cōtra viri
boni fortisq̄ eligere p̄sertim te per oēm vitā virtu
tis studiū p̄fitentē. Itaq̄ non possum tua nostraq̄
vice/familiariū tuoz non erubescere ueritus ne to
ta hec res tua/ignauia quadam nostra sic tractata
fuisse videat. Et primū q̄dē ille tūc in iudiciū igres
sus cū liceret nō ingredi. Deinde cōcertatio ipa iu
dicij similiter acta: Et extrem⁹ hic finis tanq̄ ridi
culū quiddā per ignauiā segnitieq̄ nostrā effugisse
nos videbit: qō nec nos te seruauerim⁹ neq̄ tu ipe
te: cuz id fieri absq̄ magna difficultate potuerit: si
uel parū in nobis usus industrieq̄ fuisset. Hec igit
o socrates cōsidera ne p̄eterq̄ qō mala sunt etiaz
dedecori tibi nobisq̄ sunt. sed tibi consule. Immo
vo nō iā amplius cōsulendū tēpus. Sed cōsultū iā
esse oportuit. Unicū vo cōsiliū est videlicet uenieti
hac nocte cūcta hec facta esse oportere. Si nautez
ultra tardamus/nihil omnino fieri ulteri⁹ poterit.
Quāobrē oino mihi adhibe fidē o socrates nec ul
lo modo aliter facias. SO: O amice crito studium
hoc tuū permulti faciēdū esset/siqua rōne recta su
sceptū esset. Sin minus/quāto uehemētius est tan
to molestius. Cōsiderandū est igitur agēda ne hec
nobis sint an nō. Nā ego is sum nō modo nūc sed
⁊ semp qui meoz nulli pareā p̄eterq̄ rōni que rō
cinanti mihi optima videat. Rōnes itaq̄ illas qui
bus superioribus tēporibus usus sum/nec nunc qui
dem postq̄ in hāc fortunā incidi/reīcere possum.
Sed similes mihi ferme apparēt casdēq̄ in pūtia
quas ⁊ p̄ius uenero atq̄ p̄ofiteor. Adeo ut nisū
nunc meliores afferre possim⁹/plane scire debeas
me tibi nō cōcessurū. Non si etiā plura q̄ nūc mul
titudinis potentia cōminata nos tanq̄ pueros lar
uali terribiliq̄ facie p̄terrere conet / pecunia ⁊ dā
na cathenas/cedes obīciēs. CRI: Qua nā igit rō
ne mediocriter considerabimus? SO: Hac utiq̄ si
id qō tu de opinionibus paulo añ dicebas resuma
mus utrū semp recte se habeat nec ne oportere sci
licet quarūdā opinionū rōnē habere quarūdā vo
mīme. An forte p̄iusq̄ in periculū mortis icide
rez recte id dicebat. Nūc vo ostat frustra disputa
tionis gratia/ita dictum fuisse cuz reuera ioco cui
dam nugisq̄ esset adductū. Cupio equidez o crito
vna tecū cōsiderare/nunquid sermo ille p̄ior alie
nus appareat mihi nunc in hac fortuna constituto
an p̄orsus idē qui ⁊ p̄ius atq̄ utrū dimittēdus sit
a nobis uel ipsi obtēperādū. Cōsidera igit an non
sufficienter tibi dici videť nō oportere oēs opinio
nes hoīum sequi: sed alias quidē sequi/alias vo ne
gligere/neq̄ oīum quidē: sed dūtaxat quorundam.
Quid ergo dicis? hec nō recte dicuntur? CRI: Re
cte. SO: An non bonas honorare decet malas vo
contēnere? CRI: Ita decet. SO: Bona aūt nonne
p̄udentū? Male ?tra sunt ip̄udētuz. CRI: Quid
ni? SO: Age vo quo naz modo rursus talia dicebā
tur. Qui in gymnasijs se exercet utrū cuiuslibet ho
minis laudi uel vitupationi mentē adhibebit. An
illius tāt̄ū qui medicus sit aut gymnasij magister?
CRI: Huius solius. SO: An non timere decet vitu
perationes ⁊ optare laudes illius vnius potius q̄
multoz? CRI: Proculdubio. SO: Hac itaq̄ rōne
illi agendū est exercēdūq̄ ⁊ edendū atq̄ bibēdum
qua illi vnico videat/qui p̄sideat intelligatq̄/po
tius q̄ ut videtur vulgo. CRI: Uera hec sunt. SO
CRA: Quid vo si illi vni non pareat opinionēq̄
eius ⁊

eius ꝛ cõmẽdationes nihilipẽdat:honozet vo multoz ignozantũq cõmẽdationes / nunquid a malo tui⁹ erit:CRI:Minime.SO:Quid aũt est id malum:ꝛ quo nam tẽdit ꝛ in quã nõ obediẽtis partẽ:CRI:In cozpus videlicet hoc enim cozzumpitur. SO:Recte dicis.Nõne ꝛ de alijs o crito eadez ratio est:We oia pcurramus:de iustis inq̃ iniustisq̃ de turpib⁹ ꝛ honestis:bonisq̃ ꝛ malis:de quib⁹ in pntia nobis cõsultatio est utrũ multoz opinionem sequi uereriq̃ debeamus.an vnius potius qui itel ligat.Quẽ decet ꝛ uenerari ꝛ timere magis q̃ cunctos alios.Cui nisi obtemperauerimus ledemur ꝛ cozzũpemur in eo/qõ iusto quidẽ melius fieri/iniusto aũt cozzũpi soleat.An nihil id est:CRI:Idem quidẽ o socrates arbitroz.SO:Age vo si id qõ a salubri quidẽ fit melius/ab insalubri vo cozzũpit/coruperimus impitoz potius q̃ peritozum secuti iudicia/an nobis eo destructo viuẽdũ erit:Est autez id cozpus.nõne:CRI:Cozpus.SO:Nũquid ergo viuẽdũ nobis cum deprauato cozpoze atq̃ destructo:CRI:Nullo modo. SO:An forte cum illo viuendũ est nobis cozzupto qõ iniusto quidẽ leditur: iusto vo iuuat:Nũquid vilius illud q̃ cozpus existimamus/quicqd illud est e nostris/circa quod iustitia iniustitiaq̃ uersat:CRI:Nullo modo. SO CRA:Sed pzecioſius:CRI:Valde.SO:Nõ igit o vir optime admodũ nobis curãdum est/quid de nobis multi loquant/sed qd dicat his vnus qui intelligit iusta ꝛ iniusta atq̃ ipsa ueritas.Quãobrez primo quidẽ nõ recte adduxisti opinionẽ vulgarez de reb⁹ iustis ꝛ honestis ꝛ bonis harũq̃ ꝛrijs esse alicuius existimãdã.At vo dicet aliqs/posse vulg⁹ nos iterficẽ.CRI:Nimiruz dici id pot o socrates. SO:Uera loqueris.Sed o mirabilis hec ratio quã percurrimus superioꝛi similis esse videt.Atq̃ hãc rursus cõsidera:utrũ nobis maneat nec ne:Videlicet nõ multifaciẽdum esse viuere:sed bene viuere. CRI:Manet qdẽ.SO:Sed hoc quoq̃ manet ne:bene ꝛ honeste ꝛ iuste viuere idẽ eẽ.CRI:Cõstat. SO:Igit ex his que cõfessi sumus hoc psiderãdũ: Utrũ iustũ sit conari me/hinc exire / atheniẽsibus nõ dimittẽtibus uel iniustũ ac si appareat iustuz esse/tẽtemus:si minus dimittam⁹.Quas vo tu affers psideratiões de pecuniarũ sumptu : de vulgari opinione:de filijs educãdis cauẽdũ est o crito/ne excogitationes reuera hoz multoz sint qui facile iterficiũt atq̃ eoz qui similiter inq̃ si possent reuiuiscerẽt ꝛ id quidẽ absq̃ mẽte.nobis vo qñquidẽ sic exigit ratio nihil aliud attẽdendũ est q̃ qõ modo dicebamus.Utrũ agamus iusta pecunias largiẽdo gratiãq̃ hñdo his qui me hinc educãt utrũ inq̃ in hoc agamus iusta nos quidẽ educti illi vo educẽtes/an potius utrinq̃ in his oib⁹ agẽdis agamus iniuste: Atq̃ si appareat nos iniqua aggredi ne excogitandũ quidẽ id est/sed mãsuete subire decet ꝛ mortem ꝛ qduis aliud supplicũ pziusq̃ quicq̃ agamus inique.CRI:Recte loqui videris socrates.Cõsidera tñ quid agamus.SO:Cõsiderem⁹ o bone vir vna: At siqua in parte me dicẽtẽ redarguere poteris redargue.Ego enim assentiar.Sin minus desine quaso o vir beate iam totiẽs eadẽ vba repetere/oportere.s.me hinc atheniẽsib⁹ inuitis abire.Eqdẽ multifacio psuaso te hec agere nõ aũt inuito.Attẽde itaq̃ nũquid psiderationis initiũ tibi sufficiẽter dictũ sit conareq̃ qõ rogat⁹ sis ita rñdere/ut maxime cẽseas respõdẽdum.CRI:Conabor eqdez.SO:Dicimus sane nullo modo spõte esse iniuriãdũ.an forte quodaz pacto iniuria faciẽda est aliter vo nequaq̃ uel potius iuriari nullo modo uel bonũ est uel honestũ.Quẽad modũ in supioꝛi tẽpoze sepe pfessi sumus.Quod qdẽ ꝛ nup est pfirmatũ:An forte oẽs ille supiozes cõuẽtiones nostre in paucis his dieb⁹ prsus euanuerũt ac tã diu nõ tam grãdes natu hoies o crito tãq̃ studiose inuicẽ disserentes latuit nihil a pueris nos differre.An potius sic prsus res se habet ut tãdiu dicebamus:siue affirmet id multitudo/siue neget.Et siue grauioza presentibus siue leuioza subire cogamur. Attamẽ iniuriã facere / oino malum turpeq̃ esse fatemur illi ipsi qui facit an non:CRI:Fatemur certe.SO:Quãobrẽ nullo modo iniuriãdũ est.CRI:Nullo quidẽ.SO:Neq̃ si iniuriam passus fueris/ulciscẽduz/ut vulgus putat/ siquidẽ nullo modo iniuriãdum.Ita videt.Quid vo mala alicui facere decet o crito an nõ:CRI:Nõ certe o socrates.SO:Quid aũt qui mala patit nuz mala vicissiz referre illi debet qui intulit ut vulgo videtur. Justum ne id esset an iniustũ:CRI:Iniustũ.SO:Nẽpe mala inferre hominibus non discrepat ab iniuria. CRI:Vere loqueris. SO:Neq̃ igitur ulciscI decet: neq̃ malefacere cuiq̃ hominuz. Quodcũq̃ ab alijs ipse passus fueris ꝛ video crito ne quid dum hec concedis preter sentẽtiam tuã nobis assentiare.Perpaucis enim scio quid loquar sic uel apparet uel apparebit. At vo quibus sic apparet ꝛ quibus aliter his nõ est cõmunis deliberatio.Sed necesse est eos cũ ultro citroq̃ cõsilia sua respiciũt inuicem se despicere.Animaduerte igitur ꝛ tu diligẽter utrũ tibi mihiq̃ cõmunis sit hec opinio/mecũq̃ sentias.Atq̃ utruz ab hoc principio exoꝛsi deliberemus/quasi nunq̃ rectum sit uel iniuriari uel ulcisci iniuriaz uel malum referre in eum qui intulit.An hic discedis a nobis in hoc principio non consentiẽs:Mihi quidem ꝛ iamdiu ꝛ nunc ita videtur.Quod si tibi apparet aliter:dic ꝛ doce. Sinautem in superioꝛibus permanes/iaz quid sequatur audi. CRITO: Consentio equidem ꝛ permaneo. SOCRA:Dico ergo deinceps / immo potius interrogo.Utrum que quis confiteatur alicui iusta esse facere debeat/an fallere:CRI:Facere.SOCRATES:Ex his iam ita cõsidera.Si nos hinc abeamus preter ciuitatis consensum utrum male aliquibus faciemus/ꝛ his quidem/quibus minime decet uel non/ ꝛ utrum in his permanebimus que iusta esse conuenimus uel contra:CRITO: Nequeo equidem o Socrates ad hec respondere. Neq̃ enim intelligo.SO CRA:Verum ita cõsidera perinde ac si uolentibus nobis hinc siue aufugere:siue quomodocũq̃ hoc uocandum est ueniant leges ciuitatisq̃ huius res publica ꝛ instantes nobis sic inquiant.Dic nobis o Socrates. Quid nam cogitas facere:An non intelligis hac re quam aggrederis/te nobis/legibus/totiq̃ patrie/ quantum in te est interitum machinari:An putas ciuitatem ullam amplius stare posse ac non subuerti in qua iudicia publica nullam vim habeant:Sed a priuatis hominibus contẽnantur atq̃ frangãtur.Quid ergo dicemus ad hec o Crito / aliaq̃ huiusmodi:

Permulta enim in hanc sentētiam afferre quis pōt/ præsertiz oratoꝛ pro lege ita soluta declamās: que qui dez sententias publico iudicio latas iubet ratas esse. An rñdebimus illis ciuitatē nō recte iudicādo nobis iniuriā intulisse: Ita ne an aliter: CRI: Ita per iouē o socrates. SO: At enim leges ipse sic rñderent o socrates nōne nobis tecū id ꝓuenit stāduz tibi esse iudicꝫs/que ciuitas tulerit. Quod si leges ita loquētes admiraremur/forte dicerent/noli socrates que modo diximus admirari. Immo rñde/cū tibi z interroga re z rñdere sit cōsuetū. Dic age quid nam nobis ciuitatiqꝫ succēseas: Quo dissoluere nos ꝓtēdas. Prin cipio nonne nos te genuimus: Atqꝫ per nos pater tu us matrē accepit tuā z ꝓuocauit. Dic ergo an bas in ter nos leges que sunt circa ꝓiugia improbes atqꝫ bis aliqua in parte quasi minus rectis succenseas: Nihil succēseo dicerē. Sed an bis legibꝰ que educationi eru ditionicꝫ natoꝝ ꝓuidēt/in qua ipse quoqꝫ eruditꝰ es: An nō recte dispositerūt he leges ad hoc officium cō dite/cum iuberēt patrē tuum in musica te z gymnasti ca erudire: Recte dispositisse cōcederem. Age ergo: postꝙ per nos genitus es educatusqꝫ ac eruditus pri mo quidē num potes negare te nostrū esse z natuz z seruū/ipsumqꝫ te z ꝓgenitoꝛes: Deinde cum id ita se habeat an putas ius ex equo tibi atqꝫ nobis eē: z que nos tibi facere aggrediamur: eadem vicissim in nos abs te referri iustū esse iudicas: An cum nec ad patrē nec ad oīm si eum habeas/tibi ius ex equo sit/ut que ab illis patiare in eos referre possis neqꝫ si iurgio hi te lacessant/cōtra iurgare neqꝫ si te uerberēt/vicissiz uerberare. neqꝫ alia eiusmodi in eos tētare liceat/con tra patriā vo ac leges tibi licebit: Adeo ut si nos iudi cantes id esse iustū interficere te uelimus/tu vicissim nos leges z patriā ꝓ viribus coneris occidere/ vi casqꝫ te in bis agēdis iusta facere. Qui virtutis curā reuera habere ꝓfiteris: An sic es sapiens ut te latue rit z patri z matri z ꝓgenitoꝛibꝰ oibus patriā esse anteponēdam. Atqꝫ esse uenerabiliuꝫ quiddaz sancti usqꝫ z in supioꝛi sorte tū apud deos tum apud boies mentis cōpotes esse patriā collocādam: Colereqꝫ eā opoꝛtere magis eiqꝫ obedire ac rigidius se gerēti mi tius assentiri ꝙ patri. z siquid iubeat uel dissuadere il li quātum liceat uel facere z patiētissime sustinere dc quid iusserit patiēdū. Ac siue mādauerit uerberari te siue in vincula cōiici siue in ꝓeliū miserit ad vulnera excipiēda mortemqꝫ subeūdam obediēdum est oīno. Ius enim ita dictat. z neqꝫ tergiuersandū neqꝫ fugien dū/neqꝫ ordinē deserēduz: sed z in bello z in iudicio z ꝓorsus ubiqꝫ ea sunt que res. p. patriaqꝫ iusserit fa ciēda. Aut certe uerbis quatenus iustū est uti licet ad persuadēdum illi eāqꝫ placandam. vi aūt uti nefas est uel cōtra matrē uel cōtra patrem/maxime vo omniū cōtra patriam. Quid naz ad hec dicemus crito. uera ne loqui leges an cōtra: CRI: Mihi quidē vidētur. SO: Proinde leges forte dicēt aīaduerte o socrates utrū uere dicamus te iniusta cōtra nos aggredi. Nos qdez que te z alios ciues genuimus/educauimus/nu triuimus participes bonoꝝ oiuz que in nostra erant potestate effecimus tñ permisimus cuilibet atheniēsi um cognitis iaz ciuitatis moꝛibꝰ legibusqꝫ z rei publi ce gubernāde forma/sicui nō placeamus/licere acce ptis suis quocunqꝫ placuerit hinc abire. Nec ulla ex nobis legibꝰ impedit aut denegat/siue quis uestrū cui nos ciuitasqꝫ minime placeamus in coloniā ali quā hinc uelit discedē/siue habitationē alio trāsfer re cupiat quo minus id ꝓ arbitrio facere ualeat: secūqꝫ sua pferre. Ac vo qcūqꝫ ex uobis/postꝙ cog uerit quēadmodū nos iudicia disponimus z in ce teris oibus regimus ciuitatē permānserit tñ/hūc ia assueueramus opere ipso ꝓuenisse nobiscū quecūqꝫ iusserimus se facturū. Atqꝫ eum qui non paruerit tripliciter iniuriari cēsemus z qō genitricibus no bis nō obtēperat z qō nutricibꝰ non obsequitur. z qō pactus nobis obedire/neqꝫ obedit neqꝫ psuade re nobis studet/siqd minꝰ recte facere videamur. Cūqꝫ ꝓcepta nostra libere ꝓponamus neqꝫ mā demus rigide: sed permittamus alterū e duobꝰ aut uerbis psuaderi nobis/aut mādata explere/tu bo rum neutrū facis. his ergo criminibus te o Socra tes obnoxiū iudicamus foꝛe si que cogitas feceris: nec minime atheniēsium te/sed maxime oīum. Ac si causam requirā ob quā ꝓ ceteris sim obnoxius forte iuste me remoꝛderēt dicētes me maxime oiuz atheniēsiū ciuitatis legibꝰ ꝓsensisse sic eniz iferrēt. Magna nobis o socrates hoꝝ sunt argumēta/tibi nos ciuitatēqꝫ placuisse. Nunꝙ eniz maxime oiuz atheniēsiuz ꝓtinuas in ea moꝛas traxisses/nisi tibi mirifice placuisset. Itaqꝫ nec spectaculi gratia ur be vnꝙ egressus es/nisi semel in isthmum/nec alio usꝙ nisi in militia: neqꝫ aliā fecisti peregrinationē vnꝙ/quēadmodū ceteri solēt. Neqꝫ alterius ciuita tis te cepit cupiditas aliarūue leguz. Sed nos tibi nostraqꝫ ciuitas satisfecimus. Usqꝫ adeo uehemen ter ꝓbasti nos: nostrisqꝫ moꝛib⁹ victurū te ꝓfessisti: tum in ceteris reb⁹: tū qz in ea filios ꝓcreasti. utpo te que tibi placuerit: Quinetiā licebat tibi in ipso iudicio exiliū postulare si uoluisses/atqꝫ qō nūc in uita ciuitate aggrederis tūc ea uolēte poteras face re. Tu vo uerbis tūc te extulisti quasi non grauiter ferres si moꝛi te opoꝛteret. Quinimmo moꝛtē ipaz ut dicebas potius ꝙ exiliū elegisti. Nūc vo nec vba illa tua erubescis/neqꝫ nos leges uereris. Sed no bis interitū machinaris. Facis aūt qō deterrimus faceret seruus fugā arripe tētans ꝓtra pactiōes cō uentionesqꝫ in quibꝰ ꝓueniſti nobiscū nostris te pre bens institutionibꝰ gubernādum. Primū rñde no bis num idipsum uere dicamus: cōsensisse nō vbis sed re ipsa moꝛibus nostris gubernari debere: An non uera hec sunt: Quid ad hec dicemus crito/an non confitebimur: CRI: Necesse est o Socrates. SO: Nōne igitur leges inquient conuēta nobiscum z pacta transgrederis/que neqꝫ coactus es nobis cum inire/neqꝫ deceptus/neqꝫ ad breue tēpus deli berare ad hec eligēda es compulsus/sed annos se ptuaginta deliberare licuit. Quo in tēpoꝛe licuit z abire/nisi tibi placuissemus/conuentionesqꝫ iuste tibi vise fuissent. Tu vo nec lacedemonem neqꝫ cre tam nobis anteposuisti. Quas ipse urbes assidue predicas recte gubernari neqꝫ aliam ullā uel greca rum ciuitatum uel barbararum. Immo ex hac ra rius peregrinatus es ꝙ claudi z ceci mancicꝫ alꝫ soleant. Usqꝫ adeo atheniensis tibi pre ceteris ciui tas placuit. Atqꝫ nos/videlicet leges. Cui enim placere potest ciuitas. cuius non placeant leges.

Nunc

Nunc vo non permanes in his in quibus tãdiu no bis tibiq; cõuenit. Permanebis certe si nobis cre dideris. Ne egrediens urbe deridendus euadas. Cõsidera rursus si hec trãsgressus fueris ꝛ ea que inique cogitas perpetraueris: ad quid tãdez id uel tibi uel necessarijs tuis cõducet. cuiq; enim constat in piculo necessarios tuos fore ne ipsi quoq; in exi lium expellant priuenturq; ciuitate/ꝛ patrimonio suo expolient. Tu aũt siquã in ciuitatẽ finitimaz te cõtuleris uel thebas uel megaras/utreq; enim gu bernant recte/hostis primũ reipublice illius acce des. Et oẽs quibus cure est patria despiciẽt abomi nabũturq; te corruptorẽ legũ existimãtes. Ideoq; pfirmabis eoz qui te dãnarũt opinionem/ut recte cõtra te tulisse sentẽtiam videãtur. Quisquis enim corruptor est legũ/is potissimũ ꝛ iuuenũ imperito rũq; hoiuz videbit eẽ corruptor. Quid ergo ciuita tes ne que recte gubnant ꝛ modestissimos quosq; hoies deuitabis: Atqui si id feceris vita ne dignus eris/an forte impudẽter te his admiscebis/nec eru besces/de eisdẽ apud eos disserere de quib⁹ apud nos cõsueuisti: Uirtutẽ videlicet ꝛ iustitiaz legesq; ꝛ instituta legũ plurimi esse existimãda neq; putas absurdum ꝛ ab his dissonãs apparere socratis fa ctũ. Procul dubio putãdum est. Forte vo ciuitates bas declinãs in thessaliaz ad critonis hospites abi bis. Illic enim absq; ordine ꝛ temperãtia viuitur. Ac forsan libẽter illi te audiẽt/narrãtem quẽadmo dum e carcere ridicule fugeris/ut fasce quẽdam ti bi supimponẽs aut corio tegẽs uel alijs quibusdam te inuoluẽs quẽadmodũ solẽt qui fugaz surripiunt ꝛ in alienã figuram te trãsmutans illinc aufugeris. Quẽadmodũ vo vir senex paruo admodũ tempo re ut uerisimile est victurus/ausus fueris ob viuen di cupiditatez in tam sordida inopia viuere/maxi mas transgressus leges/nullus ne dixerit: Forte si neminẽ offenderis. Alioqn multa o socrates atq; indigna te audies. Viues aũt obnoxius cũctis hoĩ b⁹ atq; deseruiẽs. Quid vo facies in thessalia: Cõ uiuia ne frequẽtabis: utpote qui in thessaliã quasi ad cenã aliquã aduẽtaueris/disputationes vo ille de iustitia ceterisq; virtutib⁹ ubi nam ulterius no bis erunt: Enimuero filioz gratia viuere cupis ut nutrias eos atq; erudias. An ergo in thessaliã eos pduces ut illic nutrias eos atq; erudias: hospites eos efficiẽs: ut hoc insup cõmodi abs te reportent. An id quidẽ non facies: hic vo relicti melius te vi uo alẽtur atq; erudiẽtur a necessarijs tuis te absen te/utrũ vo si in thessaliam abibis/tui id curabunt: Sinautẽ in alteram trãsibis vitam non curabunt: Profecto siquid opis est in his qui aiũt se tuos ne cessarios esse/credẽdũ est curaturos. Ceterũ o so crates fidẽ nobis adhibẽs nutricibus tuis/neq; fili os tuos neq; vitã neq; aliõ quicq; pluris facias q; iustitiã/ut cum in vitã alterã transmigraueris/uale as illic presidib⁹ hoz oium reddere rõnem: Nẽpe si leges trãsgressus hec feceris neq; melius neq; iu stius/neq; sanctius id uel tibi ptinget uel tuis: neq; illuc tibi pfecto cõducet. Quin potius iniuriaz pas sus abito/si abieris/nõ a nobis quidẽ legib⁹ sed ab hoĩbus. Uerũ si adeo turpiter aufugeris etiã uersa vice iniurias malaq; referẽs conuẽtiones nobiscuz

initas ꝛ promissa transgressus atq; ledens eos quos minime oportebat teipsum scilicet ꝛ amicos/ꝛ patri am nosq; ꝛ leges/nos utiq; ꝛ viuenti tibi infensi hic erimus: ꝛ in altera vita leges illic sunt nostre sozo// res/haud quaq; te benigne recipiẽt: sciẽtes te nos pro viribus disperdere conatũ fuisse. Quãobrez ne crito aliter tibi q; nos persuadeat/caueto. Hec equidem o dulcis amice crito audire videor quẽadmodum cory bãtes tibias audire se putãt. Atq; in me sermonũ eius modi sonitus adeo reboat ut alia audire nõ possim. Uides que in pñtia mihi apparẽt: quib⁹ siquid cõtra dicere aggrediaris/frustra conabere. Ueruntamen si quid te profecturũ cõfidis dicas. CRI: Ego vo qõ di cam o socrates nihil habeo. SO: Desine ergo crito. ꝛ pergamus hac quãdoquidẽ hac nos deus ipse ducit. Deũ sequer.

Argumentum Marsilij in Phedonem.

Noster de religione liber rem satis per se notam pbat: christi vitã esse virtutis toti us idcã. Octauus aũt epistolarum nostra rum liber Socratis vitam vite christiane imaginẽ quãdam aut saltẽ vmbrã esse de monstrat. ꝛ testamẽtũ quidẽ uetus per Platonẽ cõfir mat: nouũ vo per Socratẽ. Quod aũt ad socraticam hãc spectat similitudinẽ/sicq; dubitat/Xenophontez atq; Platonẽ legat ꝛ ceteros qui dicta simul actaq; socra tis pscripserũt. pcipue Platonis gorgiã/ꝛ apologiaz critonẽ atq; phedonẽ. huĩ⁹ ergo phedonis deinceps argumẽtuz passu immo saltu celeri pcurremus. Eius enim mysteria satis in theologia exposuisse videmur. Unuz hoc in primis admonebimus: ne quis admiret socratẽ inter argumẽtationes ad immortalitatem ani me pertinẽtes/pretermisisse hic illã/qua sola confidit in phedro. Animã. s. esse principiũ motionis. Unde se quat eã per se perpetuoq; moueri/semperq; viuere. Id enim ideo factũ est a socrate: quonia eiusmodi ra tio non solum nostris sed celestibus etiã atq; demoni cis animis est cõmunis. In phedone vo rõnes nobis magis pprie requirũtur: sed iam ad dispositionẽ dia logi brevissimã veniamus. ¶ Principio obseruãdũ est q; mirifice socrates cõsoletur amicos: qui eo preci pue die quo uenenuz bibiturus erat in carcere/quasi psolaturi eum salutauerũt. Deinde q; religiose obser uet uel somniorũ precepta quasi quedaz oracula: ꝛ q; in eo apprime caut⁹ sit ne minimuz quid circa diuina mãdata delinquat. Tertio memorie mãdandum est. homines sub assidua dei esse custodia: neq; licere/nisi quãdo deus uoluerit hinc emigrare. Quarto aduer tenduz est diligẽter quid sibi uelit/ubi ait sperare qui dem se in obitu ad bonos viros deosq; alios bonos iturũ. Sed magis affirmare ad bonos deos q; ad bo nos viros iturũ. Primo quidẽ quod dicit deos alios atq; ualde bonos intelligit preter sperarũ animas es se mentes angelicas speris sublimiores: In quaruz fa miliaritatem animas quoq; nostras quãdoq; admit ti posse sperat. Neq; tamẽ audet asserere/ propterea quod plerisq; sapientibus videbatur satis fore anime factum/si ad cõsortium aiarum celestium quandoq; recipiatur. Immo vo dubitatio proprie super eã par tem cadit/ que bonos appellat viros: Non enim au det deinde hominum animos affirmare eadem rati one bonos/ qua deos dixerat bonos. Post hec se ipsum simul/ amicosq; sub persona philosophantis

consolaturus ait. Cum totum philosophantis studiū sit quedam a corpore separatio/per eamq; perficiat quotidie/nimirum separationē a corpore/que fit per mortem/non modo non timere debet:sed optima cū spe letitiaq; expectare. Adox duob⁹ modis ostendit philosophū a corpore aium separare. Primo quidē a perturbationib⁹ per moralis discipline purgationē. deinde a sensib⁹ atq; ipsa imaginatione per contēplationis ipsius intētionē. Medici sapiētes duplici utuntur purgatione. Prima quidē leniēdo:secūda vo soluēdo/sciētes neq; satis esse lenire:neq; tutum soluere anteq; lenias. Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio quasi leniens nō enim interiores imaginatiōis morbos idest deceptiones extirpat. Sequitur purgatio speculatrix imaginationis qnq; pro virib⁹ discutiēs nebulas. Ante vo moralē purgationē aggredi speculationis officiū nō est tutū:ne quis vitio ruz morbis infectus ipso speculationis acumine abutatur ad iniustitiā impietatēq; defendēdā. Ex his concludit philosophū mētis aciem quatenus a corporeis segregat / eatenus incorporeis rōnibus ideisq; cōiungere. Sed cuz multa que a corpore aio inferūtur incō moda numerasset/ subiunxit extremū maximūq; malorum esse fallaciā illā qua imaginatio mētez ad incorporea se eleuātem/interiz ad imagines quasdā corporum sepissime distrahit/cogitq; ipsa modo quodam corporeo cogitare. Post hec z ex eo qō aius ipsaz se paratarū rerum ueritatē quā naturaliter appetit/corpori ꝓiunctus assequi nequit per diliūctionem infert/ aut nunq; assequi/aut post mortem . nunq; vo assequi nō est cōsentaneū. Quippe cum ab omni mēte perpetuo appetat. Proinde improbat illos/qui tēperanti am esse putāt abstinere a minorib⁹ corporis uoluptatibus/ut maiores deinde uoluptates corporis consequantur. Rursus qui fortitudinē definiūt/superare timores quosdā eox timoꝝ gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omne moralis virtutis officium in quadā animi purgatione uersari sapiētie gratia. Alioquin nullā esse virtutē. Immo vo humanā quoq; sapientiam noīat purificationē quādam . Perinde quasi existimet nihil aliud sapiētie nostre meditatione nos consequi q̄ puritatē quādaz:quā mox illuminatio diuina sequatur:que ꝓprie sapiētia sit/significat ꝓterea nō tam habitū aliquem nostris laborib⁹ acquisitum/ q̄ purificationē ipsam nos deo cōiungere . His actis immortalitatē aie ꝓbaturus ait ex vno cōtrarioꝝ genere in alterū ꝓgressionē fieri:atq; vicissim regressionē. Ideoq; sicut ex viuētib⁹ fiunt mortui/sic ex mortuis viuētes quādoq; resurgere. Vbi videt mortuorum resurrectionē uaticinari. quā z in politico cōprobat . Preterea per lōgas ambages innuere: sicut z substātia celi z elemētoꝝ materia īfinite de dispositiōe alia vicissim pertrāsit in aliā/sic z aiam rōnalem/que ꝑncipiū mot⁹ z vite generationisq; est/posse infinite cōiungi corpori vicissimq; separari. Siquidē z multe in natura sbstātie diuturna vicissitudine qualitates mutant: z ubiq; virtute aie fit circuit⁹ sempiternus. In sequētibus tādem ingēti quadā fiducia resurrectionem quā innuerat asserit. Aggreditur deinde rōnem de reminiscētia. Idem qō z paulo ante ꝓbantē/aiam z ante corpus viuere z post corpus. Tu vo eiusmodi rationes esse itellige pythagoricas. Atq; ex illis quod ad

de Reminiscentia

vitatez magis ꝓducat eligito. Ait ergo si disciplina reminiscētia est/vixerunt aie ante corpus . Reminiscētiam vo esse duob⁹ precipue ꝓbat modis . Primo qz recte iterrogati/sepe uera de his/que nunq; didicimus rndemus. Deinde quonia ex notitia eoruz que sentiūtur/subita quadā abstractione in notitiam ascēdimus idearum . Seu cognoscendo hec equalia in ipius equalitatis cognitionē. Vbi cognoscim⁹ deficere hec ab illis atq; anniti similia fieri . Rursus quātum accedāt z que magis queue min⁹. Cūq; id per oēm agamus vitam/necesse est ideaz ipsam ante ortum nos habuisse. Nō enim perfecte rei notitiā subito ex impfectis accepimus. Ostēdit aūt duobus modis ideas esse. Primo. Quodlibet subiectū quod appellatur equale pōt etiā dum per substātiā manet idē inequale z fieri z videri. Equalitas aūt nequit vnq; iequalitas uel fieri uel videri. Preterea equalia hec uelut impfecta inequalitatez participāt. Equalitas vo ipsa nequaq; . In sequentibus nota quanta asseueratione affirmet ideas. Ad datq; idearū essentiā esse nostrā. Atq; cuz animus noster singula referat ad ideas ipsum ostendere se vna cum idearū essentia sempiternū esse. Atq; eaz agnoscere tanq; suā. Nota insup nulla in re magis elaborāduz esse:q; ut per immortalitatis demōstrationem mortis metū quasi morbū grauissimum expellamus. Cōfestim aliā aggreditur rationē a proportione intellect⁹ ad intelligibile ductā . Intelligibile vo ipsuz ideā ipsam incorporeā sempiternāq; appellat . Cūq; intellectus cum ipsa uelut obiecto propio cogruat ꝓcludit hūc incorporeū sempiternumq; esse. Precipue cum denetur corpori mortali busq; repugnet. Proportionē vo mentis cum idea cōfirmat ex eo qō quotiēs non impeditur ad eam sese cōfert/eiusq; cōmercio gaudet atq; perficitur. Quod aūt postq; dixit aiam esse oīno idissolubilē/ subiūxit uel rei oīno indissolubili ꝓpinquā:hoc addictum intellige:quoniā in Timeo ꝓbatur/deum solum oīno indissolubilez esse. Cetera vo si cōparentur ad deum/dissolubilia quodāmodo iudicari:q quodāmodo z cōposita. Quanuis illa que optime cōposita sunt.i.seorsum ab elemētali materia / non dissoluantur vnq; . Anime igit taz nostre q̄ diuine indissolubili deo propinque sunt:ipe quodāmodo solubiles/sed dissoluēde nunq; . Preterea uocat id omnino idissolubile in quo neq; essentie neq; actionis partes ulle spargunt. Anima igitur/z si ꝑz essentie partes non spargitur/tamē per actionis partes diffunditur. Tempore enim z mobiliter agit. Proinde subdit puram aiam post obitū ad pura z eterna redire/impuraz vo terrenisq; infectam ad similia retrahi atq; terrena sepeq; videri. Profecto affectio erga corpora in aia remanēs/non per se propie facit/ut aia videatur . Cum affectio non sit visibilis. efficit tamē ut anima/nō nihil visibile secuz trahat.i.inuolucrum quoddam uel aereum/uel ex spiritibus uaporibusq; corporis sui conflatum / ut vult Proculus/uel nup ex circūfuso aere cōgregatuz. Certe hic Plato significat qō vult Proculus s.inter corpus ethereū/qō z immateriale est z simplex z sempiternū/atq; corpus terrenuz/quod est materiale/compositūq; z ad breue perdurans esse

corpus

corpus aereum/materiale quidez/sed quodammodo simplex ⁊ longioris eui. In quo anime diutius habitēt etiā post discessum:quo ad hoc dissoluto/ corpus iterū cōpositū induātur videlicet si purgate nō sint/si vo purgate cū solo ethereo celū petāt. Hō aiarū trāsit⁹ narrat in bestias pythagoricū est Idqz intellige videlicet aias nostras nō tā viuifica re corpora bestiarū/q̄ purgatorū gratia per bruta imaginationē suā quodāmodo bruto⁊ imaginatio ni miscerī:quēadmodū impuros aiūt demones in sano⁊ imaginationi sepe permixtos.sic utiqz excepto plotino plericz exponūt platonicor.qō quidē patet ex eo qō nō dicit aiam fieri bestiā/sed induē/ subire/trāsire. Cōcludit solos in deū recipi qui per uerā philosophiā purgati decesserint. Audi preterhec vinculū aie cū corpore nihil esse aliud q̄ amorem.s.naturaliter ꝓuidētem. Item quotiēs anima per instrumētuz agit circa formas in subiecto iacētes/nihil sincere cognoscere:sed solū quādo per se ipsam cōuertit ad formas in seipsis simpliciter existentes. Disce hic quoqz aiam ex eo qō rebus corporeis oblectatur ⁊ pascit/euadere corporalē:atqz hinc usqz adeo falli ut sola corporea iudicet esse uera cum oino sit cōtra:fallaciaz eiusmodi malorum oium esse grauissimū. Accedit qō aia iam facta corporea post obitū quoqz ab incorporeis seorsuz circa corporea labit. Cōclude aīum sue puritati penitus restitutū nullo modo sue immortalitati diffidere. Cygni fabula pythagorica est atqz allegorica: Pythagorica quidē ubi dicit cygni aiam supuiuere:Allegorice vo intelligit cygnū in numero solarium aialium cōtineri. Et Socratē solarem esse:tum qz phebi oraculo approbat⁹ est:tum qz mētibus hominū medebat. Adde uaticiniuz esse quadruplex/ diuinū/demonicū/humanum/naturale. Idqz ultimum in bestijs fieri quodā instinctu nature. Intelli ge etiā cygnos innocentes sine philosophia hoies: qui cum mortē sepe minime timeāt/significāt philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere: Animaduerte deinde difficillimuz esse in hac vita substātiam aie intelligere quoniā videlicet sub corporea eam specie intuemur. Ideoqz tutissimam rationē ad aiam cōprehendēdam esse tum moralem purgationē tum methaphysicā abstractionez/Ubi vo minus id sufficiat/opus esse diuino quodā uerbo idest reuelationibus diuinitus factis atqz miraculis. Nos vo hic diuini uerbi mysteriuz a Platone significatū cōsiderare debemus. Tradit deinde duo in disputādo precepta: Primū ne rationibus ullis absqz lōga examinatione credamus. Postq̄ vo rationi cuidā sufficiēti examine crediderimus/ ne facile inde ob quaslibet obiectiones similitudinesqz amoucamur. Secūdum ne aut ppria aut aliena in disputādo personaz:sed rōnem dūtaxat ueritati cōsonam cogitemus. Sequūtur dubia cōtra animam ne forte cōsonātia quedam sit humorum: atqz uel prius corpore uel vna cū ipso uel inde ad tempus aliqō dissoluatur. Que quidē dubia socrates ita soluit. Si disciplina reminiscētia est ideoqz ante corpus vixit aia/nequit aia esse corporis consonantia/quippe cum consonātia partes ex quarū concursu fit/nō antecedat sed cōsequatur. Si eadē est consonantie ratio atqz anime sicut altera anima non magis aia est q̄ altera:ita neqz consonantior erit temperātia. Igitur anima nihilo plus consonabit q̄ intemperās. Si consonātia necessario ea sequitur/ab eisqz ducitur ex quibus ipsa ꝓflatur/nō potest anima corporis ꝓsonantia esse/quod quotidie ducit cui sepe repugnat. Ceterū anteq̄ dubitationes absoluat ratio nesqz immortalitatis oino perficiat longo discursu dānat illos qui in rerum causis assignādis ad materias quasdam ⁊ instrumēta cōfugiunt:asserēs totam historiam naturalē insufficiēter per eadē naturalia confirmari:quippe cum hec oia omniūqz motus a diuinis causis efficiētibus finalibus idealibusqz oino depēdeat. Optat in primis finalē cuiusqz rei causam atqz vniuersi.i.bonū cuiusqz ⁊ vniuersi bonum cuius quidem boni potestatē causam esse dicit efficiētem. Quoniaz vo ipsam boni amplitudinem cōprehendere nequit/ secūdo eligit loco ideales diuine intelligētie rationes ad quarum similitudines in mūdi materiam expressa sunt omnia. Inter hec nota mosayci mysterij ꝓfirmationem sicut ⁊ in Timeo: Vidit deus singula esse bona/etiam cūcta ualde bona. Itē oia ipso bono connecti. Rursus animum corporea intuētem/interiz ad incorporeorum intuitū obcecarī: Neqz posse ueritatem rerum haberi nisi ad ideas confugiamus. Preterea formulas idearū inesse mētibus nostris ad quarū cōgruitatem uel cōtra singula uera esse uel cōtra censentur. Socratem nunq̄ certā idearum contēplationem intermittere cōsueuisse.solasqz affirmare solere. Certam rerum causam in ideis esse sitam.immortalitatez quoqz anime ab ideis potissimū demōstrari. Processum inter ideas a minus cōmuni per medias ad communissimam fieri: Atqz descēsum ab ideis ad effectus earum. Demum rationē disponit immortalitatis ex eo qō rationalis anima corpori prestet vitā/nō ut accidentalis forma inherēs corpori/sed ut substantialis in seipsa permanēs/ex se formaliter viuens quasi quedaz vite corporalis idea atqz per se efficiēter corpus viuificans. Ideoqz cōcludit animam nō posse suscipere mortē cum mors vite opposita sit. Anima vo ⁊ vitā propriā habeat ⁊ maneat in seipsam. adeo ut neqz per se proprie/neqz per subiectū aliud mortez suscipere ualeat. Post hec ex eo quod anima sit immortalis cohortatur oēs ad moralez speculatiuāqz disciplinā: ut animus ⁊ per uolūtatem ⁊ per intellectuz purgat⁹ atqz perfectus his quasi duabus alis in celestē patriā reuolet. Confirmat interim esse aīam immortalez/qr neqz virtus tādez obesse/neqz vitiū prodesse debeat. obesset aūt laboriosa virtutis via bonis. atqz contra prodesset uoluptuosa malis vita nisi foret animus immortalis. ac nequis fortasse neget posse post hanc vitam uel vitium obesse uel prodesse virtutez subiungit animam affectiones habitus tam uolūtatis q̄ intelligentie cōparatos siue bonos siue malos secum ferre: subito uel lesuros uel profuturos. Demonez nāqz ducem omnes ad diuinuz iudicē vite repētē perducere/ in locum cōmuni iudicio deputatuz:in aerem scilicet minus puros ⁊ in etherem puriores:ibiqz iudicatos ab alio rursus demone per triuiuz ad sua ideſt sibi similia singulos trahi. Per triuium inq̄ qr alij mittunt in celū/alij in tartarū/alij vo in medias regiones. Ducit aūt eos demon/in bonis quidē intelligētiā mouēs

in malis aũt imaginationez affectũq; perturbãs. Ad
sutez dicit iniquos absq; duce errare absq; benefico
intellige duce. Adde quod neq; quo trahantur agno
scunt/z violentia rapiunt. ¶ Leteroz anteq; anima
rum distribuat sortes orbẽ terre describit dicens esse
quasdaz terre plagas. atq; illas quidem amplissimas
z usq; adeo altas/ut uẽtis z imbrib⁹ nõ pellent. Ubi
temperatissimus aer sit: sub quo pciosissima queq; na
scant: homines acutissimi sensib⁹/vitaq; lõgeui: Sũt qui
uelint z homines z alia illic nascẽtia q̃ plurimũ ex ethe
re areq; cõponi: q̃ minimuz vo ex crassiorib⁹ elemẽ
tis/ut horiuz corpora quasi aerea sint/fructibusq; ma
xime aereis nutriant: Quod ne quis tanq̃ impossibi
le neget olympiodorus Aristotelis adducit historiã:
in qua Aristoteles vidisse se inqt horiez qui solo aere
nutriebaꝫ z sole: Ad aũt terre sublimis faciez in duo
decim diuidit plagas/inde ꝓuenit/qz duodecim con
gruit zodiaci signis. duodecim sparũ regit aiabus. z
duodecima est mũdi spera: atq; ueluti tutius fũdamẽ
tum duodecaedrã illã sibi usurpat figuram/quã Thi
meus attribuit mũdo. Sz de hacipsa figura/deq; ali
is terre ꝓprijs questionibus in Thimeo dicemus. Tu
vo terre huiusmodi habitationẽ terrestri Moysi pa
radiso simile esse memẽto. Proinde flumina sub ter
ra describit/quibus aie nutriant. Que q̃dq; fm nostri
corporis humores animiq; pturbationes in hac vita
nos affligẽtes/exponit/nõ nihil adducit simile uero.
Uerũtñ ueritatẽ integrã nõ assequit. Plato eniz z hic
z in re publica significat premia virtutuz z supplicia
vitioz ad alterã vitã potissimũ ptinere. Acheron igit
sub terra flumen locus est purgatorius atq; ad curaz
ptinet z merorẽ: rñdet quoq; aeri partiq; mũdi meri
diane. Phlegeton igni rñdet atq; oriẽti vimq; puniẽ
di ptinet per calorẽ. Et ire cupiditatisq; feruorem pu
nit. Stix cocytusq; rñdent terre atq; occasui: odiũq;
per luctũ fletũq; puniũt. Differũt vo hoc inter se solũ
q̃ stix exoriẽs appellat/cocyt⁹ vo ꝓgrediẽs. Tartarũ
infimũ tenere vult inferni locũ in quo scelestissimi nõ
medicine sed exẽpli gratia affligant. Quẽadmodum
hinc z in re publica legit z gorgia. Addunt quidã ad
hec flumina oceanũ quoq; quodãmodo ptinere: aque
septẽtrioniq; rñdẽtez. In quo distinguẽdi diffiniẽdiq;
virt⁹ intelligat/tu vo qõ de fluminib⁹ dicit/potissimũ
de demonib⁹ numinibusq; itellige flagitiosos tali quo
dam ordine puniẽtib⁹. Profecto peccata facile sana
bilia sunt/que nõdum in habitũ sunt ꝓuersa. Difficile
vo sanant que iam habitũ genuerũt: Uerũtñ vna cuz
quadã rõnis repugnãtia cõmittunt: z cõmittẽtes affi
ciũt penitẽtia. Insanabilia vo sunt oino/quoz habit⁹
z repugnãtiã z penitẽtiã ꝓcul fugat. Prima purgant
in acheronte. Secũda si ad prima uergãt/puniunt in
phlegetonte. Si ad tertia in stige/atq; cocyto. Tertia
affligunt in tartaro: ex quo ut Plato inqt nunq̃ egre
diunt: Quo vo pacto alij aliter id exponãt in pñtia li
bẽtius pretermitto. Affligi vo pñt aie nõ tãtũ per ima
ginationẽ ifeliciter a demonib⁹ agitatã: sed per aerea
quedã corpora/que uehiculi z cymbe noie designant.
Premia vo sic Plato distinguit. Alie que iuste z san
cte sine philosophia vixerunt/sublimia terre/qualia
supra descripsimus ascẽdẽtes / intenuissimis spiritali
busq; ibi corporib⁹ habitãt. Que vo ciuiliter ꝓpterea
philosophate sunt/cũ splendidis celestibusq; corpori
bus celũ colũt. Sed que per exactã philaz perfecte
purgate sunt/in locũ supcelestem euolãt/ubi absq;
corporib⁹ oino ut Plato hic inquit totũ per tẽpus
viuũt. Qua vo id rone exponãt nonulli / ꝓsulto nõ
recẽsebo. Porphirius certe atq; Iamblicus tradũt
aias deo pfectissime restitutas nunq̃ cadere. Ad
quidẽ cõgrue respondet oppositis: que ex tartaro
nunq̃ emergere iudicant. Quod quidẽ si ita sit/cir
cuitus iam infiniti tollentur. Temporales vo circui
tus adhiberi purgatiõis cuiusdã gratia videbunt.
¶ Socrates tandem gallũ esculapio sacrũ se debe
re fatetur reddiq; diligẽtissime iubet. Priscis escula
pio medico Phebi filio gallũ sacrificabant diei so
lisq; nũcium idest diuine beneficẽtie morboz oiuz
curatrici: que diuine prouidẽtie filia noiatur: diem
idest vite lumen debere se fatebantur. eiusmodi me
dicum in supioribus perquirere iusserat morborũ
animi curatorẽ. Et quasi iã omni dubitationis me
tusq; morbo liberati sint: gratiam victimãq; deo re
ferri iubet. Preterea oracula priscoz tradunt ani
mas remeantes in celũ/peana idest triũphalez can
tilenã canere phebo. Reddit ergo deo uotũ/utala
cer peana canens celestem patriam repetat.

¶ Phedon de Anima.

ECHECRATES PHEDON APOLLODO
RVS SOCRATES CEBES SIMMIAS CRI
TON MINISTER vndecimuiroz. ECHE:

Ipse ne o Phedon affuisti qua die
Socrates uenenuz bibit in carcere:
an ab alio audiuisti: PHE: Equidez
o echecrates affui. ECHE: Que naz
sunt ea que vir ille anteq; morereꝫ/
locut⁹ est: Et quomodo e vita decesſit: Libẽter enim audirẽ. Naz neq; quisq̃ phliasio
rum ciuium frequẽter profici scitur nunc athenas/
neq; tãdiu hospes aliquis inde ad nos accessit/qui
certum aliquid ea de re nũciare nobis posset: nisi il
lum potato ueneno e vita migrasse. De ceteris vo
nihil quid referrent habebãt. PHE: Nec ergo que
ad iudicium pertinebant / quo pacto tractata fue
rint audiuistis: ECHE: Audiuim⁹: hec eniz nobis
quidam retulit. Et admirati profecto sumus/quod
iam peracto iudicio / diu postea obꝝsse videatur.
Quid nam in causa fuit phedon: PHE: Sorte qua
dam id Socrati o echecrates accidit. naz pridie q̃
iudicaretur ornari ptigit/puppim nauis eius/quaz
mittunt athenienses in delum. ECHE: Id vo quid
nam sibi vult: PHE: Hec est illa nauis/ut aiũt athe
nienses in qua theseus olim bis septem illos secum
tulit in cretam seruauitq; illos: z ille seruatus est.
Uouerat autem/ut fertur apollini/ si seruarentur/
quotannis in delum spectaculum quoddam mitte
re. Quod quidẽ nunc etiam ac semper ex illo tem
pore singulis ad deum mittunt annis. Cum igitur
spectaculi principiũ agitur ex lege interim lustrant
urbem: neminemq; eo tempore publice necant/do
nec deluz perueniat nauis/rursusq; athenas reuer
tatur ex delo. Id vo nõnunq̃ longo pagitur tpe qñ
eos occupãt uenti. Initium vo spectaculi est postq̃
apollinis sacerdos nauis illi⁹ coronauerit puppiz.
Id vo ut mõ dicebã pridie q̃ iudicaret factũ erat.

Quam obrem

ualeamus/ubi nã iustitia sit/ubi ꝛ iniustitia sit:quo ue iter se discrepẽt / atq; utrũ hoꝝ ꝓseq debeat is/ qui beate victurus sit/siue lateat seu non lateat/de os oẽs ꝛ hoies.GLAV:Nihil dicis o Socrates: Tu enim inuestigare pollicit⁹ es:quasi impiuꝫ futu rum sit si nõ ꝓ uirib⁹ iustitie fueris suffragatus. SO:Uera admones/ꝛ ita certe agẽdũ. Oportet tñ mihi ꝛ uos adesse.GLAV:Agemus ita.SO:Spo itaq; hac rõne id inuenire. Nẽpe arbitroꝝ ciuitatez/ si recte nobis fuerit cõstituta/absolute bonã existẽ. GLAV:Necesse est.SO:Cõstat utiq; qõ sapiens est/fortis/ꝛ temperata/ꝛ iusta. GLAV:Constat. SO:Quocũq; hoꝝ in ciuitate cõperto / reliquum erit/qõ nõdũ inuẽtũ.GLAV:Cur non:SO:Si ex alijs q̃busdã quatuor/vnũ aliq̃d in subiecto aliquo inq̃remus/illudq; primo pateret/satis nobis eẽt fa ctũ:qõ si tria reliqua pri⁹ cõperiremur/ex hoc ipso quesitũ cognosceremus q; ꝓstaret:nihil eẽ aliud: q̃ qõ restaret.GLAV:Probe loqueris.SO:An nõ de istis etiã qñquidẽ quatuor sunt dũtaxat/eodem modo querẽduꝫ:GLAV:Plane.SO:Atq; ex his oib⁹ prima in ciuitate sapiẽtia prefulgere videt:ali quidue mirãdũ circa ipsam appet.GLAV:Quid nã:SO:Sapiẽs mihi reuera ciuitas quã descripsi mus esse videt. Nã bene ꝓsulta est. Nõne:GLAV CO:Est ꝓfecto.SO:Etenim hec ipsa in ꝓsilijs per spicacia/sciẽtia quedã est/Nõ enim inscitia/sed sci entia potius hoies bñ ꝓsulũt.GLAV:Perspicuũ id q̃dẽ. SO:Multe vo ac uarie in ciuitate scientie sunt.GLAV:Sũt.SO:Hunq̃d ꝓpter ipsaꝫ fabro rũ sciẽtiã/sapiẽs ꝛ bene ꝓsulta ciuitas appellãda: GLAV:Nullo modo ꝓpter istã/sed fabrilis.SO CRA:Nõ ergo sapiẽs appellanda est ciuitas/ex eo qõ ꝓpter fabrilẽ sciẽtiã de opib⁹ ligno ꝓficiẽdis qua rõne ꝓpagant/bene ꝓsultet.GLAV:Nõ certe. SO:An forte sciẽtiã/que enea opa fingit:uel aliam talẽ:GLAV:Certe ꝓpter nullam huiusmodi.SO CRA:Neq; etiã ꝓpter sciẽtiã ꝓsiliũq; fructuuꝫ ex terra ꝓducẽdoꝝ colligẽdoꝝq; sapiẽs noiat ac bñ cõsulta/sed agricolaria. GLAV:Sic opinor.SO CRA:Quid vo:Est ne aliqua scientia in ciuitate nup a nobis ꝓdita/apud ciues ullos / qua nõ de re aliqua in ciuitate priuata deliberat / sed de vniuer sa potius ciuitate/qua rõne ꝛ ipsa ad seipsaꝫ ꝛ ad alias ciuitates optime sese gerat.GLAV:Est nimi rũ.SO:Que naz hec:ꝛ in q̃b⁹:GLAV:Ipsa.s.cu stodiẽdi diligẽtia:ꝛ in his principib⁹ / quos modo custodes pfectos appellabam⁹.SO:Propter hãc ergo sciẽtiam quo noie ciuitatẽ nũcupas:GLAV CO:In ꝓsultãdo perspicacez:ac reuera sapiẽtem. SO:Utrum plures in ciuitate fabros erarios:q̃ ue ros bosce custodes esse putas:An cõtra:GLAV CO:Multo certe plures erarios fabros.SO:An nõ ꝛ reliquoꝝ oĩuꝫ quotcũq; sciẽtias hñt/ꝛ aliqui quodãmodo noiant/isti pauciss̃imi erũt:GLAV CO:Pauciss̃imi admodũ.SO:Ergo ex minima quadã gẽte suiq; parte ꝛ ex sciẽtia que in ꝓsidẽte ꝛ principe parte iest/tota sapiẽs erit ꝑm nãm ciuitas instituta:atq; id ut videt natura pauciss̃imũ rariss̃i mũue genus:cui cõuenit esse huius scie particeps: quã solã ex oibus alijs decet sapientiaꝫ appellare. GLAV:Uerissima narras.SO:Hoc itaq; vnũ ex q̃tuor nõ vides qua rõne iuenim⁹ ꝛ ipꝫ.SO:Et qua sit ciuitatis in parte locatũ:GLAV:Mihi q̃dẽ sufficiẽ ter videt inuẽtũ.SO:At vo neq; iuẽtu difficile est: q̃d fortitudo sit:quaue ciuitatis in parte locet:ꝓpter quã fortis ciuitas nũcupatur:GLAV:Quo nam pacto: SO:Quis nã ad aliud q̃cq; respiciẽs ciuitatẽ uel timi dã uel fortẽ noiat/q̃ ad eã partẽ que pro ipsa pugnat ac militat:GLAV:Certe nullus ad aliud.SO:Neq; enim alĩ in ipsa uel timidi uel fortes existẽtes auctori tatẽ hñt:qua eã uel timidã uel fortem reddãt.GLAV CO:Non certe.SO:Fortis igit ex parte sui aliqua ci uitas erit/ex eo qõ in ea vim quãdã habeat/que ratã in oib⁹ seruat opionẽ qõ ea dũtaxat terribilia sint / ꝛ talia/que ꝛ q̃lia legis lator in eruditiõe pnũciauit. An nõ hãc fortitudinẽ uocas:GLAV:Non satis qõ dixi sti/pcepi:dicas iterũ.SO:Cõseruationẽ quãdã/forti tudinẽ eẽ dico.GLAV:Quã ꝓseruationẽ:SO:Opio nis videlicet lege per educationẽ pcepte:qua iudicant que terribilia sint ꝛ q̃lia. In oib⁹ aũt eã ꝓseruationez eẽ dixi/hoc est ut rata semp ꝛ ubiq; seruet/siue ds do loꝝib⁹ afficiat/seu uoluptatib⁹/aut cupiditatib⁹/aut ti moꝝib⁹:nec ullo pacto ds ꝓpter hec ab ea dimoueat. Cui aũt simile eẽ id arbitroꝝ/si vis tibi apiã.GLAV CO:Cupio eq̃dẽ.SO:Nescis q; fullones/quotiẽs uo lũt lanas purpureo coloꝛe ificẽ/primo q̃dẽ ex tot co loꝝib⁹ albũ eligũt/deinde nõ mediocri opa p̃parãt:ut q̃ maxime florẽ suscipiãt:atq; ita demũ coloꝛe inspar gũt purpureo. Qđ aũt ita est tinctũ:idelebile pmanet. neq; sola aqua diluꝫ/neq; etiã additis his purgationi b⁹/que ad abstergẽdũ ptinẽt/aboleri flos ille coloꝛis põt. Que aũt nõ ita p̃parata sunt scis q̃lia euadãt/seu ds alijs tingat coloꝛib⁹/seu istis cũ minus antea exco luerit:GLAV:Certe deformia sunt:coloꝛesq; eoꝝ fa cile diluunt.SO:Tale aliq̃d facere studuisse nos pro viribus cogita/qñ milites ipsos eligebamus:eosq; in musica ꝛ gymnastica erudiebam⁹:atq; existima nihil nos aliud excogitasse/ q̃ ut nobis q̃optime psuasi le ges istar coloꝛis cuiusdã imbiberẽt: adeo ut eoꝝ opi nio de reb⁹ terribilib⁹ deq; ceteris oib⁹ imobilis pse ueret/ex eo qõ optima natura geniti fuerint/ꝛ decẽti educatione nutriti:neq; coloꝛationẽ eoꝝ delere uale ant. Purgamina ista ad diluẽdũ uehemẽtissima:uolu ptas.s.omni saponis acrimonia:aluminisq; ꝛ calcis/ ad expurgãdũ acrioꝛ. Doloꝛ itẽ met⁹ atq; cupiditas omni alio purgamine ad abstergẽdũ potẽtioꝛa. Hanc utiq; viz passim recte legitimeq; opinionis ꝓseruatri cẽ/circa terribilia eoꝝq; ꝛria/fortitudinẽ uoco eq̃dẽ atq; assero/nisi tu forte q̃d aliud dixeris.GLAV:At ipse nihil aliud. Videris enim opinionẽ eãdẽ de eisdẽ absq; disciplina ꝓceptã/ferinã videlicet ꝛ puilẽ haud quaq̃ existimare legitimã/sed aliud quiddã q̃ fortitu dinẽ nũcupare.SO:Uerissima loqueris.GLAV:Ad mitto igit hac fortitudinẽ eẽ.SO:Intellige isup ꝛ ciui lẽ:atq; ita recte accipies. Deinceps aũt de hac si uolue ris alias diligẽtius ptractabim⁹. In pñtia vo nõ istud q̃dẽ/sz iustitiã querebam⁹. Ad cui⁹ inuestigationẽ/satis de hac ut arbitroꝝ dictũ.GLAV:Preclare loqueris SO:Duo restãt pterea in ciuitate ꝓsiderãda/tẽperan tia.s.ꝛ cui⁹ gratia oia idagam⁹ iustitia.GLAV:Proꝝ sus.SO:An quoquo modo iustitiã iã ipsaꝫ repire po tuimus:ne rursus in inuestigãda tẽperãtia imoꝛemur. GLAV:Haud video eq̃dem qua rõne id fieri possit:

quin neq; uellē pⁿius nobis iustitiā inotescere/q̄ tēperantiā ꝓsiderauerimus. Quare si mihi obsequi vis/ante hoc q̄ illud inuestigato. SO: Volo eqdez/nisi fit uobis iniuria. GLAV: Inqre iaz. SO: Ecce pquiro. atq; ut hinc ituerī licet/ꝓsonantie ⁊ harmonie magis q̄ supⁱoza/similis est. GLAV: Quo pacto? SO: Dⁿ natⁱ quidā est temperātia/⁊ a uoluptatibⁱ cupiditatibusq; dbusdā/ut phibēt abstinētia. Dū vo tēperatum hoiem seipso potētiozē/suiq; victozez nescio quomodo eē dicūt. ⁊ quedā similia tanq̄ uestigia nōnulla tē perātie signāt. An non? GLAV: Maxime oium. SOCRA: Hone qō seipso potētius nūcupat/ridiculum quodāmodo apparet? Quisqs enim seipso potentioz seipso quoq; imbecilioz erit. Rursusq; qui imbecilioz ⁊ potētioz. Idez dppe aliqs in his oibus appellatur. GLAV: Quid ni? SO: Atqui videt mihi id uelle sibi hic sermo qō in hois aīa duo quedā sunt. Unū quidez melius/alterū vo deterius. Et qn̄ qō natura melius/deterioz dñat: tūc aliqs seipo potētioz dicit/atq; hoc sermone laudat. Quotiēs aūt ꝓpter impⁱobā nutriti onem uel ꝓsuetudinē aliquā/qō est melius/cū minus ipm sit deterioris multitudine supatur/hoc ex obꝓbrio quodā seipso imbecilius dicit: ⁊ qui ita affectⁱ est intēperās appellat. GLAV: Sic apparet. SO: Contē plare hanc nup a nobis ꝓditā ciuitatē/inueniesq; ipi alterū hoz ineſſe. Potētiozē dppe ipsam seipsa iure uocatā fateberis. Haz si melius in ea peioz impat/tēperata dicēda est/⁊ seipsa melioz. GLAV: Lōtēploz eqdē: ac uera loqueris. SO: Enimuero plurimas uarias q; cupiditates/uoluptates/doloꝛes in his oibⁱ reperire maxime q̄sq; poterit/mulieribⁱ ⁊ ministris: ⁊ eoz qui liberi eē dicunt in ipsis plebeis abiectisq; hominibⁱ. GLAV: Dino dē. SO: Simplices aūt ⁊ moderatas: que cū mēte ⁊ opinione recta/ipa rōcinatione ducunt/in paucis sane repies: ⁊ his dē natis optime ⁊ optime educatis. GLAV: Uera hec sunt. SOCRA: An nō hec in ciuitate hac esse vides: atq; hic cupiditates vulgi viliūq; ꝓsonarū supatas a cupiditatibus ⁊ tēperātia pauciozum modestoꝛūq; virozum? GLAV: Cerno eqdē. SO: Siqua igit ciuitas potentioz cupiditatibⁱ ⁊ uoluptatibⁱ atq; item in seipsa/ hec maxime talis appellanda est. GLAV: Prozsus. SOCRA: Itaq; none iusta hec oia ⁊ tēperata? GLAV CO: Maxime. SO: Atqui si eadē in alia ciuitate taz subditis q̄ impantibⁱ qui nā administraturi sint rē. p. opinio inest: nōne in hac pcipue inesse oportet? an nō ita cēses? GLAV: Magnope istud qdē. SO: Quibus itaq; potissimū ciuibⁱ inesse tēperantiā dices quotiēs sese ita habuerint/in principibus ne? an in subditis? GLAV: In ambobⁱ quodāmō. SO: Cernis q̄ apte uaticinati sumus paulo ante/harmonie cuidā eē similē tēperātiam? GLAV: Cur nā? SO: Quia nō quēad modū sapiētia ⁊ fortitudo in partibⁱ dbusdā iacentes illa dē sapiētē/hec fortē efficit ciuitatē: ita hec agit: sz istar harmonie que diapason dicit/per totā ciuitatez diffundit: efficiēs ꝓsonates in idē debiliozes homines ⁊ fortiozes ⁊ medios/prudētia/potētia/multitudine/uel pecunijs/uł alio quodā huiusmodi. Quapropter rectissime possumus tēperātiā hāc appellare ꝓcordiam: deterioris videlicet ⁊ potioris fz naturā ꝓsensionē: statuētē quē in ciuitate uel in vno quoq; cōueniat dñari. GLAV: Assentioꝛ equidē. SO: Cū ita sit Tria

iā nobis in ciuitate cōperta sunt: ut ex his apparet. Reliqua vo spēs/ꝓpter quaz ꝑterea virtutis particeps ciuitas esset/que nā erit? Constat aūt hāc esse iustitiā? GLAV: Lōstat plane. SO: An nō iam nūc nos oportet o glauco tanq̄ uenatoꝛes hūc cespitez circūdare? circūspicientes/ne qua ex parte iustitia subterfugiat: ⁊ ab oculis euanescens/ sese occultet. Patet enim hic esse. Fige itaq; passim ituituz: atq; animitere siquo modo possis pⁱioꝛ me eam cernere: ipamq; mihi ostēdito. GLAV: Utinā possem. Verū satius me uteris ut tali quodā comite qui possiz demōstrata ꝓspicere. SO: Sequere igit mecū deū añ pcatⁱ. GLAV: Efficiam qō mones. Sucas modo. SO: Inaccessibilis hic locⁱ atq; vmbꝛosus esse videt: abdita certe impscrutabilisq; latebꝛa. Verū tñ pergēdū est. GLAV: Pergēdū plane. SO: Hui hui mi glauco: videmur uestigia quedā eiⁱ qō querimus nacti: apparetq; istud haud lōge nos effugiturū. GLAV: Fauⁱ certe nuncius. SO: Quā molles hebetesq; sumus o glauco. GLAV: Quid istō? SO: Jāpridē nobis ab ipso principio vir beate qō querimus ad pedes reuoluit: neq; ipm inspexímⁱ: sed ita ridēdi fuimus ut illi qui sepe qō in manibⁱ hñt/perqrūt. Nos quoq; lōge petebamus qō ppe nos erat: uel forte nos latuit. GLAV: Quomodo istud ais? SO: Jta: Nempe videmur mihi dicētes istud pridē ⁊ audiētes/haud quaq̄ aīaduertisse id quoquo modo nos dicere. GLAV: Prolixū sane phemiū audire cupiēti. SO: Attēde siqd dico. Nō quidē principio paſſiz statuimus faciēdū cū ciuitatē ꝓdidimus/hoc est ut arbitroꝛ / uel spēs quedam ipius iustitia. Hā diximus sepenumero/si recordaris: vnūquēq; oportere vnū aliqd exercere eorum que ciuitati ꝓducāt/ad qō ipsius natura esset aptissima. GLAV: Diximus ꝓculdubio. SO: Etenim qō sua agere: neq; per aliena curiose vsari/ iustitia est/⁊ ex alijs multis audiuimus/⁊ sepe ipi diximⁱ. GLAV: Diximus plane. SO: Hoc utiq; videtur amice cuz fit quodāmodo iustitia esse/sua. s. agere. Scis vnde istō ꝓficia? GLAV: Nequaq̄: sz dicas. SO: Videt mihi qō reliquum nobis est in ciuitate/ꝑter illa que ꝓsiderauimus/tēperātiā/fortitudinē/prudētiā/hoc esse qō oibⁱ illis vim ꝑbuit/qui ⁊ in nasceret ⁊ inata pseuerarēt/quatenus ipsuz adest. Atqui diximus iustitiā fore qō restaret/ si tria nobis cōperta essent. GLAV: Necessariū id quidez. SO: Verūtñ si iudicādū sit quid hoz potissimū cū ineſt/bonā efficit ciuitatē/ambiguū erit/utrū ꝓsensio impantiū ⁊ subiectoꝛ / an legitime opionis seruatio in militibⁱ iudicātis fm legē que terribilia cē senda sint/queue nō? Uel in principibⁱ ipsis prudētia ⁊ custodia. An id potiⁱ bonā ipsam pre ceteris reddat/cū ineſt pueris/mulieribⁱ/seruis/liberis/artificibⁱ/magistratibⁱ/⁊ priuatis/qō videlicet suum q̄sq; vnⁱ vnū egerit: minime per aliena uagatⁱ. GLAV: Ambiguū certe: qd ni? SO: Ergo vis ipsa qua sua q̄sq; in ciuitate agit/de ipsiⁱ ciuitatis virtute ex equo cū sapia eiⁱ/tēperātiaq; ⁊ fortitudie certat. GLAV: Valde. SO: An nō igit iustitia pones/qō cū istis ex equo de ciuitatis virtute concertat? GLAV: Dino eqdē. SO: Considera ꝑterea ⁊ hac rōne/nunqd tibi sic videat. An pncipibⁱ in ciuitate

Adagiū. longū proximū audītū cupido. mandabis

mandabis ut iuste sententias ferant:GLAV:Cur nō:SO:An iudicabūt alteri⁹ cuiusq; auidi magis q̄ huius ipsius/ut singuli neq; usurpēt aliena/neq; suis p̄uent:GLAV:Nō alterius certe/sed istius uītaxat.SO:Tanq̄ id iustū sit:GLAV:Nempe. SO:Et hac quoq; ratione asserit sui cuiq; ꝛ ꝓpriū possessionē actionēq; esse iustitiā.GLAV:Est ita. SO:Uide nunq̄d ꝛ tibi idez qd mihi uideat.Si faber opa coriarij aggrediat/uel coriarius fabri/uel instrumēta iter se cōmutēt uł p̄mia/aut si idē utraq; exercere ꝓtēdat/oiaq; talia inuicem pmutent/nunquid cōmutationē hāc existimas magna quadā iactura afficere ciuitatē:GLAV:Haud certe nimiū. SO:Quotiēs aūt aliqs artifex uel ali⁹ natura questuarius/diuitijs elat⁹/uel multitudine copiaq;/uel robore/aut eiusmodi alio quopiaz in militaris hominis ordinē trāsire conat:Uel miles cū sit indign⁹ incōsularis nitit ꝛ custodis ascēdere dignitatē/ꝛ instrumēta vicissim isti p̄miaq; pmutāt:Aut idem aliquis hec oia simul pagere tētat/tūc arbitror ꝓfusionē puagationēq; eiusmodi videri tibi ciuitatis totius interitū.GLAV:Et maxime q̄dē.SO:Cū ergo tria in ciuitate sint genera/horū mutua cōmutatio uagatioq; pplura/extrema est ciuitatis calamitas ꝛ maxima corruptela.GLAV:Penitus.SO:Corruptelā vo summā ciuitatis tue/nōne iniustitiā esse dices:GLAV:Quid ni:SO:Hoc igitur iniustitia est.Rursus aūt sic dicimus.Questuarij/auxiliarij/ꝓsularis generis actio ,ppria/vno quoq; suū opus pagēte in ciuitate/cōtra ac ꝓfusio illa supior/ꝛ iustitia erit:ꝛ ciuitatē iustam efficiet.GLAV:Haud aliter q̄ sic se habere videt.SO:Nōdū oino istud debemus asserere.Uerū si ꝛ in cuiusq; hoīs aio spēs eadē/ꝓsiderātib⁹ nobis iustitia esse asseueret/tum demū ꝓsentiemus.Nā q̄d aliud dixerimus:alioq; tūc aliud q̄q̄ excogitabimus.Nūc aūt disceptationi huic finē iā imponamus.Fm quā existimauim⁹ si plurimū hñtiū iustitiā in maiori p̄ius eaz ꝓtēplaremur/facile deinde in hoīe vno nos quale hoc sit inspecturos.Uisumq; nobis est maius ip̄m/ciuitatē existere:atq; ita q̄ optimā potuimus eā condidimus:sciētes in bona rei publice iesse iustitiā.Quare qd in illa nobis apparuit/referamus ad vnum. Et si idē ibi cōstet/satis nobis erit factū. Siq̄d aūt aliud in vno appareat/rursus ad ciuitatez ꝓuersi/hec examinabimus.Ac forte alterna cōparatione disceptātes/uelut scintillas/ex his iustitiaz excutiemus.eāq; iam cū clare micuerit apud nosipsos stabiliemus.GLAV:Scite loqueris:atq; ita agēduz. SO:Nunq̄d qd idē appellamus tā maius q̄ min⁹/dissimile est/quatenus idem an simile:GLAV:Simile certe.SO:Ergo vir iustus a ciuitate iusta quo ad iustitie spēz ptinet:nihilo differt:sed similis erit: GLAV:Similis.SO:Atqui ciuitas iusta esse tunc visa est/cuz in ipsa tria hoīum genera/ꝓ natura cuiusq; sic instituta erūt:ut vnusq̄sq; suuz op⁹ exerceat.Tēperata rursus ꝛ fortis ꝛ sapiens/,ppter alios quosdam eorūdem generū affectus ꝛ habitus. GLAV:Uera hec sunt.SO:Unum quoq; o amice ita cēsebim⁹/hñtē easdē bas ei⁹ in aiō spēs/,ppter affect⁹ eosdē/eadē noia merito cuz ciuitate sortiri. GLAV:Necesse est oino.SO:In leuez ne rursus amice de aia cogitationē idicim⁹:Utrū tres in se spēs has habeat nec ne:GLAV:Minime mihi in leuē disceptationē delapsi videmur:Forte enim qō dicit/uerū est o socrates pulchra difficilia esse.SO:Apparet utiq;.Ac certo scito o glauco nos ut mea fert opinio nunq̄ ex discursib⁹ huiuscemodi qualibus in p̄nti disputatiōe utimur/exacte id cōprehēsuros:lōgior porro via est/que ad hoc nos ducit.Forte tñ ſz ea que supra dicta ꝛ cōsiderata sunt/facilius dissereť.GLAV CO:An nō sat istud videri debet:Mihi sane in p̄sentia id sufficiet.SOCRA:Mihi quoq; ualde sufficiens.GLAV:Ergo ne te pigeat/ſz ꝓsidera.SO:Ꝓfecto nobis necesse est ꝓfiteri:easdē in nobis spes atq; mores inesse/qua ꝛ in ciuitate:Neq; enim aliunde in ciuitatē hec deuenerūt.Ridiculū q̄ppe esset siqs iracū dā aiositatē existimaret/nequaq̄ ex p̄uatis hoibus in ciuitatib⁹ inuectā esse:quoz idē est capr⁹:qui ꝛ thra cū/scytharū/supiorūq; gētiū:aut sapiētie studiū/non ex tali p̄uatoz istinctu qualis natura nostris hoib⁹ est tribut⁹.Aut quest⁹ auiditatē/nō ex ea singulorum hoīum cupiditate / qua affecti apprime dicunt pheni cij/egyptijq; non nihil:GLAV:Et maxime quidem. SO:Hoc quidem ita se habet: neq; difficile cognitu. GLAV:Haud certe difficile.SO:Jd aūt difficile iaz utrū vno quodā eodē singula hec agamus/an potius tria queda habeamus in nobis:quoz singulis singula opamur:vno q̄dē discimus:irascimur alio:tertio ꝓcupiscimus uoluptates eas que ad nutritionē generatiōnēq; ptinēt/ceteraq; huiusmodi. Uel tota anima vnū quodq; explemus/cū ꝓciti rē aggredimur.Hec haud facile p̄o rei dignitate discernerent. GLAV:Mihi quoq; idē videt.SO:Sic aūt aggrediamur hec distinguē/nunq̄d eadē sunt iuicē uel diuersa:GLAV:Quonā pacto:SO:Cōstat plane idez ꝛia facere seu pati/ fm idē ꝛ ad idē simul nō posse.Quāobrē siqñ reperiemus in ipsis hec fieri/intelligemus nō vnū idē hec esse sed plura.GLAV:Esto.SO:Animaduerte qō dico. GLAV:Dic.SO:Stare simul atq; moueri/idem fm idē nunq̄d pōt:GLAV:Nullo modo.SO:Preterea hec diligētius ꝓfirmemus/ne qua ,pcedētib⁹ nobis ambiguitas forte suboriat.Siqs enim dixerit hoiem stantē q̄dē/mouētē vo manus ꝛ caput/cūdem stare simul atq; moueri/haud quaq̄ ita dicēdū cēsebimus:ſz partē quidē eius manere/partē vo moueri. An non ita: GLAV:Jta ,prius.SO:Qō si artificiosius ꝛ arguti⁹ iste luserit/asserēs turbinē trocūq; totū moueri simul ꝛ stare/qñ in eodē pūcto cētrū aculeūq; figēs reuolui tur:Uel aliō quicq̄/dicēs idē agere cū eidē affixū cardini/circūferť/nequaq̄ assentiemur:qz nō fm eadem sui hec tūc moueant ꝛ maneāt.Dicēdū quippe habere ipsa rectū in se atq; rotūdū:ꝛ fm rectū quidē stare cū nulla ex parte declinēt.Scōm vo rotūdū circūmoueri.Quotiēs aūt oū quid reuoluit/in rectum quoq; deuehit siue ad dexterā siue ad sinistraz uel añ uel retro/tūc nusq̄ pmanet:GLAV:Recte admoduz.SO CRA:Quare nulla ex his obiectionib⁹ nos p̄turbabit/psuadebitq;/qō idē qñq; simul fm idē atq; ad idē ꝛia sit uel agat/uel patiat.GLAV:Abe q̄dē minime ista mouebūt.SO:Uerūtamē ne in istis obiectiūculis enarrādis reiciendisq; utpote falsis/diuti⁹ cogamur insistē:supponētes iā id ita esse/ulteri⁹ ,pgrediamur:cōfessi iuicē / siqñ aliter q̄ sic se habere hec appareant/

Adagiū Difficilia quę pulchra.

quecūq; ex his oucunt/fore soluta. GLAV: Sic nimi rū decet. SO: Nōne adnuē ⁊ renuere/aggredi ⁊ decli nare/adsciscere ⁊ reiȝcere: iter se ꝺ̄ria pones/siue acti ones seu passiones: Nihil enim interest. GLAV: Cō traria. SO: Quid aūt hec: esurire/sitire/⁊ oīno cupe uelle eligere/nōne ad eoꝝ spēs referes/que modo di ximus: Ueluti semp cupiētis aīam / nōne uel aggredi dices illud qō appetit/uel adsciscere qō sibi adesse eli gīt: uel quatenꝰ vult aliq̄d sibi poꝛrigi/adnuere ⁊ illud ad se trahere: amātis moꝛe generationē ipsius affectā tem: GLAV: Eqdē. SO: Quid vo/nolle aspnari/ne gligere/nō cupe/nōne in reiȝciēdi repellēdiq; speciem ⁊ in oīa illis contraria referemus: GLAV: Quid ni: SO: Cū hec ita se habeāt/spēm aliquā cupiditatuz es se dicemus: ⁊ manifestissimas oīum aliarum cupidita tes/sitim ⁊ famē. GLAV: Dicemus utiq;. SO: Et hāc quidē potꝰ/illā cibi. GLAV: Ita est. SO: Nūquid in quātū sitis est: Alicuius p̄terea cupiditas est alterius q̄ cuius nos dicimus: potus. s. ⁊ sitis. GLAV: Nuius dūtaxat sitis. SO: Nunquid calide potionis/uel frigi de/uel multe/uel pauce: Uel ⁊ in pauco qualis cuiusdā poculi: Uel potius si calor sitiēti inest/frigidi appe titū inducit: Sinaūr frigus/calidi: Et si ꝓpter p̄tiam multitudinis/multa sit sitis/multi auiditatē ifert. Sin aūt pauca pauci. Ipsuz vo sitire nunq̄ alicuius alteri us appetitio est/q̄ cuius suapte natura est / ipsius vi delicet potionis. Rursusq; famescere/commestionis. GLAV: Ita certe ipa cupiditas queq; ipsius cuiusq; est solū/cuius ipsa natura est. Talis aūt uel talis cuiusdā ꝓpter additamēta quedā dicit. SO: Cauēdum est aūt ne ꝺs nos imꝓouidos turbet/inferēs neminē po tū cupe sed potū bonum/uel cibū: sed bonum cibum. Nēpe bona oēs expetūt. Quare si sitis appetitio est/ boni est / siue potionis seu cuiusuis alterius est auidi tas. Similiterq; de ceteris. GLAV: Forte nō nihil ef ficē videbit/qui talia dixerit. SO: Uerūtn quotcunq; eiusmodi sunt/ut alicuius sint. talia quedā talis cuiusdam sunt/ut arbitror: Ipsa autē queq; ipsius cuiusq; dūtaxat. GLAV: Haud itelligo eqdē. SO: Nō intelligis maius ipm eiusmodi esse/ut semp aliquo maiꝰ exi stat: GLAV: Plane. SO: Nōne minorem: GLAV CO: Minorē. SO: Multo aūt maius/multo minore an nō: GLAV: Sic est. SO: Et quondā maius / quon dā minore/deinceps qnq; maius/deinceps quoq; mi nore. GLAV: Nihil ꝓhibet. SO: Atq; etiā plura ad pauciora. dupla ad dimidia ⁊ oīa talia. Itēq; grauio ra ad leuiora: ⁊ uelociora ad tardiora: ⁊ calida itē ad frigida/oiaq; hoꝝ similia/eodē modo inuicē referun tur. GLAV: Certe. SO: Nōne ⁊ de his que ad scienti as spectāt/eadē ratio: Sciētia q̄dē ipsa rei ipsius qua scit/sciētia est: uel cuiuscūq; alterius dicēda est esse sci entia. At vo sciētia quedā ⁊ sciētia talis rei cuiusdaz/ ⁊ talis esse dicit. Tale vo aliq̄d dico. Postq̄ edifican darū edium sciētia extitit/ab alīs sciētijs discreta est: adeo ut edificatoria appellata sit. GLAV: Quid ni: SO: Nōne ex eo quod talis sit/qualis aliarum nulla: GLAV: Nēpe. SO: Ergo qz talis cuiusdā/ideo talis quedā effecta est. Eodēq; modo cetere artes oēs atq; sciētie. GLAV: Est ita. SO: Hoc itaq; iferre me uolu isse tūc dicito/si modo nūc itellexisti/qō quecūq; eius modi sunt/ut alicuius sint/ipsa quidē sola ipsoꝝ sunt dūtaxat: taliū vo quoꝝūdam talia quedam. Neq; vo ideo dico qō qualiū sunt sint ⁊ talia: qz. s. ⁊ egrotāti um ⁊ benevalētiū sciētia/bene uel male ualēs ⁊ ipa sit: bonoꝝ itē atq; maloꝝ/bona rursus ac mala. sz qm̄ nō illius ipsius dūtaxat cuiꝰ absolute sciētia est euasit sciētia/immo talis cuiusdā: hoc autē est salu bre ⁊ isalubre/talis quedam ipsa quoq; effecta est. Ex quo factū est ut nō amplius scientia simpliciter appellet/sed quali quodā addito medicinaria scie tia. GLAV: Teneo iaz/mihiq; hec ita sese habē vi dent. SO: Sitim vo nōne his annumerabis que id qō sunt/alicuius existūt: Est aūt sitis: GLAV: An numero eqdem/⁊ potionis sitim esse dico. SO: An nō q̄lis cuiusdā poculi qualis quedaz sitis: Ideoq; sitis ipsa neq; multi neq; pauci/neq; boni neq; ma li/neq; ut vno vbo cōplectar qualis cuiusdam/sed potionis ipsius solummodo/sitis ipsa natura est. GLAV: Sic est oīno. SO: Sitientis igit aīa quate nus sitit/nō aliud appetit q̄ bibere: idq; affectat ⁊ ad ipm fert. GLAV: Cōstat. SO: Siqd ergo ipam q̄nq; retrahit sitiētē/aliud q̄ddā erit in ipsa ab ea parte diuersum que sitit ⁊ quasi bestia quedā ad bi bēdū impellit. Neq; eniz fieri posse dicimus: ut idē aliq̄d eodē sui circa idem simul agat ꝺ̄ria. GLAV CO: Nō certe. SO: Quēadmodū absurduz dictu est eādē sagittarij manū simul arcū intendēdo pꝛo trahere atq; ꝺ̄here. Pꝛorro dicēdū est/alteraz esse manū que ꝓtrahit/alterā vo que ꝺ̄hit. GLAV: Ita pꝛsus. SO: Fatemur ne esse aliquos/qui cū sitiant nōnunq̄ bibere nolint: GLAV: Multos ac sepe. SO: Quid de ijs aliq̄s dicet/nōne ieesse in hoꝝ aīa aliq̄d: qō ad bibēdū allicit: aliq̄d ꝓtra qō cohibet: qō quidē ⁊ aliud est / ⁊ ei quod allicit dominatur. GLAV: Mihi quidē videt. SO: An nō igit/quod ꝓhibet ista/ex rōne inest: quotiēs opat: Que vo cō citāt atq; trahūt: ex effectib⁹ ꝓturbationibusq; sūt: GLAV: Appet. SO: Merito igit duo hec inter se diuersa existimabimus/⁊ illud quidē quo rōcinat aīus/rōnale ipsius denominabimus. Illud vo quo amat/esurit ⁊ sitit/⁊ ad alias libidines ꝓnioꝝ labit irrōnale: ⁊ auidū repletionū quarūdā ⁊ uoluptatū GLAV: Diuersa ꝓfecto: Meritoq; ita cēsebim⁹. SO: Ne itaq; due iā in aīa spēs distincte sint. Illō aūt qō ad irascibilē ptinet/quoue irascimur: utruz tertiū quiddaz est: An alterius horum cognatum: GLAV: Forte eius qō uoluptates cupit/est cogna tū. SO: Atqui credo hoc equidez: ex eo qō audiui quēdā qō videlicet cū leōtius aglaionis filius ex pi reo sub boreali muro ad ciuitatē ascēdens sentiret extra cadauera ꝓpe litt⁹ iacētia/simul ⁊ videre cu piebat/⁊ horrebat tñ/absterrebaturq;/ vultūq; te gebat: secū ipse pugnās. Cupiditate deniq; supat⁹/ ad cadauera directis ⁊ patefactis oculis aduenta uit/dicēs. Ecce iā uobis licet o infelices desiderīū ue strū pulchro explete spectaculo. GLAV: Audiui ⁊ ipse. SO: Itaq; sermo testatur/iram sepe pugnare aduersus cōcupiscētiam/tanq̄ hec inter se diuersa sint. GLAV: Id certe significat. SO: Nōne ⁊ alibi frequenter animaduertimus / quādo distrahūt ali quem pꝛeter rōnem cupiditates/obiurgātem ipsuz sese/⁊ aduersus id sui quod trahitur indignantez: Et quasi duob⁹ dissentiētib⁹ adiutricē rōni iraz ac currere: Rōne aūt impante nō esse sibi ꝺ̄dicēdum/

irā cupiditatib⁹ ꝓiūctā obsistē illi arbitror te nunq̄ uel in teipso uel in alio persensisse. GLAV: Nunq̄ per iouē. SO: Quid porro? Añ quis iniuriā inferre se putat. nonne quo generosior est/eo minus irascit/ouz exurit ⁊ algeat/⁊ aliud qȝuis tale patiť ab eo quē iure hec agere cēset. Et qȝ iā dixi: ira istius in eū quodāmodo nō irritat. GLAV: Vera loqueris. SO: Quid aūt: qñ iniuriā se pati ꝺs putat: nonne tūc satagat ⁊ seuit/⁊ auxiliū ꝑstat ei qȝ iustuz videť: famem/frigus/⁊ cetera talia tolerās. Et ad victoriā ꝓtēdit: neq; a generoso ope cessat ꝓiusq̄ uel trāsegerit: uel obierit: uel tanq̄ canis a pastore/ita veniq; reuocat⁹ ab ea que in ipo est/rōne miteſcat. GLAV: Dino hec vis ei ſimilis est: cui tu cōparas Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tanq̄ canes posuimus obtēperātes ꝓncipib⁹ quasi qui busdā pastoribus ciuitatis. SO: Optime qȝ dicere uolebā intellexisti. Sed nū ⁊ hoc insup animaduertis: GLAV: Quid istud: SO: Qȝ in pñtia contra ac sup de iracūdia iudicam⁹. Tūc sane irascēdi viz ad ꝓcupiscēdi naturā referebamus. Nūc vo multū interesse dicimus/ac multo magis irā asserim⁹ aie partib⁹ inter se dissidētib⁹ ꝓ rōne arma capesse re. GLAV: Ita ꝓsus. SO: Nunqd ⁊ irascēdi vis est a rōne diuersa: uel quedā spēs rōnis: adeo ut nō tres in aio sed due spēs sint/rōnale ⁊ concupiscēs: An poti⁹ quēadmoduz in ciuitate apparuerūt tria quedā genera/que ipsam cōtinēt/questuariū/auxiliariū/cōsulat⁹/ita ⁊ in aia tertia quedā vis est ira cūdia: que natura ipa rōnis tutat partes: nisi ex improba educatiōe fuerit deprauata. GLAV: Necesse est ut tertia sit. SO: Nēpe etiā si alia q̄ ratio apparuerit/quēadmodū supra visa est a cōcupiscētia differēs. GLAV: At vo facile id quidē patere pōt. Nā in puerulis quiuis istud intelligat: qui statiz nati iracūdia pleni sunt. Rōnis aūt alicq nunq̄ multi sero cōpotes fieri mihi videnť. SO: Per iouez ꝓclare loqueris. Preterea in bestijs ita esse dicis/ut ipse dicis/cōperiet. Testať ⁊ istud Homeri illud quod supra induximus. Pectora castigās monitis affat acerbis. Perpetere o cor/nā tu longe alias grauiora tulisti. In his porro homerus tanq̄ hec inter se differant alterū hoz obiurgare alterū facit/ipsam videlicet rōnē de meliori peiorizq; ꝓsultātē/irrationalē iracūdie impetū cohibere. GLAV: Recte admodū loqueris. SO: In his itaq; vix tādem ꝓsensimus/satisq; iter nos ꝓstitit: eadē in ciuitate/eadē ⁊ in cuiusq; aia genera eē ac numero paria. GLAV CO: Sic certe. SO: Quin ⁊ hoc necessariū est: quē admodū ⁊ quo sapiēs erat ciuitas/ita ⁊ eodē sapiētem esse ꝓiuatū. GLAV: Plane. SO: Itē quo fortis est ꝓiuat⁹ aliqs ⁊ quomodo: eodē ⁊ ita fortē esse ciuitatē: ⁊ in ceteris oib⁹ ad virtutē utraq; similiter se habere. GLAV: Necesse est. SO: Atqui ⁊ iustū o glauco virū dicemus eadē rōne/qua dicimus ciuitatē. GLAV: Necessariū id oīno. SO: At non dū illud obliti sumus qȝ ciuitas ex eo iusta visa est qz cū tria in ea sint hoiuz genera/suū quisq; explet officiū. GLAV: Haud certe mihi obliti videmur. SO: Meminisse ergo oportet qȝ dsq; nostrū/cui⁹ singule aie partes qȝ suū est agūt/⁊ iust⁹ erit ⁊ sua pagēs. GLAV: Meminisse ꝓsus. SO: Nonne rō nali potētie ꝓuenit imꝑare: cū sapiēs sit/geratq; toti⁹ aie ꝓuidētiā: Irascēdi vo nāe/obsequ rōni: poz illa pugnare. GLAV: Penit⁹. SO: Nōne ut supra tractauimus musice ⁊ gymnastice mixtio atq; tēperātia/ut cōcordia ista sint efficit: Unū quide hoz itēdēs augēsq; ⁊ nutriēs ꝓclaris sermonib⁹ ⁊ disciplinis. Alteruz vo remittēs sedās māsuefaciēs per harmoniā atq; rhythmū. GLAV: Maxime. SO: Cūq; ita nutrita hec fuerint/⁊ que sua sūt reuera didicerint: ⁊ optime fuerint erudita/ardori ꝓcupiscētie ꝓsidebūt/que pars aie in quocūq; est plurima: neq; vnq̄ pecuniarū possessiōe repleť/cauebūtq; ne corporaliū uoluptatū expletiōe adaucta grādior robustiorq; euadat: nolitq; suo ouns taxat officio fungi/sed subjicere sibi illa ꝓrēdat: quib⁹ impare natura nō debet/atq; ita vniuersam oīum vitā puertat. GLAV: Sic ꝓsus. SO: Quinetiam ab externis hostib⁹ hec aiam oēm corpusq; custodit: dū illud qdē ꝓuide ꝓsulit: hoc aūt ꝓpugnat/obtēperat ꝑncipi: fortitudine que cōsulta sunt/pagit. GLAV: Vera hec sunt. SO: Fortē ꝓfecto hac ex parte virum quēq; uocamus/qñ in ipso iracūdie vigor ita institutus est/ut in medijs uoluptatib⁹ ⁊ doloribus/in sententia sua ꝑsistat/nō aliter esse de terribili ⁊ nō terribili iudicā duz q̄ ratio ipsa dictauerit. GLAV: Probe. SO: Sapiētē vo breui illa ex parte qua ⁊ imperauit in ipso/⁊ ista dictauit/hīs in seipsa sciētiā/qua discernit/qd potissimū ex usu sit tā singulis q̄ vniuerso ex his tribus cetui ꝓstituto. GLAV: Certe. SO: Tēperātez rursus aliquē appellamus/hoz ipsoz amicitia atq; ꝓcordia qñ ⁊ qȝ ꝑsidet ⁊ qȝ subest/in sniam eādē ꝓueniūt/rōnē. s. impare decere: neq; ab illa desciscēdū eē. GLAV CO: Tēperātia ꝓfecto nihil est aliud ⁊ priuatim ⁊ publice. SO: Iust⁹ veniq; ex eo atq; ita erit qsq; ex quo sepe iā diximus ⁊ quēadmodū exposuimus. GLAV CO: Necessarium id oīno. SO: Quid porro: Est ne aliqd qȝ hāc nostrā usq; adeo sententiā interturbet: ut aliud videat eē nobis iustitia/q̄ qȝ in ciuitate ꝓstitit: GLAV: Mihi qdē nō videť. SO: Quinimmo / siqd adhuc iter nos in ꝓtroversia sit/sic iterū supiora peni⁹ ꝓfirmabimus absurda illa huic objcientes: GLAV CO: Qualia. SO: Veluti si in hoc deliberare nos oporteret/de ciuitate illa deq; hoie similiter atq; illa nato atq; nutrito. nunqd vir talis cuz depositū auri uel argēti accepit videat qñq; fraudē excogitaturus: cēses aliquē iudicaturū ciuscemodi virū fraudē cōmittē potius q̄ aliter affectos hoies: GLAV: Meminē ꝓsus. SO: An nō a sacrilegijs hic furtis/ꝓditionib⁹ tā pua tiz aduersus sodales q̄ publice aduersus rē. p. inocēs erit: GLAV: Innocēs. SO: Atq; neq; ifidus uel in iureiurādo uel quibuscunq; cōmercijs. GLAV: Nullo pacto. SO: Adulteria qdē/parētū ꝓtēpt⁹/impietas in deos/cuiuslibet alteri poti⁹ q̄ huic ꝓueniūt. GLAV CO: Ita ꝓsus. SO: Nōne hoz oīuz causa hec est: qz qcqd in ipso est suū op⁹ exequit: tā ad impandū q̄ parēdū. GLAV: Nulla certe alia. SO: Quid: queris aliud eē iustitiā q̄ hāc ipam viz/que tales viros/⁊ tales efficit ciuitates: GLAV: Ego qdē minime. SO: Tādē nobis absolutū est somniuz illud qȝ nos ꝓiecisse dixi mus/qȝ mox incipiētes cōdere ciuitatē/deo quodam fauente/in ꝓncipiū aliquod ⁊ imaginē iustitie ascendisse videmur. GLAV: Vino quidem. SO: Hoc autē erat o glauco ꝓpter quod confert quoddaz iustitie

simulachrũ. Nẽpe debere qui natura coriarius est/ar tẽ hãc exequi/aliud nihil aggressum/qui vo faber/fa bricare. Similiterq; in ceteris. GLAV: Apparet. SO CRA: Reuera qdẽ talis iustitia est/sed nõ circa actio nẽ exteriorẽ/immo circa iteriorẽ suaruz partiũ actio nẽ uere ad ipsummet aiũm/z ad sua: ouz nihil pmittit ex suis aliena tẽtare: neq; sint aie genera/opa inuicem pfundẽtia per plura uagari. Sed reuera ppria recte digerit. suiq; est dns/sese exornat/amicus sibi ipse ef fect⁹ in se tria ipsa ptẽperãs tanq; tres terminos har monie/neatis/hypatis z medie/hoc est octaue uocis z grauis z quinte: seu queuis alia media fuerit. Itaq; hec oia nectẽs/ipseq; vndiq; vnus effectus ex multis tẽperãs atq; pcinnẽs/ita oemũ agit siqd agit uel circa pecunias acqrẽdas/uel corporis cultuz: uel etiã circa ciuilia/aut priuata cõmercia: in his oib⁹ actionẽ illaz iustã z pclarã existimãs/que habitum hũc pagit/atq; seruat. Sapiẽtiã vo opationi huic presidẽtẽ sciẽtiã. In iustã aũt opationẽ/que hãc dissoluit. Insipiẽtiam de niq; opationis huius oucez opinionẽ. GLAV: Uera prsus o socrates loqueris. SO: Si ergo nos iueniſſe dixerimus iustũ virũ z ciuitatẽ iustã / qdue in utriſq; iustitia sit/haud forte multũ/ut arbitror / mẽtiri vide bimur. GLAV: Nõ per iouẽ. SO: Asserẽdum igitur. GLAV: Prioculdubio. SO: Esto itaq;. Enimuero deinceps de iniustitia psiderãdũ videt. GLAV: Pla ne. SO: Seditionẽ qñ hoc triũ iniustitiã appellare de cet: curiosamq; z uariã alieni operis usurpationem: z insolẽtẽ partis cuiusdã preuaricationẽ aduersus totã aiam rebellãtis insurgẽtisq; ad impandũ regio animi generi: cui seruire eã natura iubet. Talia quedã/ut ar bitror/atq; hoc turbationẽ errorẽq; iniustitiã esse di cemus/z intẽperãtiã/ignauiã/insipiẽtiã/z vniuersam deniq; prauitatẽ. GLAV: Hec prsus ita se habẽt. SO CRA: Nõne satis iaz pspicue patet/quid est iniusta facere z iniuriari: ac rursus qd agere iusta: qñquidez iustitia z iniustitia patẽt? GLAV: Quo nam pacto? SO: Quia nihilo a salubribꝰ z insalubribꝰ differunt. Nẽpe ut hec circa corpꝰ/sic circa aiũm se hñt z illa. GLAV: Qua rõne? SO: Salubria qdẽ sanitatẽ indu cũt/isalubria morbũ. GLAV: Plane. SO: Similiter quoq; iusta agere iustitiã gignit in aio. iniusta facere/ iniustitiã. GLAV: Necesse est. SO: Est aũt sanitatez inferre/ita que in corpore sunt disponere/ut pm natu re ipsius ordinẽ inuicẽ supent z supent. Morbũ autẽ inducere usq; adeo corporis partes inficere/ut ꝓtra nature legez dñent inter se subꝫciãturq;. GLAV: Est ita. SO: Eadẽ rõne iustitiã pstare cuiq;/nihil est aliud q; animi partes in ordinẽ suuz digerere/ut ad nature normã pareãt/atq; impent. Iniustitiã vo ut cõtra na turã exsupent inuicẽ ac succũbãt? GLAV: Prorsus. SO: Uirtꝰ igit ut apparet sanitas quedã est z pulchri tudo/z robustꝰ animi vigor. Prauitas cõtra/morbꝰ/ turpitudo z ibecilitas. GLAV: Est ut dicis. SO: Nõ ne igit exercitatiões honeste ad virtutẽ acqrẽdã ꝓdu cũt. Turpes ad prauitatem deducũt? GLAV: Necesse est. SO: Restat ut videt discutiendũ. Hunqd psint agere iusta/honesta colere/esse iustũ/siue occultuz id cuiq; sit siue nõ? An iniuriari z iniustuz esse/si modo nõ det penas/neq; fiat ex punitione melior? GLAV CO: Mihi qdez o socrates ridicula disceptatio ista forte videt. Siqdẽ corporis natura corrupta/videt nõ esse viuẽdũ. neq; etiã in summa epularuz z poculo rũ oium affluẽtia: cũctis diuitijs z totius orbis im perio. Natura vo eius quo viuimus polluta atq; corrupta/nũ viuendũ erit: siqs qcũq; lubet aliud agat q; hoc vnũ: vnde ab improbitate iniqtateq; li beret: iustitiã vo z pbitatez adipiscat: postq; talia hec utraq;/qualia narrauim⁹ apparuerũt. SO: Ri dicula pfecto. Uerũ posteaq; co deuenimus/ut q; certissime fieri põt/qõ hec ita se hñt / pspiciamus/ mime desistẽdũ. GLAV: Per iouẽ minime oium. SO: Age iam huc accede / ut videas quot ipẽs im probitas habet/ut mihi videt. Attende nũc. Nẽpe hec digna pspectu? GLAV: Sequor equidẽ/dicas modo. SO: Atq tanq; e specula quadaz/postq; huc rõcinãdo pscẽdimus/vna mihi spẽs virtutis occur rit/prauitatis inumere. Ex qb⁹ quatuor quidã mo di potissimũ sese offerũt/quoz meminisse oportet. GLAV: Quomodo istud ais? SO: Quot sane re rũ p. modi sunt/spẽs suas hñtes totidem esse z aie ipsius apparẽt. GLAV. Quot? SO: Quinque re rũ p. q; rursus z aie. GLAV: Dic quales. SO CRA: Unũ aliquẽ rei p. modũ eẽ hũc assero/quẽ exposuimus. Duabus vo appellationib⁹ declarari põt. Nã si iter principes ciuitatis vnus qdã sit/oi um pstantissimus regnũ uocabit. Si naũt plures/gu bernatio appellabit optimatũ. GLAV: Uera nar ras. SO: Hãc vnaz ideo spẽm esse dico/qz siue plu res gubernẽt/siue vnus/nullus qui ita ut diximus/ educatus z eruditus fuerit/quicq; existimatiõe di gnum in rei. p. legibus permutabit. GLAV: Neq; enim consentaneum esset.

¶ Argumentum Marsilij Ficini in librum quintũ de iustitia.

Non sum nescius forte nõnullos qui apo logiã a nobis expectẽt/qua qntũ hũc li brũ coionẽ oium in ciuitate ponẽtẽ/de fendamus cõtra calũnias/tũ maledico rũ/tũ etiã ignorãtiũ: Uerũ legãt Plato nẽ ipm/pcor legãt diligẽter/ac sine inuidia iudicẽt apologiã scio quid loquar/nullã desiderabũt. Pla to igit phebeus humani generis medicus/cũ aiad uerteret z singulos hoies/ z familias /z ciuitates/ semp z ubiq; grauiter egrotare/neq; ullis bacten⁹ ciuilib⁹ medicoz medicamẽtis tot secula iã frustra curãtiũ: ut liberari morbo/uel saltẽ leuari paulum atq; minimũ qualescẽ/tã prudẽter/q; pie ad legẽ il lã sese ptulit pcipuaz apud medicos: qua medicine sanciũt auctores: siqs medicamentis talib⁹ puta fri gidis diu adhibitis minime qualescat/esse tãdẽ rite ad calida trãseũdũ. Cognoscẽs ergo genus huma nũ per leges distribuẽtes ppria tot seculis nihil pfi cere/immo vo in deterius quotidie labi nõ iniuria ad amicitie se trãstulit leges coia inter amicos oia forte iubẽtes: ut diuisione diuisionisq; z miserie sub lata causa/pcordiã/vnionez/felicitatẽ psequẽmur. ¶ Sz aliter rursus exordiamur. Socrates in pn cipio quarti disciplinã educãde iuuẽtutis cũctis le gib⁹ anponẽs/raptiz attigit: videri optimã disciplã forte si uxoz/filioz/rerũ coio fiat. At qñ res est z noua q; plurimis z plurimis laudita reuocat ad eã statiz in principio qnti declarãdã apti⁹ z firmi⁹ cõprobãdã. Jã vo etsi a Critia z Timeo didiceris

disciplinã

disciplinā similē extitisse quōdaz apud grecas egyptiasqz athenas/neqz nimium admiraberis/tanq̄ nouā/neqz diffidēter audies tanq̄ penitus arduā/neqz inuitus admittes quasi nō bonam. Ditto qō multi tradūt apud boemos placā urbē aliqñ similiter gubernatā. Atqui diodorus insulam in oceano meridiē uersus describit:in qua preter cetera communes etiaz sint uxores/viriqz philosophie plurimū astrologieqz studiosi. Pōponius quoqz mella testis est garamantes in extremis africe partibus cōmunia habere in re.pu.oia. Similē preterea bonorū fuisse cōmunionē iter philosophos brachmanas/gymnosophistas/esseos / pythagoricos: z deniqz iter sanctos quōdā christiane rei.p.fūdatores cōpertū habemus. Videm⁹ quoqz seculis nostris illos dūtaxat religiosos ad virtutez felicitatēqz accedere/inter quos nihil est proprii. At eniz si uxorū te cōmunio turbat/primo quidē pmittito apud Platonē rite ex lege fieri/qō apud adulterinos sacerdotes in cōmune fit sacrilegio. Deinde Platonē ipsum audito priusq̄ iudices altius in sua causa declamātē. ¶ In sequētib⁹ nota primo qdē socraticā prouidētiā peius esse cēsentē in legibus pstituē dis errare/q̄ hoiez interficere. Eiusmodi nāqz error/multos per multa secula iterficit aios simul z corpora. Deinde modestiā difficilia diffidenter aggredientē/z quasi inuitā atqz cōpulsaz. Tertio pietatē diuinū auxiliū pro suo more in rebus grauib⁹ inuocantē. Ac ne in legibus erret pdendis ab adrastia dea petit opem:cuius mentionez quoqz fecit in phedro. Adrastia hec apud priscos theologos est potētissima ineuitabiliū regina legū:legū inq̄ tam saturniarū ad mētes pertinentiū/q̄ iouialiū pertinentiū ad naturas. Adrastiā dico diuinā prouidētiā/quaten⁹ nihil uel oculos eius subterfugere/uel manus pōt effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges condere/quas neqz obliuio deleat/neqz defraudet astutia/neqz violētia frāgat/z oīno nullus deuitet/adrastiā obsecrat ineuitabilia sanciētē que nullus queat effugere? Deinceps paulatim ad cōmunē progredit disciplinā a viroz videlicet institutione ad institutionez similiter mulierū/mandās oia priuata / publicaqz tū pacis tū belli studia mulieribus cū viris cōmunia fieri:ne mancū sit genus humanū:eo tñ pacto ut in singulis grauiora viris/leuiora mulieribus committant. Similiter z alibi docet brachia quoqz sic assuefacienda / ut singuli utrinqz sint dexteri / quos noīat amphidexteros. ostēdit aūt id fore utile atqz possibile/z quo pacto fieri debeat. Deinde aliā adducit coionem/videlicet uxorū atqz filioz. Et ibi aduerte quanta ordinis prouidētia pstituat magistratus pīsides nuptiarū:z sacra z tēpora/z etates cauēs ne quid intēperate fiat/uel inutile ciuitati. Ac post generationez q̄ diligēter de natis cogitet nutriēdis:ita tñ ut neqz vir neqz mulier propriū agnoscat filiuz/neqz filius propios genitores/neqz alios alī: sz seniores opinari cogant/oēs pene iuniores esse filios uel nepotes: Juniores vicissiz suspicari oēs seniores eē progenitores/equalesqz similiter eē fratres. Inter hec ubi nutritionē eius spernit/qui uel pter legē uel ex inutili natus fuerit/uel inutilis intellige nō esse perdendum:sz in loco occultiori uel in suburbijs vilius nutriēdū extra exactissimā regulā illam/qua nutriūtur hi qui assumēdi ad custodiā iudicant. Illū vo iseriori alendū regula ad minutiora urbis uel agri ministeria suo tempore transmittendū:uel forte ad urbes alias trāsferēdū statim natū. Dox agnosce cōmunis charitatis inuentū/ubi sic disponit singula/ut singuli eadē uel re uel persona oculis demōstrata/eque iudicent/dicātqz hoc est meū. Cūqz sua cuiqz charissima sint/singuli cuncta curabūt:precipue cū ad eiusmodi curā legibus quoqz magistratibusqz adducant. Hinc ergo incuria z negligentia nostra/qualis in oibus est circa plurima quasi a nobis sint aliena/tollet. Tollet z quotidiana fallacia qua iudiciū nostrū in eo colendo/qō propriū esse cēsemus/stulte decipit. Tollet denqz extrema perturbatio solicitudo/miseria/que ex insano proprioz amore nos angit: Ditto qō adempta discordie causa/ z communis erit z integra charitas. Proinde attēde q̄ diligentes/q̄ iustas/q̄ mites statuat belli leges: Que premia victores maneāt. Diuinitas scilicet quedā. Transferri enim hos inquit in beatos demones hoium curatores/z quasi deo charos rite colēdos. Quod vo de puerozq̄ oculis dicit/iocosum quiddā est glauconis/z leuandi tedij gratia dictū. Adde z triūphale qddā atqz festiuuz. ¶ Restabat probandū cōmunionē hanc fieri posse/postq̄ fore optimā fuerat affirmatū. Primo igit etiā si neque at fieri/ostēdit se nō frustra hāc in mediū adduxisse: videlicet tanq̄ exēplar in formādis ciuitatib⁹ pro viribus imitandū. Deinde demōstrat tunc demū posse fieri qñ philosophi gubernabūt neqz prius requiē ulla fore maloz. Quāobrē ad formādos philosophos tanq̄ futuros ciuitatis gubernatores oportune descēdit:docēs quale sit philosophi ciuilis ingeniū/qualis affectus atqz disciplina. Principio quantū plebei circa percipiēda sensibilia hec inferioza auidi curiosiqz sunt/tantū ingeniū philosophicū ad inueniēdas ideales hoz oiuz rōnes:auidū z ppēsuz est z sagax ipsi⁹ ueri uenatoz. Quoniā vo uere quidē res idee sunt/naturales aūt forme sunt z imagines idearū/nō iniuria plebeos inquit somniare putātes que imagines sunt esse res ueras: Philosophū vo solū inter alios vigilare. Et quoniā iter ens atqz nō ens mediū ponit/memento quinque gradib⁹ oia cogitari. Et nō ens qdez purū dici quicqd fingit infra materiā. Ens vo puruz purā mentē ideāqz existere. Aiam celumqz ens dici simul: Atqz nō ens videlicet pter motū/magis tñ eē q̄ nō esse. Materiā ptra magis quodāmodo nō esse q̄ esse. Sz qua natura cōposita sunt sub luna esse pariter atqz nō eē. Circa ea que uere sunt cognitio ipsa uersat. Circa ea que uere nō sunt ignorātia. Circa ea que pariter z sunt z nō sunt:se reuoluit opinio. Ignorātia qdez z opinionē tū plebeis tribuit/tū sophistis Cognitionē vo idest sciaz dūtaxat philosophis. Nō aūt sciam opinionēqz potentiā quandā noīat/itellige potētiā nō informē:sed partim naturali forma partiz habitu preditaz. Preterea ubi de ideis agit ad quas philosophi refert scia / more suo iquit bonū/pulchrū iustū: Ternarius hic numer⁹/modis tribus exponit. Primo bonum sit deus/Pulchrū mēs angelica multiformis. Justū celestis aia mūdana iuste distribuēs. Secundo bonum/forma ipsa actusqz diuine nature.

Pulchꝝ eiuſdē intelligētia. Juſtū uolūtas eiuſdem. Tertio bonū. Inter ideas eſt exēplar formę actuſqꝫ cuiuſqꝫ atqꝫ nature. Pulchꝝ exēplar ordinis qui ex qualibet forma in ſeipſa reſultat. Juſtuꝫ exēplar ordinis/qui a qualibet forma atqꝫ re refert ad alias. Añ vo ipſi bono ſubdit maluꝫ/pulchro turpe/iuſto iniuſtuꝫ/caue tria hec oppoſita colloces in ideis. Pone vo hec tū in ipſa informitate ꝛ deformitate materie/ quaꝫ in libro de ſcia uocat exēplar diuinitatis exps. Et in politico diſſimilitudinis locū:tum etiā in aīa iā deprauata/ꝛ ad materiā oīno ꝓuerſa. Beniqꝫ qō eu nuci enigma puerile tāgit/eſt eiuſmodi:homo nō homo/videns nō vidēs/percuſſit nō pcuſſit/lapide non lapide/auē nō auez/ſup arbore:ideſt eunucus luſcus percuſſit pumice alā ueſptilionis ſup ſambuco. Sed id ridebis ſcio. Quod ꝛ ridiculi gratia eſt appoſitū.

enigma
pmō arbore

Liber quintus de iuſto.

SOCRATES: ADIMANTVS: POLEMARCHVS: THRASYMACHVS.

pn Cicero ad mo paginaz

BOnam equidē ciuitatez huiuſmodi:rectāqꝫ rem.p.uoco. virūqꝫ talē bonū eē dico. Ac ſi recta hec res pub.eſt/alias prauas appello / utpote que circa ciuitatis ipſius gubernationē ꝛ priuatoꝝ diſciplinā aberrēt. que qdē in quatuor ſpēbus prauitatis ſunt. GLAV: Que nam iſte? Tūc ego narrare pergebaz/qua rōne mihi ſingule ex ſeſe inuicē dependere viderent. Verū polemarchus/paulo eniz a me remotior erat/qꝫ adimāt⁹/adimāti poſt tergū ſedens/extēdit manū/ prehēdēſqꝫ ſuperne palliū adimanti circa humeros/ꝛ eū pauliſper ad ſe traxit ꝛ os ad aures eius admouit/ſubmiſſa uoce ſuſurrans. Ex his aūt que dixerit/nihil ipſi percepim⁹ niſi id vnū:qō ait:permittem⁹ ne? an qd agemus? Cui adimātus altius rīdens/minime inquit. Ad hec ego. Quid nā iſtud eſt qō non vultis ꝓmittere? ADI. Te. SO: Quid maxime? ADI: Declinare nēpe nobis videris/ſpēmqꝫ totā diſputationis huius nō minimaz ſubtrahere ne nobis exponas/atqꝫ ſubripere/putanſqꝫ latere nos negligenter dixiſti/de uxoribus qdē ꝛ pueris cōſtabit oībus/oīa ſicut inter amicos cōmunia eē debē. SO: An nō recte dixi o adimante? ADI: Recte nimirū:ſed quēadmodū in alijs ita in hoc explanare oportet/qua rōne ita ſe recte id habeat. Quis cōmunionis modus ſit. Nā multi eſſe pñt. Ne igit id ptermittas/quo minus nobis aperias/quē tu potiſſimuz dicas. Profecto nos diu iā expectamus/ſperātes expoſiturū te tā circa filioꝝ procreationez que ſit generationis cōditio/qꝫ circa nutritionē:que educationis futura ſit ratio. Qualiſqꝫ debeat eſſe hec ois quaz tu dicis/mulierū filiorūqꝫ cōmunio: Plurimū quippe imo vo totū referre iſtō ad rē.p.ducim⁹ / recte ne an nō recte agat. Nūc autē cū rē.p.aliā aggrediaris/priuſqꝫ hec ſufficiēter tractaueris/viſuz id nobis eſt/qō ꝛ ipſe audiſti/ne te aliud quicqꝫ aggredi permittam⁹ anteqꝫ hec oīa quēadmodū alia expoſueris. GLAV CO: Me quoqꝫ uobiſcū ſētire exiſtimate. THRASY: In hoc proculdubio nos ꝓuenire oēs o ſocrates puta. SO: Quid agitis obſecro/qui me ita reuocatis qꝫ grauē rurſus tanqꝫ a pncipio diſputationē de re.p. ſuſcitatis? Nēpe ego qſi hāc iā pegiſſez/mecū ipſe cō gratulatus ſuz/fatis mihi eſſe factū exiſtimās/ſiqs nūc dimittat hec ſuſcipiēs quēadmodū ſupra dixi. Que uos nūc exigētes/neſcitis qꝫ frequēs diſputationū inſtigetis examen. Quod ego tūc proſpiciēs libens ceſſi:atqꝫ pretermiſi/ne crebro nos tumultu turbaret. THRA: An cōueniſſe huc hos arbitraris o ſocrates/ut aurū funderēt / potiꝰ qꝫ ut ſermones audirēt? SO: Ut ſermones audirent quidē/ſed moderatos. GLAV: Modus certe ꝛ termin⁹ horū ſermonū audiendoꝝ o ſocrates/ois vita eſt viris mentē hñtibus. Sed nos quidē mitte: Tu vo ne graueris ſi tibi videt ea que ꝓquirimus declarare. Que noſtris cuſtodibus circa mulieres ꝛ filios ſit futura cōmunio: queue nutriendoꝝ puerorꝝ ratio eo ipo in tēpore adhibēda: qō generationē inter ꝛ diſciplinā labit que laborioſiſſima certe eſſe videt. Conare queſumus nobis hec aperire. SO: Haud facile o vir beate explicari hec pñt: plures enim in his qꝫ in ſuperioribꝰ inſunt ambiguitates: Primo qdē an fieri hec poſſint: dubitaret: Quinetiā/ſi poſſint: utrū optima iſta ſint / ꝛ quomodo dubitabit. Quapropter difficultas hec me deborrat/uerentē o dulcis amice/ne uotuz quoddā ꝛ fictio eſſe mea hec oratio videatur. GLAV: Ne pigeat obſecro/ neqꝫ eniz auditores habes ingratos uel icredulos/ uel maliuolos. SO: O vir optime / ut exhorteris me hec affers. GLAV. Nēpe. SO: Cōtra facis ono: Nā ſi mecū ipe ꝓfiderē ea que noſſe dico/recta eēt hec ꝓſolatio: Nēpe tutū eſt ꝛ audēdū/iter amicos prudēteſqꝫ viros uera que qs cognoſcit de maximis ꝑcioſiſqꝫ rebus ꝓnunciare. Cū diffidētia vo ꝛ ambiguitate uerba facere quēadmodū ipe facio metuēdū eſt ꝛ fallax: haud formidādū inqꝫ /ne riſū audientibꝰ moueā: nā puerile id quidē ſꝛ ne a uero procul aberrās/ꝛ ipſe falſitati ſuccūbā / ꝛ amicos mecū trahā in ruinam: ꝛ in his vna decipiamur: in quibus minime oīum errare cōueniat: adoro itaqꝫ ſupplex adraſtiā ob ea que dicturus ſum glauco. Reor enim minus eū delinquere/qui nō ſponte aliquez perimit/qꝫ qui circa ꝓſtitutiones de honeſtis ꝛ bonis: iuſtiſqꝫ fallit. Hoc aūt diſcrimē ſubire prestat inter inimicos hoies qꝫ amicos. Quare meliꝰ o glauco me cōſolare. GLAV: At enim o ſocrates ſiquo pacto nos ex hac diſputatione errare ꝓtigerit/abſoluem⁹ te uelut ab homicidio/ꝛ inſontē in hac deceptione pronūciabim⁹. Ergo audacter diſputationē ingredere. SO: Porro innocēs eſt qui illic abſoluit/ut leges docēt. Ergo ꝛ qui hic abſoluitur/innocens. GLAV: Dic itaqꝫ hanc ob causaz. SO: Dicere nunc rurſus oportet / que forte deinceps dicēda erāt. Forte aūt operep̄reciū eſt: poſtea qꝫ integrū virile opus exp̄ſſim⁹/deinceps que ſunt mulierū/referre: p̄ſertim cū ad hoc ipſe me cohorteris. Hoibus quidē natis ꝛ eruditis/quēadmodū ſupra narrauim⁹/ut mea fert opinio/nulla eſt alia recta filiorum mulierūqꝫ adeptio atqꝫ uſus / qꝫ ea via gradiētib⁹/quā ipſi a principio ingreſſi ſum⁹. Etenim conati ſumus tanqꝫ gregi cuſtodes/viros ſermone ꝓficere. GLAV: Nēpe. SO: Sequamur igit generationē/nutritionēqꝫ qꝫ ſimilimā adhibentes: cōſideremuſqꝫ utrū ita deceat nec ne? GLAV CO: Quo nam pacto? SO: Jta: utruz inter canes

Amicoꝝ cōmunia omnia

+ Adagiū Amiciꝝ te futura cred. bas

arbitror/ad utraq; frequẽter respiciẽt/ad illud sci licet qõ natura iustũ honestũ/7 tẽperatũ existit/ce teraq; huiusmodi/atq; iteruz ad humana:7 ad su periozis illius exẽplar humana disponẽt:ex hoiuz officiꝫ naturã humanã contẽperãtes ad figurã eiꝰ qõ homerus qñ in hoibus fit/dei spẽm 7 imaginẽ appellauit. ADI: Scite. SO: Partim ergo dele bũt philosophi/partiz etiã colozabũt:quousq; hu manos mozes q̃ maxime fieri põt deo in amoze cõ iũxerint. ADI: Pulcherrima nimirũ hec est pictu ra. SO: An persuademus illis/quos inuehi in nos dicebas/talẽ esse rerũ.p.pictozẽ/eũ virũ quẽ supza apud eos laudauimꝰ/illiq; indignati sunt/qõ huic ciuitatẽ gubernandã cõmitteremus. Nũc vo eqozi aio hoc audiũt. ADI: Et maxime quidẽ si sapiũt. SO: Qua nũc in parte nobis aduersabũtur. Utrũ eoz que uere sunt ueritatisq; ipsius amatozes nõ esse philosophos asserẽt. ADI: Absurdũ quidẽ id esset. SO: An forte negabũt naturã philosophozũ quam narrauimus optimi ipsius esse familiarem. ADI: Neq; hoc quidẽ. SO: Quid vo hanc ꝑgruis instructã officiꝫ/absolute bonã foze/ac pze ceteris sapientie proximã/renuẽt. Uel eos probabunt ma gis/quos ipsi secreuimꝰ. ADI: Nequaq̃. SO: An succẽsebũt adhuc dicẽtibus nobis qõ nisi philoso phozũ genus ciuitatis suscipiat gubernacula / nec ciuitati nec ciuibꝰ erit requies ulla/finisq; malozꝫ nec res.p.quã ozatione describimus/in lucẽ exozie tur. ADI: Forte minus. SO: Uis ne dicamꝰ eos nõ parũ/sed prorsus mites persuasosq; fuisse. Ne fo rte erubescentes aliq̃d aliud cõfiteant. ADI: Absq; dubio. SO: Hoc igit isti persuasi iam sint. De hoc aũt quis ambiget/quin regũ potentiũq; virozꝫ filꝫ philosophi nasciturí nõ sint. ADIMAN: Nemo. SO: Posset aũt qs addicere/qõ etiã si tales nascã tur inq̃nari eos necesse sit. Qõ eni seruari a macu lis purũ/arduũ sit/nos quoq; pcedimus. Quis au tẽ illud insup addet. In omni tẽpoze ex oibus hoi bus ne vnũ quidẽ vnq̃ integrũ immaculatũq; eua dere posse. ADI: Nullus hoc dixerit. SO: At vo vnus natura sic institutꝰ/ciuitatẽq; nactus obediẽ tem/sufficiẽs est ad hec oia perficiẽda: que nũc ut impossibília reprobantur. ADI: Sufficiens utiq;. SO: Pono si princeps aliquis leges 7 officia que narrauimꝰ mãdet/haud impossibile est ciues his obsequi uelle. ADI: Nõ certe. SO: Atqui sentire 7 alios eadẽ que 7 ipsi sentimus:num mirũ aut ipos sibile est. ADI: Nõ ut arbitroz. SO: Qõ aũt opti ma hec sint/siquidẽ possibília/satis supza est ut ar bitroz/disputatũ. ADI: Satis. SO: Quare ex his que dicta sunt/sequit:ut optima futura sint que de legibus ferẽdis prediximus/si agãtur/difficilia itẽ factu:nõ tñ impossibilia. ADI: Sequit plane. SO CRA: Postq̃ vix tandẽ finẽ bis imposuimꝰ / ad reliqua iaz pergẽdũ. Qua rõne videlicet quibusue disciplinis 7 studiꝫ instructi erũt huius nostre rei p.seruatozes / 7 qua in etate singuli singula exerce bunt. ADI: De his certe iã dicendum. SO: Haud quaq̃ sapiẽter mihi actuz est/cũ in supioribus reli querim matrimonioꝝ difficultatẽ atq; molestiã/fi liozũq; procreationẽ 7 constitutionẽ principũ/no scebã enim q̃ inuidiosa res esset factuq; difficilis/ uel oino uera. Nũc aũt nihilominus trãsigere hec co gimur. Atq; ea quidẽ que ad mulieres/ac filios perti nent iã peregimꝰ.que vo ad principes/tanq̃ a princi pio rursus percurrẽda vident. Diximꝰ aũt si memo ria tenes/amatozes eos ciuitatis esse opozteze/in uo luptatibus doloribusq; probatos:atq; ex hoc propo sito neq; laboribus/neq; metu periculoꝝ/neq; muta tione alia dimoueri. Eũ vo qui hoc nequeat/abdica re opozteze. At illũ qui passim sincerus 7 incozzuptus euadit/tanq̃ aurũ in ignis exaie cõprobatuz guber nande ciuitati prefícere:muneribusq; ornare 7 viuen tẽ 7 moztuũ. Premia vo talia sint qualia cõmuniter dicta sunt breuiter hoc pcurrẽte 7 quasi tergiuersan te sermone quippe cũ res/ut nunc sunt/mouere time remus. ADI: Uera loqueris: Demini eqdẽ. SO: Ue rebar enim o amice que nũc ausus sum dicere. Nos vo in pñtia id asserere audeamꝰ:qõ custodes diligen tissimi/optimi esse debẽt philosophi. ADI: Ratuz id habeat. SO: Aduerte q̃ pauci tales erũt. Illius siq dem nature partes quã inesse illis opozteze diximus vna raro cõcurrũt/7 ut plurimũ disiũcte nascuntur. ADI: Quo pacto id ais. SO: An ignoras qõ ẽdem hoies/dociles/memozes/ingeniosi/acuti nõ sunt/ac etiã fortes atq; magnanimi:ut moderate:tranquille: ꝓstãter viuãt. Tales siquidẽ viri acuminis ipsius fer uoze quocũq; cõtingerit proferunt:stabilitatis ois 7 grauitatis expertes. ADI: Uera loqueris. SO: Habi tus aũt ipsi aioꝝ stabiles 7 a leuitate penitus alieni/ quoꝝ in grauitate maxime cõfidendũ/utpote qui in bello intrepidi sunt/ut in his immobiles sunt/ita ad disciplinas tardiozes 7 hebetes. Torpẽt siquidẽ atq; oscitant/quotiẽs eis est contẽplationi inuigilandum. ADI: Est ut dicis. SO: Nos aũt in superiozibꝰ dixi mus opozteze principez vtrozũq; optima rõne parti cipẽ esse. Alioquin nõ eẽ illi suprema disciplinã exhi bendam:neq; honozes magistratusq; impartiẽdos. ADI: Recte. SO: Nõne raro hoc euenturum existi mas. ADI: Raro admodũ. SO: Examinare igit futu ri principis opozteze ingeniũ in his que supza diximꝰ laboribꝰ:timoribꝰ:uoluptatibꝰ. Addimꝰ preterea qõ supza dimisimꝰ/opozteze videlicet illõ in disciplinis plurimis exercere.ut pateat nunq̃d maxime ipsiꝰ do ctrine pcipiẽde sit cõpos. An deficiat potius/quẽad modũ qui in alijs operibus trepidant atq; deficiunt. ADI: Ita certe inuestigare decet. Uerũ quã maximã doctrinã uocas. SO: Deministi quodãmodo/cum tres in aia spẽs posuissemꝰ q̃d iustitia eẽt: tẽperãtia: foztitudo:sapientia/nos definientes inuicẽ pueníssẽ. ADI: Si nõ recozdarer/haud dignus essem/qui reli qua abs te audirẽ. SO: An 7 illud memoria tenes qõ añ hec dictũ fuit. ADI: Quid nã. SO: Diximꝰ certe ampliozi quodaz alio ozationis circuitu exactius ea posse cognosci: Uerũ cõmodius esse/ut demõstratio nes superiozibꝰ magis ꝓsentaneas/inducerem. Qõ 7 uos sufficere rñdistis. Atq; ita tũc ea pingui miner ua ut mihi visum est tractata sunt. Sinautẽ placet uo bis ipsi hoc dicite. ADI: At moderate dictuz 7 mihi 7 aliꝫ est visum. SO: Sed o amice taliũ mẽsura quã cũq; ueritatis partẽ omiserit/immẽsurate fit. nil eniz deficiens ullius est mẽsura. Quanq̃ nõnullis qñq; vi detur sufficienter statim esse tractatum/neq; lõgioi inquisitione opus esse. ADI: Permultis id propter

fecordiã accidit. SO: Utiũ hoc a custode ciuitatis ꝛ legũ eẽ debet alienissimũ. ADI: Cõsentaneũ. SO: Ergo amplioꝛ quidã amice huic agẽdus circuitus. neqꝫ breuioꝛ discẽdo q̃ exercitãdo impẽdenda est opera: alioquin ut paulo añ dixim⁹ ad summe penitusqꝫ necessarie doctrine finẽ nunq̃ perueniet. ADI: An hec maxima nõ sunt? Estqꝫ aliud insup iustitia ꝛ ceteris que narrauim⁹ excellẽtius. SO: Nẽpe prestãtius: Et hoꝫ quidẽ ipsoꝫ nequaq̃ decet adũbratione quãdã qualẽ nũc aspicere: sed absolutã rõnez cõprehẽdere. An nõ ridiculũ est in rebus minimis omne studiũ ponere/ꝛ obnixe prendere/ quo q̃ diligẽtissime ꝛ sincerissime peraganꝫ. in maximis aũt leuẽ operã satis eẽ putare? ADI: Ridiculũ prorsus. At enim putas sese aliquẽ cõtenturũ quin abs te nũc exquirat: que nã disciplina illa sit quã maximã uocas/ ꝛ circa qd uersetur? SO: Nõ eqdẽ: Sed ꝛ ipse interroga q̃ q̃ sepenumero te arbitroꝛ audiuisse. Nũc aũt uel nõ aduertis uel potiꝰ ũterturbare me tuis obiectionib⁹ cogitas. Quod ego potius arbitroꝛ. Nam sepe audisti boni ideã eẽ/maximã disciplinã. Qua quidẽ ꝛ iusta ꝛ alia usa cũ fuerint/utilia ꝛ cõducibilia fiũt. Atqꝫ hoc ferme dicere me uelle scito: ꝛ istud pterea/qõ ipsam nõ sufficiẽter agnoscim⁹. Sinuero ipsam nescim⁹/ꝛ sine ipa alia q̃ maxime nouerimus/scito nullã ex aliis nobis utilitatẽ foꝛe: sicut neqꝫ pdesset nobis quicq̃. qõ sine bono possideremus. An maius quid esse putas/ sine possessione boni/alia oia possidere/q̃ sine boni ipius ꝛ pulchꝛi intelligentia/cetera intelligere? ADI MAN: Nõ certe. SO: Pluribus vo bonũ uoluptas videt/elegantioꝛibus sapiẽtia? ADI: Proculdubio. SO: Quinetiã ꝛ hoc nosti qõ qui sapiẽtiã / bonũ existimant/si interrogent/ Que nã potissimũ sapientia? declarare nequeũt: sed cogunt tandẽ boni sapiẽtiam dicere. ADI: Quã ridiculosa rnsio? SO: Cur non ridicula videatur? si cũ nos vituperent qõ ignoꝛemus bonũ: de bono rursus nobiscũ tanq̃ intelligentibus illud/loquant. Aiũt enim bonũ esse/sapientiaz boni: quasi nouerimus quid ipi dicãt cũ boni nomẽ proꝛnũciant. ADI: Uera loqueris. SO: Qui vo bonuz uoluptatẽ eẽ definiũt/nunquid minus errãt/q̃ ceteri? Nõne ꝛ isti cogunt fateri uoluptates esse malas? ADI MAN: Ualde. SO: Eadẽ igit ꝛ bona esse ꝛ mala/fateri cogunt. An nõ? ADI: Plane. SO: Nõne cõstat plurimas circa hoc ꝛ maximas ambiguitates cõsurgere? ADI: Cõstat. SO: Nõne ꝛ hoc perspicuuz: qõ que iusta ꝛ honesta vident/etiã si nõ sint. multi eligerẽt agere / possidereqꝫ ꝛ videri hoibus hec habere / nemo aũt satis habere se putat si que bona duntaxat vident/possideat/sed que reuera bona sint/oẽs que runt. Opinionẽ vo in his quisqꝫ cõtenit. ADI: Et maxime quidẽ. SO: Bonũ quidẽ aia ois expetit: eiusqꝫ gratia agit oia augurãs eẽ aliqd / dubitat tñ neqꝫ sufficiẽter quid sit/cõprehẽdere põt. neqꝫ fidei stabili inherere: quali utiꝫ circa alia/atqꝫ iccirco ꝛ in aliis fallitur/cũ quid utile sit iudicare pergit. An circa id cum tale sit ac tantũ / similiter cecos esse debere dicemus illos quoqꝫ pstãtissimos in ciuitate viros / quib⁹ vniuersa cõmittimus? ADI: Minime oium. SO: Reoꝛ equidẽ/eũ qui nesciat ut nũc fere accidit qua rõne iusta ꝛ honesta/bona sunt / haud multifaciẽdũ sane custodẽ seipsum exhibere posse. Uaticinoꝛ aũt neminẽ ipsa priusq̃ bonũ sufficienter cognosciturus. ADIMAN: Scite uaticinaris. SO: Perfecte igitur dispsita nobis erit res. p. si custos hoꝫ peritus eam reget. ADI: Ita necesse est. Uerum tu o socrates utrũ bonũ ipsum dicis esse sciam/uel uoluptatez/ uel aliquid aliud pter ista? SO: Jãdiu cõpertũ habeo adimãte tibi nõ satis foꝛe/si snias alioꝫ retulero. ADI: Haud decere mihi videt o socrates. opiniones alioꝫ referre posse/suã vo nequaq̃/boiez prefertim tãdiu in his uersatũ. SO: An decere putas? ut de his que ds ignoꝛat/quasi sciẽs loquatur? ADI: Nullo modo quasi sciẽs/sed ut quasi ex opinione pferẽs/que sentit. SO: An nescis opiniones oẽs absq̃ scia/turpes esse? quarũ que optime cecesunt? An eos qui absq̃ intelligẽtia uerũ aliqd opinãtur/differre ab illis existimas/qui licet ceci sint/recto tñ tramite gradiunt? ADI: Nihilo. SO: Uis ergo turpia contẽplari cecaqꝫ ꝛ obliqua/cũ liceat ex aliis perspicua pulchꝛaqꝫ audire? GLAV: Age per iouẽ socrates ne desistas cũ prope calcẽ peruenerís. Sufficiet enim nobis si quẽadmodũ de iustitia tẽperãtiaqꝫ ꝛ aliis tractauisti / ita quoqꝫ de bono tractaueris. SO: Mihi quoqꝫ o amice ualde sufficiet. At uereoꝛ ne vires deficiãt: atqꝫ ego supꝛa vires ausus/ineptioꝛ apparẽa: risumqꝫ audientib⁹ moueã. Ceterũ o viri felices/quid ipsum bonũ sit in pntia dimittam⁹. Est enim ut mihi videt pntem supꝛa ptẽplationẽ. Quis aũt appareat boni ipsius filius ꝛ eius q̃ similimus/si uobis placet / dicam: sin minus: dimittã. GLAVCO: Dic age: Patrez vo postea declarabis. SO: Uellem equidem /ut ꝛ ipse explicare possem ꝛ uos percipere/nõ solũ boni partus ut nũc/sz ipsum bonũ. Nũc ergo ad pns partũ boni ipsius filiũqꝫ accipite. Cauete tñ ne inscius ipse uos decipiã/uanã assignãs de filio rõnẽ. GLAV: Cauebimus id pro viribus. Dic modo. SO: Dicã equidẽ/si prius repetam⁹ inuicẽ pfirme mulsqꝫ que supꝛa memoꝛata sunt/ꝛ alias sepenumero dicta. GLAV: Que nã? SO: Multa quidẽ pulchꝛa ꝛ multa bona ꝛ singula similiter esse dicimus ꝛ oꝛatione distinguimus. GLAV: Dicimus profecto. SO: Atqui ꝛ ipsum pulchꝛũ ꝛ ipsuz bonũ iudicimus: ac similiter in oib⁹ que ut plura ponebam⁹ vnũ rursus ponimus fm ideã. Unaz cuiusqꝫ tanq̃ vna sit ꝛ qõ vnumquodqꝫ est/appellam⁹. GLAVCO: Uera hec sunt. SO: Et hec quidez videri dicimus: nõ aũt intelligi/ideas aũt intelligi nõ videri. GLAV: Sic est oino. SO: Qua potentia e multis quas habem⁹/que patẽt oculis cernim⁹? GLAVCO: Uisu. SO: Nonne ꝛ auditu que audiuntur: ꝛ aliis sensib⁹ oia que sentiũtur? GLAV: Quid ni? SO: Nũquid aiaduertisti q̃ perfectã/sensuum auctoꝛ vim fabꝛicauit ad id qõ videre ꝛ id qõ videri dicimus? GLAV: Nõ satis. SO: Sic aũt pfidera: Est ne auditui atqꝫ uoci alio genere opus ad hoc ut ille quidẽ audiat/hec audiatur? Quo tertio absente/ille nõ audiet/ista nõ audietur. GLAV: Nequaq̃. SO: Arbitroꝛ equidez/neqꝫ aliis multis: ne dicã nulli tali quodã opus esse: An tu talẽ aliquam vim reppis? GLAV: Minime. SO: An nõ aduertis visus ipsius ꝛ eius qõ visui subiacet viz/tali aliquo indigere? GLAV: Quo pacto? SO: Presente

oculis visu: ipsisq; ad spectandū directis/pñte itez colore/nisi adsit ⁊ gen⁹ tertiū ꝓprie ad hoc natura aptū/neq; visus videbit q̄cq̄ /neq; videri colores poterūt. GLAV: Quid nā id eē dicis? SO: Qđ tu lumē uocas. GLAV: Vera loqueris. SO: Profecto visibilis ipsi⁹ vis: ⁊ videtis potētia. Jugo quo dā aliarū oīum cōiugationū maxime honorādo iū cte sunt nō exigua quadā specie si modo ꝓtēnendū nō est lumē. GLAV: Lōge abest ut contēnendū sit. SO: Quē potissimū deoꝝ celestiū hui⁹ causaz putas? Cuius lumē efficit: ut ⁊ visus noster q̄optime cernat/⁊ oculis obiecta cernant. GLAV: Quez tu putas ⁊ alij. Mēpe de sole interrogas. SO: Jta vo ad hūc deum se visus habet. GLAV: Quomodo? SO: Visus sol nō est: neq; oculus cui ineſt visus sol est. GLAV: Nō certe. SO: Sed ex oībus sensuum organis id maxime solis particeps. GLAV: Multum sane. SO: Nōne ⁊ vim quā habet/ex sole infusam seruat? GLAV: Prorsus. SO: Quinetiaz sol visus non est. Causa vo ipsius est. ab eoq; ꝓficit. GLAV: Sic plane. SO: Hūc me uocare boni filiū dicito: quē ipm bonū/in hac secū genuit cōparatione ꝓsimilē/ut quēadmodū ipm in loco intelligibili ad itellectū ⁊ ea que itelligunt/se habet/sic ⁊ iste in loco visibili ad visū se habeat ⁊ ad ea que vident. GLAV: Quo pacto? Latius explica. SO: Oculi porro/quotiēs nō ad ea uertūtur/quorum colores diurnus fulgor illuminat ostēditq;/sed ad illa que nocturnis radijs attinguntur / cecutiunt allucinanturq; ⁊ prope ceci eē vident: ac si purus in illis visus nō insit. GLAV: Sic accidit. SO: Quotiēs vo ad ea que sol illustrat/perspicue cernūt ijsdēq; ipis in oculis esse visus apparet. GLAV: Est ita. SOCRA: Sic ⁊ de aio cogita. Añ enim illi inheret in quo ueritas ⁊ ipm ens emicat/itelligit illud atq; cognoscit intellectūq; habere videt. Sed cuz ad id ferē/qđ tenebris est permixtū: qđ videlicet generatur atq; corrūpit/eius obtundit acies: opinionesq; uersat uarias: ac mētis exps eē videt. GLAV: Sic apparet. SO: Illud igit qđ ueritatē illis que intelliguntur/prebet/⁊ intelligēti/viz ad intelligēdū porrigit/boni ideā esse dicito. Scientie ⁊ ueritatis que per intellectū pcipit causam. Cū vo adeo pulchra duo hec sint/cognitio scilicet ac ueritas / si bonum ipsum aliud q̄ ista ⁊ pulchrius estimabis/recte putabis. Et quēadmodū: lumē ac visum solis speciez quandā habere existimare decet: solē vo ipsum eē/nequaq̄. Jta cognitionē ⁊ ueritatē/boni ipsi⁹ spēz habere quidē aliquā/esse vo ipsum minime. Augustior eniz est ipsius boni maiestas. GLAV: Becus narras inestimabile. Si sciam quidē ⁊ ueritatē prebet. Ipsum vo decore hec superat. Neq; enim uoluptatez ipsum esse dicis. SO: Bona uerba queso: Atq; ita planius eius imaginē ꝓtemplare. GLAV CO: Quomodo? SO: Solē q̄dē dices ut arbitror his que vident nō modo vidēdi prebere potentiā uerūetiā generationē: augmentū: nutritionē: cum ipse tñ generatio nō sit. GLAV: Quo eniz pacto? SO: Atq; ita dicas bonū his que cognoscūtur dare/nō modo ut cognoscant: sz esse insup ⁊ essentiā/elargiri: Cū ipsum essentia nō sit/sed supra essentiā dignitate ipsam ⁊ potētia superans. GLAV: Ede pol mirabilis hic excessus. SO: Huius certe tu causa es/qui me cōpulisti ad ea que mihi de hoc viderent/apienda. GLAV: Neq; dū etiā desistas. Sz absolue precipue solis cōparationē/siquid est prętermissum. SO: Atqui multa prętermittūtur? GLAV: Ne mini muz quid omittas. SO: Reor equidē multa ꝑterea superfore: uerūtamē/quotcūq; ad pñs referri poterūt: haud spōte dimittā. GLAV: Jta precor. SO: Cogita duo hec esse. ⁊ vnū quidē in genere locoq; intelligibili regnare/alterū inuisibili: ne sub celo inquiēs / videar te circa nomē decipere. Attamē spēs duas habes visibile scilicet ⁊ ipsum intelligibile. GLAV: Habeo equidem. SO: Perinde ac si acceperis lineā in duas equales sectā portiones/⁊ utrāq; rursus partē simili rōne diuiseris/ita nūc oblatū tibi genus vnū visibile intelligibile alterū/in duo rursus ſm claritatez/⁊ obscuritatē utrūq; distinguc. In genere quippe visibili portio vna imagines continebit. uoco aūt imagines/primū vmbras. Deinde simulachra que in aquis apparent: ⁊ que in corporib⁹/densis/lenib⁹/tersis/ac lucidis/⁊ omne quodcunq; tale/si tenes. GLAV: Teneo. SO: Portio vo altera cōprehēdet ea quoꝝ he similitudines quedam sunt. Animalia videlicet que apud nos sunt ⁊ plātas. ⁊ vniuersum fabrice gen⁹. GLAV CO: Sic pono. SO: An vis preterea ſm uerū ⁊ non uerū dicere genus hoc distingui: ut quēadmodum se habet qđ opinione fingit ad id quod scia noscit/ita simulachruz ad illud cuius est simile? GLAV: Valde. SO: Considera iterū intelligibilis sectionē. GLAV CO: Quo pacto? SO: Unū quidē ipius genus est qđ inquirit aius his utēs uelut imaginibus que prius diuisa sunt/cōpulsus ex suppositionib⁹ nō ad pncipiū sed ad finē procedere. Alterū vo qđ excogitat aius/ex suppositione procedēs ad pncipiū nō suppositū nec imaginibus utēs quibus ad genus alterū uti solemus/sed ipsis spēbus per ipsas progrediēs. GLAV CO: Haud satis que dicis intelligo. SO: At eniz facilius per hec intelliges: Arbitror te non latere/qđ qui circa geometriā ⁊ arithmeticā ⁊ cetera generis eius dē uersant/ supponūt quidē/par ⁊ ipar ⁊ figuras actres spēs angulorū ⁊ horū similia in argumentationibus singulis. Et his positis tanq̄ cuilibet manifestis rōnem de his nullā exigēdā putāt. Atq; hinc incipiētes ad alia iā descendūt/⁊ ad illud tandē pueniūt qđ querebāt. GLAV: Prorsus id noui. SO: Enimuero ⁊ illud/nosti qđ ⁊ supra dictis spēbus utūtur/deq; illis uerba faciūt q̄q̄ nō ad eas mentē dirigūt/sed ad illa potiꝰ quoꝝ ista simulachra sunt ad quadrangulū ipsuz videlicet ipsumq; diametrū: nō ad ista que scribūt. Et in alijs eodē modo/spēbus q̄dē hisce quas describunt figurātq;/quarum ⁊ vmbre sunt/⁊ in aquis imagines/tanq̄ imaginibus quibusdā utunt/affectātes illa cōspicere/que nō aliter q̄ cogitatione pcipiūtur. GLAV: Vera loqueris. SO: Hanc generis intelligibilis spēm supra dicebā/ad cuius inuestigationez cogi aium suppositionibus uti/ad pncipiū nō eūtē: utpote qui supra suppositiones ascendere nequeat / utaturq; imaginibus his que ex inferioribus sunt ad superiorū similitudinē cōparate: atq; ita opinione cōcepte distinctaq; sunt/quasi ad illa perspicue conferāt. GLAV: Intelligo eq̄dē dici abs te qđ in geometria ⁊ alijs eius germanis artibus fieri solet. SO: Alterā

intelligibilis partez ad illud referre me scito/qđ ipsa ratio per demõstrandi facultatẽ attingit: dũ suppositiones nõ pro principijs habet/sed reuera pro suppositionibus accipit:tanq̃ gradib⁹ quibusdã z admiculis utens quouscq̃ ad illud qđ nõ supponit/ad principiũ videlicet ueniẽs vniuersi/ipsum attingat/z rursus adhereat illis que principio herent/atq̃ ita ad finẽ usq̃ ꝓueniat/nullo prorsus sensibili utens:sed ipis spẽbus/per ipsas atq̃ ad ipsas progrediẽs.GLAVCO:Intelligo tandẽ:q̃ q̃ minime sufficiẽter ut cupe rem:Videris enim mihi magnũ opus ꝓponere.Adoliris quidẽ disserere/partẽ illã uere existẽtis z intelligibilis generis/quã per demõstrationis sciam speculamur/illa esse clariorẽ quã ex illis sciẽtijs que artes appellant/iuestigamus.In quib⁹ pro principijs suppositiones hñtur.Et qui ista considerãt/cogitatione cogunt nõ sensibus intueri.Quoniã vo ad principiũ nõ ascẽdũt/sed ex suppositionib⁹ indagãt:intellectuz circa hec habere tibi nequaq̃ vident:licet cuz principio intelligibilia sint.videris aũt mihi geometricarũ z similiũ rerũ habitũ/cogitationẽ poti⁹ appellare q̃ intellectũ/quasi cogitatio inter opinionẽ z intellectũ mediũ teneat.SO:Sufficienter admodũ percepisti: Atq̃ ad has quatuor proportiones/quatuor itidem animi affectiões accipe.Intelligẽtiã quidẽ ad suprem ipsuz.Ad secũdũ cogitationẽ.Ad tertiũ fidẽ.Ad postremũ vo assimilationẽ siue imaginationem.hec pterea inuicẽ alterne rõne ꝓportionis ordina.ut ita hec claritatẽ participent/quẽadmodũ illa/circa que sunt/Veritatẽ.GLAV:Intelligo equidez.z qõ dicis admitto:z ut iubes ita dispono.

¶ Argumentũ Marsilij Ficini in septimum librum de iusto.

Sapientes diuino ingenio ꝑditi omne mẽtis studiũ/a terrenis ad celestia/a mobilibus ad immobilia/ab his que sentiuntur ad illa que superãt sensum/pro viribus cõuerterũt.Considerãtesq̃ mũdi machinã z vnã esse z mirabiliter ordinatam:neq̃ tñ ex seipsa posse cõsistere.Cũ ex diuersis cõponat atq̃ mutetur merito cognouerunt ab alio dependere/ab alio inq̃ vno/atq̃ sapiẽtissimo:qui z vnũ ꝑficiat opus ex multis z id vnũ ubiq̃ ordinet sapiẽter.Regat preterea z potẽter / opus videlicet ingens atq̃ multiplex motu quidẽ ꝑpetuo atq̃ rapidissimo/nõ tñ ab errãte reuolutũ. ¶ Ducat quoq̃ benignissime singula ad bonũ mirifica tñ cõmoditate tñ facilitate currẽtia.Quãobrẽ cõmuni quadã cõceptione deũ esse pariter consenserunt/vnũ vniuersi regẽ potentẽ z sapientẽ atq̃ clementẽ.Que z terreni reges/rerũq̃.p.gubernatores pro viribus debeãt imitari.Post cõmunẽ hãc de deo cõceptionẽ/gemina rursus via ad deũ ceperunt planius atq̃ propius proficisci.Per alterã quidẽ negãdo/per alterã referẽdo.Nã illa quid ipsum bonum/ idest quid deus nõ sit argumẽtãtes probauerũt neq̃ eẽ quicq̃ ex his que capiunt sensib⁹/neq̃ ex his que mẽte cõprehẽdũtur:In hac aũt z creaturas ad creatorẽ z vicissim creatorẽ referẽtes ad creaturas/excogitauerunt:qua rõne z creator singula faciat atq̃ ꝑficiat:z creature ad ipsum sese uel habeãt/uel imitari/ uel cõsequi possint:Hactenus procedere philosophãtis ingeniũ Plato noster z in parmenide mõstrat z in libro superiore ꝑfirmat:Quod dionysius quoq̃ areopagita maxime comprobat.Procedere inq̃ hucusq̃ tũ radio quodã ab initio menti semel infuso/tũ accedẽte lumine diuinitus mẽtes assidue collustrãte.At vo qđ ipsuz in se bonũ sit: idest diuina substãtia/quẽadmodũ z in parmenide z hic ostendit/nemo per eiusmodi vias assequi põt solum vo per has illuc deniq̃ ꝓuenire ubi diuinũ bonum ob solã benignitatẽ suã amatorẽ suũ propius accedẽtẽ z propria luce formar / z calore fouet/z potestate trãsformat mentẽ/tũc demũ cognoscentẽ deũ cum ipsa iã facta sit deus.Quod qđẽ in epistolis quoq̃ significat. ¶ Postq̃ vo deũ philosophus platõ fuerit celestia gubernantẽ/tũc solũ:z solus poterit terrena diuinit⁹ gubernare.Qua quidẽ in re Plato minoem laudat ab ioue prius platõizando petẽtẽ leges q̃ ad hoies promulgaret.Mitto quãtũ multi laudẽt scipionẽ/qõ ioue magistro ad rem.p.accedebat.Quid de nũma pompilio dicã/ciuitatẽ religiosis legib⁹ gubnãte z Rõne z mosaice leges quibus deo populus diuine gubernaret/deo ipo docẽte ad hoies peruenerũt:hinc Aristoxenus narrat philosophoz indoz mysteria.quib⁹ ꝓtinet/absq̃ diuina regula z hac quidẽ a deo demõstrata / non posse qcq̃ uel priuatim uel publice recte feliciterq̃ vnq̃ administrari.Quoniã vo idẽ egyptij cõpertũ habebãt solis philosophis z his quidẽ absolutis/ atq̃ insup sacris regni gubernacula concedebant. Atq̃ usq̃ adeo putabãt nihil absq̃ diuino auxilio posse feliciter agi / ut oia publica a sacris uotisq̃ auspicarent.Nihil rursus absq̃ diuina quadã ispiratione intelligi posse adeo asserebãt quẽadmodũ refert iamblicus.ut oẽs apud illos philosophantiuz libri/mercurij dei nomini sint ascripti quasi nõ hominũ sint inuẽta/sz dei.Quod timeus quoq̃ significat dicẽs philosophiã donũ esse diuinũ:Ciuilem quoq̃ peritiã eẽ diuinũ munus in protagora z politico docet:Atq̃ ut ad hũc septimũ redeamus/nõ admittit quenq̃ ad hãc suã rẽ.p.gubnãdã nisi quẽ cõstiterit diuina quadã tam indole q̃ educatione/ utrũq̃ donũ diuinitus accepisse.quẽ soluz ubiq̃ legitimũ ciuẽ philosophũq̃ appellat.Sz cur diuino ad id munere opus esse dicit:Addito nũc alias rõnes.Quia videlicet cũ difficilimũ cuiq̃ sit seipsum feliciter gubernare/certe impossibile est ciuitatez/ ex tã multis diuersisq̃ cõpositã/cui z quotidie innumerabiles incertiq̃ imineãt casus/beate vnq̃ absq̃ deo beatitudinis auctore cõponere.hinc factũ est ut quelibet ciuitates ꝑpriũ quoddã numen agnouerint / quasi patronũ.huiꝰ vo numinis vicariũ z interpretẽ eẽ Plato vult ciuitatis gubernatorẽ.qui instar numinis z diuina contẽpleť/z humanis ideꝑpideat.Quãobrẽ malos hoies quasi diuini muneris oino expertes a re.p.procul expellit.Solos aũt accipit bonos.Neq̃ tñ oẽs:Nã ignaros theologie appellat cecos atq̃ somniãtes: utpote qui rerum imagines pro rebus accipiãt:stultũ vo censeť ciuitatis custodiã cecis somniãtibusq̃ cõmendare. At vo theologos/qui nullũ adhuc humanarum rerũ usum teneãt/nõ prius ad publicas res gerẽdas admittit/q̃ priuatis leuioribusq̃ tractãdis assueferint.Cõcludit interea nulli magistratũ esse dãdũ

nisi cuius vita sit melior magistratu/ipsumq; magistratū neq; petat/neq; etiaz appetat. ¶Tu vo ubi Plato in erudiēdo ciuili philosopho cui imaginē preponit spelūce:z vinculoz z luminis cuiusdaz/ vmbrarūq; z aque/speluncā intellige hunc quē videmus mūdū si ad mundū inuisibilē cōpareť/ vinculū vo corpus humanū:siue potiº perturbationē aium corpori alligantē. Umbras autē res oēs que sensus mouēt. Sūt enim he uerarū rerū ideſt idearū vmbre. Quod aūt dicit aīum nō absq; offensione repēte tū ab inuisibili mundo descendere ad visibilē/tū vicissim ascendere/duobº more Platonico modis potes accipere. tuz in hac vita:qñ videlicet absq; medio ab hoc humanoz studio/ad ipm supremū diuinoz studiū/atq; cōtra trāsit/tū inter hanc vitā atq; alterā. Qñ scilicet aīa uel impura a corporis tenebris ad diuinū migrat lumē/sub quo caligat ,prius z cruciať/uel a diuino lumine in corpus elemētale descēdens diu cecutit atq; turbatur. ¶Demēto vo luminis propriū esse oia facere atq; demōstrare/idq; est triplex/diuinū/ intellectuale/ visibile. Diuinū appellari solis utriusq; solē. Intellectuale/solē angelicū noiari/solis mūdani solem. Uisibile denicq; lumē/eē celestē solē eiusq; fulgorē. Quēadmodū vo fulgor a celesti sole per oia se diffundens/est imago actusq; solis.ita z lux que inest soli imago est actusq; mētis angelice. Lumē deinde in angelo diuini luminis actus est z imago. Et quēadmodū visibile lumē in natura pspicua duntaxat recipit/sic inuisibile in pspicaci natura. Tres eius modi soles Julianus Platonicus in libro de sole describens/addit ex phenicū theologia visibile lumen esse diuine angelicēq; intelligētie actū quēdaz perennē per solarē fenestrā ad oculos emicantem: atq; inde per materias passim pspicuas quasi conuenientes sibi diffusum. ¶Ceterū ne diffidas lumē hoc apparens esse luminis nō apparētis imaginē/ scito id lumē nō esse corpus. Corpora enim absq; offensione infectioneq; penetrat. Itē non fieri propriā cōpositi corporis qualitatē. Alioquin z ,pprīa requireret qualitatē elementoz calidā siue frigidā in eo precedentē/qō ipsum sit susceptūrū:z recedēte sole ad tēpus in perspicuo remaneret. Itē dimēsioni proprie nō astringi. Non enim tēpore peruenit:uel partē nūc illuminat z post partē. Adde qō amplū absq; sui dissipatione implet /vicissimq; in angustū sine uel sui uel uasis cōfrictione momento se colligit:neq; ,pprie corporeū est:sed inter īcorporea/z corpea mediū z pfecto ,pprīa celi qualitas: cuiº natura in corpeis est q̄ proxima: Cōmunicat quoq; elemētis oūtaxat perspicuis in hac ipsa perspicuitate celo similibº/pspicuis inq̄ primo lumen deinde calor.opacis aūt calor primo:lumē vo non prius q̄ per calorē ad naturā perspicuā rediganť. Corporibº aūt opacis/in quibº natura terrea oña tur/nō infundit. Nō qz penetrare non possit qñquidem z cristallū penetrat opacis multis solidius.sz quia natura terrea a natura celesti alieniſſima celestis qualitatis capax esse nō pōt. Cōmunicat tamē opacis calorē ut dixi nō tā ,pprīū celo q̄ lumē. Lū enim qz lucet ideo calet. ¶Qō aūt lumē a celo in pspicua nostra diffusum / solis imago rursus debeat appellari/hinc apparet qō ipsum est imaginum oium cōmunis proprieq; origo. Imagines enīz rerū sub ipsius fulgore resultāt:ipsumq; est imago tam potēs/ut appareat non solū qñ a speculari corpore resilit:Sed etiā qñ a sole prosilit. Quod ceteris imaginibus minime cōuenit. oēs tñ incorporee sunt/siquidez per totū momēto se fundūt eodemq; in puncto absq; mutua confusione sunt multe. Incorporeū ergo est z lumē:cuius id virtute perficit:proinde momēto solis radiū secū ferre actuz lucis vimq; calorīs. Ac per lucem quidē referre diuine z angelice intelligētie claritatē. Per calorē vo utriusq; uolūtatis charitatisq; affectū. Cū vo superi/quēadmodū z artifices opa per uoluntatē potius q̄ per intelligētiā agant/merito visibilis hic radius ex inuisibili illoz radio profluens/ per calorē agit singula que gignunť potius q̄ per lucē: Immo vo per lucē agit:sed rerū imagines spirituales. Per calorē vo corpeas q̄litates: Calorq; hic ita depēdet a luce quēadmodū in diuinis per ītellectum idealiter repñtať oia:per affectū ide surgentē oia generant: Nos vo hinc admoniti si natura terrea lumē celeste nō recipit/terrenos a nobis affectus lōgiº expellamus/ut diuino lumine impleamur. Ac si ultimū corpus nō accipit primi lumē.nisi caleat inde prius simileq; reddať / Eia/nos quoq; mentiū ultimi flagremus prius amore p̄me ut amore purgati.factiq; similes luceamus deinde diuinitº:ac pleno iā lumine gaudeamº. ¶Sed reliqua iā huius septimi pstringamº. Quoniā igiť triplex lumē est ut dixímº: visibile scilicet/z ītellectuale sup visum/z diuinū sup intellectuz: ideo Plato in tribus gradibus mētionē hic facit/de lumine scilicet in cauerna in nocte / in die tria videlicet lumina illa significās:Ter quoq; mētionē facit de aqua/in cauerna/in nocte/in die/sicut enim lumen z facit z demonstrat oia:Sic aqua lauat oia atq; repñtat/per primū quidē significat mores/per secūdū vo contēplationē. Et utrūq; tribus gradibº peragit: Nēpe per moralē ter lauat z purgat:primo quidē amputādo secūdos motus per virtutes ciuiles:deinde eosdem per virtutes purgatorias extirpādo:tertio per virtutes animi iā purgati motus primos absolutiſſime moderādo. Unde iā ad exēplares que in deo sūt virtutes perueniat:presertim per contēplationē:Cuius q̄dez tres sunt gradus/quos refert aqua ter noīata/quatenus ipsa imagines repñtando / refert intelligentiā:Diuina siquidē in tribus/ut ita dixeriz aquis repñtari vident:primo quidē licet cōfusius in rōnibº physicis:Secūdo distinctiº in mathematicis:Tertio clariſſime in methaphysicis penitus absolutis: Formas quidez physicas Plato oino materiales appellat/qz z cōmuni z proprīa materia idigēt / z absq; illa cogitari nō pñt: Mathematicas vo formas/non adeo materiales:qz z proprīa nō egēt materia/sz aut communi tantū ut dimensiones/aut nulla/aut numeri:atq; hec sine materia licet excogitare. Diuinas denicq; formas oino imateriales existimat. Resq; ueras quarū imagies q̄dē sint mathematice formē/ vmbre vo res naturales.mysteriū vo hoc est pythagoricuz. Cū ergo aīaduerteret:thalethē:democritū:anaxagoram tā negligētes in rebus diuinis iuisse q̄ diligētes in naturalibus. Pherecidē ptra z pythagorā pythagoreosq; omnes mathematicoruz principes/pariter

ſummos extitiſſe theologos moꝛibuſq; diuinos / me
rito partim rõne/partim experiẽtia ꝓcluſit curioſuz
naturaliũ ſtudiũ aĩam ſepiſſime a diuinis auertere.
Quã ꝛ ſalomon pꝛopterea occupationẽ peſſimaz iu
dicauit ꝛ miſeros qui nimiũ occuparẽtur in ea. Eoſ
dem in phedone ſocrates detestaꝫ: eos inq; qui natu
raliũ effectuũ cauſas/dũtaxat ad qualitates quaſdã
elemẽtales curioſi⁹ referẽtes/in eiuſmodi pꝛincipio ꝛ
fine deſcũt:neq; ſummũ vniuerſi ꝑncipiũ finẽq; ꝑqui
rũt. Quãobꝛẽ ſeptim⁹ hic liber ubi aĩam ad ſũmũ bo
nũ ſolẽq; ideſt deũ ideaſq; diuinas quaſi ſtellas cõue
nientibus perducit gradib⁹:nullã in ipſo aſcẽſu natu
ralis peritie efficit mẽtionẽ. Sz mathematicos quoſ
dã gradus ad diuina cõmodius perducẽtes adducit
in mediũ.inter quos duo ſunt puri:arithmetica eniz
circa puros uerſaꝫ numeros: ꝛ geometria circa pu
ras dimenſiones:Tres vo gradus ſunt mixti: Mã mu
ſica numeris addit uoces motuſq; ad auditũ ꝑcipue
ptinẽtes:Stereometria vo dimenſionib⁹ addit põde
ra: Aſtronomia numeris dimẽſionibuſq; celeſtes ſpe
ras motuſq; metit:Utitur autez Plato naturali peꝛi
tia in deſcẽſu potius q̃ aſcẽſu / quẽadmodũ in timeo
ꝛ phlebo/atq; parmenide ꝛ alibi ſepe docet. Jn de
ſcenſu enim per diuinas naturaliũ cauſas/naturalia
vult pꝛincipia demõſtrari: Jn aſcẽſu vo anxiam natu
raliũ curã/tanq̃ a diuinis ualde remotaz/diuertere
ab illis aĩam putat potius q̃ cõuertere. Dino aũt ꝛ
actiones oẽs etiã ſi honeſtiſſime videant/nihilipẽdit
niſi ad diuini boni imitationẽ ꝓſecutionẽq; ꝓducãt /
ꝛ ſpeculatiões ſimiliter oẽs ul' negligit niſi ad diuinũ
bonũ inueniẽdũ ꝓferãt:uel etiã detestaꝫ / ſiquo pacto
nos inde diuertãt. Pꝛoinde totũ philoſophie ſtudiũ
eẽ vult a ſẽſibilib⁹ ꝓuertere ad itelligibilia:ad ipm q;
bonũ/qõ intelligibiliũ lumẽ eſt ſupꝛemum aſcẽdere:
Aitq; quẽadmodũ ſe habet viſus ad viſibiliũ ſũmuz
ideſt ſolẽ/ſic itellectũ ad ſummũ intelligibilũ lumẽ.ſ.
deũ ſe habere. Ergo ſicut ſol generat oculũ ꝛ genera
do vim videndi largit / ꝛ genito actũ videdi cõtinue
pꝛeſtat/ſic deus ꝛ intellectũ creat creãdoq; intelligen
di vim pꝛebet:ꝛ creato cõtinue actũ intelligẽdi. Rur
ſus quẽadmodũ circa oculũ nihil opus eſt ab arte fie
ri/niſi purgare ipm atq; ꝓuertere ita circa intellectũ
duo dũtaxat põſtat philoſophia/purgãdo ſcilicet ipz
tũ a perturbationib⁹ tũ a falſis opinionib⁹:atq; ꝓuer
tẽdo per rõnes exhoꝛtationeſq; a ſenſibilib⁹ formis
ad intellectuales nobis inſitas formas:perq; has ad
formas itelligibiles ideſt ideas. Rurſus per ideas ad
diuinã mentẽ/qua cõpꝛehendunt idee:ab has deniq;
ad diuinũ bonũ/idearũ pꝛincipiũ atq; lumẽ. Cum er
go dicit aĩaz/a lucerna ad lunã / a luna ad ſolẽ attolli
ſignificat a formis naturalibus ad mathematicas/ab
his ad diuinas deniq; eleuari/nõ docẽdo quidẽ/diui
na enim ut tradit in epiſtolis doceri nõ põt / ſed pur
gando potius atq; cõuertẽdo. Mã his peractis/ſicut
ſol qui eſt viſibilium lumen/mõſtrat oculo viſibilia/
ita ipſum bonũ qõ intelligibiliũ lumẽ eſt intelligenda
intellectui patefacit. Sz de his in theologia noſtra la
tiſſime: Jtaq; nemo mirari debet Platonẽ:doctrina
li ſcribendi ordine uti rariusꝫ:purgatoꝛio vo atq; ex
hoꝛtatoꝛio.i.conuerſoꝛio ſemp. ¶ Poſt hec nota ex
eoꝛũ numero que ſentiũtur/illa potiſſimũ intelligẽtiã
excitare/que haud plane per ſenſum a ſuis oppoſitis
diſcernunt:ideoq; intelligẽtia indigẽt diſcernente.
Jtẽ numeros nõ eẽ coꝛpoꝛeos. Siquidẽ nihil aliõ
numerus eſt q̃ vnitas repetita. Unitas aũt non eſt
coꝛpus. Nõ enim in partes diuidit:que ſi fingatur
diuidi:nõ ſecat/ſed potius multiplicat/multiplica
tur inq; in ſeipſam/non in partes ullas. pars enim
quelibet toto ſolet eſſe minoꝛ. Nulla vo vnitas nel
maioꝛ uel minoꝛ eſt vnitate. Atq; hec ipa vnitas nu
meruſq; ad incoꝛpoꝛeã nos eẽtiã erigũt:ſimiliter
quoq; figure/quarũ ratio uera in mẽte reperit po
tius q̃ in coꝛpoꝛe. Similiter aſtronomia ex oꝛdi
ne celi motoꝛis rõnem indagare videt. Eũ Plato
aſtronomũ negat ſupna ſuſpicere/qui ab ipſo celo
nõ pꝛoſpexerit ſup celũ. pꝛeſertim qꝛ celeſtia cũ ite
gruz nõ impleãt oꝛdinẽ/nimirũ a ſupioꝛe quodam
ꝛ integro oꝛdine pendent. Beridet ꝛ muſicũ niſi a
conſonãtia uocis ad intellectualem ſe recipiat ꝓſo
nantie rõnẽ. Deniq; dialecticã ideſt methaphyſicã
ſiue theologiã oĩbus facultatibus añponit/ꝛ ducẽ
tẽ oẽs ꝛ ad ſuũ officiũ utẽtẽ miniſterio ſingularũ.
Officiũ vo eius eẽ per totã ipſius qõ dicit ens pꝛo
gredi latitudinẽ. Atq; ad ipſum bonũ totius entis
cauſam ſe cõferre. Et in ipſo entiũ oꝛdine q̃d vnuz
quodq; ſit definire/rõnẽ cuiuſq; eẽntie aſſignãdo:
quidue quãlibet ſequaꝫ eſſentiã demonſtrare. Cete
ras aũt facultates pꝛe huius nobilitate iudicat eſſe
ſeruiles. Aut enim ad opiniones hoĩum declinant
uel ad generationes compoſitioneſq; iferioꝛ / uel
ad cultũ eoꝛ que gignunt. aut ſaltẽ ꝛ ſi ad incoꝛpo
rea ſeſe pꝛo viribus erigũt / nihilominus circa illa
quodãmodo ſomniãt: Quales eſſe inq̃t mathema
ticas diſciplinas. Mox vo duo ſubiũgit genera. eſ
ſentiam ſcilicet atq; generationẽ. Ad illã quidẽ itel
ligentiã. Ad hãc aũt opinionẽ exiſtimat pertinere
Rurſus in intelligẽtia ſciam quidẽ dicit eſſentiã cõ
ſequi ad dialecticũ pertinentẽ:cogitationez vo ſeq
eſſentiã/ꝛ ad mathematicũ attinere. Jn opinione
ſimiliter fidẽ imaginationẽq; cõnumerat. ꝛ per illã
quidẽ coꝛpoꝛa ꝑcipi:per hãc vo imagines coꝛpoꝛ
atq; vmbꝛas. Deinde concludit ceteras facultates
abſq; dialectica eẽ cecas. Atq; eas ſimul ꝛ dialecti
cam inſup uanas eſſe/niſi ipſam boni ideã pſpicue
nouerint. perq; ipſam in ſingulis ſciãt a falſis uera
bona diſcernere. Eũ vo qui boni ignoꝛauerit rõnẽ
ꝛ in ſomnijs hic illuſuz turbari/ꝛ ad inferos deſcẽ
dentẽ/illudi magis atq; uexari. Subdit eũ hoiem
eſſe claudũ qui ad alterutrũ ſiue ad agẽdũ ſiue ad
ſpeculandũ ineptus ſit atq; ĩperitus. Quapꝛopter
ad gubernãdũ eligit illas/qui ad utrunq; ꝛ apti na
tura ſint ꝛ diſciplina ſufficienter inſtructi. Interes
nota mẽdacẽ quaſi mancũ ꝛ mutilatũ a re.p.exclu
dendũ. Mẽdacẽ vo noiat/ꝛ qui dedita opera mẽ
titur alijs/ꝛ qui per ignoꝛãtiã mentit ipe ſibi. Me
mento ꝛ laboꝛes animi grauioꝛes eſſe q̃ coꝛpoꝛis:
ideoq; in iuuentute diſcẽdũ liberaleſq; diſciplinas
pꝛocul a ſeruitute docendas. Neq; tñ dialecticam
adoleſcentib⁹ eſſe tradendaz. Nõ philebus quoq;
nos docet. Nam ut phedrus quoq; diſtinguit:duo
nobis oĩuz inſunt duces:inata videlicet cupiditas
uoluptatũ/ꝛ acqſita quedã per educationẽ opinio
dictans honeſta ꝛ iuſta nobis a legibus definita in
oĩbus eſſe ſeruãda. Duo vo hi duces ſepiſſime in

contraria

contraria distrahũt. Aũ vo differendi facultas si tradat adolescẽtib⁹ / opionẽ honesti debilitat/vñ euadũt intẽperãtes/imo ⁊ supbi ⁊ impij/ut in phi lebo quoq; ⁊ legib⁹ legit/iccirco añ trigesimuz eta tis annũ in mathematicis erudiẽdi sunt atq; in pu blicis negocijs per iterualla pariter exercẽdi. Luz vo ad trigesimũ puenerint/ad dialecticã admitten di/ita tñ ut rursus per iterualla reuocent ad publi cas actiones. Lu vo differẽdi idustriã a forma q̃dẽ sua dialecticã noia:ab exordio logicã:a fine metha physicã atq; theologiã: Scito ⁊ ad eiusmodi diale ctice finẽ quasi diuinum hoies in q̃nquagesimo eta tis anno uocari: ꝓpterea qõ ad diuinoꝝ ituitũ pur gata mente opus est atq; serena: Interea hic aiad uerte qõ ⁊ hic ⁊ in theologia sepius usurpamus/a Platone notari tria quedã:radiũ.s.lumẽq; ⁊ lucẽ. Radiũ q̃dẽ esse singulis mẽtib⁹ sicut ⁊ oculis ꝓpri um ⁊ näliter insitũ. Lumẽ vo cũctis oculis esse cõe. Lucẽ deniq; diuinã ꝓesse lumini mẽtiũ oium cõi/ quẽadmodũ lux in sole ẽst lumini oculoꝝ eque cõ muni. Cõcludit ciuẽ postq̃ boni ipsius lucẽ ⁊ per radiũ inde sibi näliter insitũ ⁊ per lumẽ eiusdẽ rur sus infusum fuerit ꝓtẽplat⁹/oportere ciuitatẽ ad bo ni ipsius exẽplar pro viribus gubernare.

¶Septimus liber de Justo.

SOCRATES: GLAVCO. SO:

POst hec naturaz nostrã quo ad eru ditionẽ ⁊ ruditatẽ ptinet tali quadaz imagine cõtẽplare: Finge aio subter raneũ specus/cuius igressus vsus lu mẽ per antrũ totũ perui⁹ vndiq; pa teat. In eo hoies nutritos a pueritia ceruicẽ ⁊ crura ita deuictos/ut ⁊ imobiles pmane re cogant/⁊ ad anteriora solũ ꝓspicere:capita vo vinculis adstricta circũducere nequeãt: Post ter gũ aũt supne ac ꝓcul ignis lumẽ sus pẽsũ sit: Interq; ignẽ ⁊ vinctos hoies via supior pateat:secus quaz paries sit ꝓstruct⁹ exiguus sicut plerũq; pstigiato rib⁹ miracula fingẽtib⁹ scene seu cortine alique sup quib⁹ sua mirãda demõstrãt/corã spectãtiũ oculis apponũtur. GLAV: Esto. SO: Cogita rursus ho mines itra parietẽ ferẽtes uasa ⁊ opificia uaria/su pra parietẽ eminẽtia. statuasq; hoium ⁊ alioꝝ aia liũ lapideas ⁊ ligneas imagines/modisq; uarijs fa bricatas. Atq; ut ꝓsentaneũ est qui hec circũferunt partim sileãt/partim loquant. GLAV: Quã porrẽ tosa hec figmẽta sunt. SO: At similes isti nobis sũt. Nã primũ q̃dẽ putas istos aliud q̃cq̃ uel sui ipsoꝝ uel ꝓximoꝝ hoium videre preter vmbras que ex igne ad aduersaz spelũce partẽ cadũt: GLAV: Ni hil aliud: si nunq̃ in vita mouere capita potuerũt. SO: Quid aũt eoꝝ que circũferunt/nõne vmbras dũtaxat: GLAV: Nepe. SO: Si ergo iuicẽ loq̃ li ceret/nõne ista que corã viderẽt loq̃ opinarentur: GLAV: Necesse est. SO: Aũ si echo ex aduersa parte carceris resonare/quotiẽs ꝓtereũtiũ aliq̃s lo queret: putas ne ipsos nisi trãseũtiũ vmbras aliud putare qõ loquit: GLAV: Nõ per iouem. SO: Di no igit tales nihil uerũ eẽ nisi fabricatarũ rerũ vm bras arbitrarent. GLAV: Ita prorsus necesse est. SO: Cõtra vo nũc aiaduerte qualis foret eoꝝ a vi culis solutio ignorantieq; curatio/Nepe siq̃s eoꝝ sol ueret/cogeturq; repẽte surgẽ/colluz vtere/ambula re/lumẽ ipm aspicẽ: dolere ꝓtin⁹: nec ꝓpter splẽdorez itueri posset illa quoꝝ vmbras añ cernebat. Lũc siq̃s illi dixerit/pri⁹ eũ spectasse nugas in pñti aũt reb⁹ ue ris eẽ ꝓpinquorẽ: ueriusq; ispicere: ac ꝓtereũtiũ quẽq; mõstras/q̃d sit quesiuerit: nõne illũ uacillaturũ putas arbitraturũq;/ueriora eẽ que añ cernebat/q̃ que nũc ostẽdũtur: GLAV: Multũ. SO: Et si coegerit eum lu mẽ aspicẽ: nõne dolore oculoꝝ affici ipm putas: ocu losq; ad ea que facile pri⁹ viderat/retorquere: certio ra ipa existimãtẽ q̃ que subito offerunt. GLAV: Ita nimirũ. SO: Si vo aliq̃s eũdẽ per aspa atq; ardua sur sum traheret violẽter/neq; pmitteret q̃cq̃ aspicere an teq̃ ad solis lumẽ traxerit/nõne dolere ipz ⁊ egre fer re dũ raptaret/existimas: Et cũ ad lumẽ euect⁹ fuerit oculos splẽdore suffusum herere: nihilq; ex his posse ꝓspicere que uera nunc ab hoib⁹ existimant. GLAV CO: Nihil certe subito. SO: Cõsuetudine igit primũ op⁹ est/si supa ispecturus sit. Umbras q; primũ facili⁹ intuebit. post hec in aq̃s hoium ceteroꝝ q̃ imagines. Ipsa vo deinde/postea que in celo sũt ⁊ ipm celũ no cte facili⁹ ꝓtẽplabit/dũ astroꝝ ⁊ lune lumẽ spectabit/ q̃ si solẽ ipm die solisq; fulgorez ituear. GLAV: Pro culdubio. SO: Atq; ita demũ solẽ ipm suspiciet. neq; iã in aq̃s ⁊ aliena in regiõe simulachra ipi⁹ spectabit: sz ipz ꝑm seipsuz in sede ꝓpria speculabit: ⁊ qualis sit cognoscẽ poterit. GLAV: Necesse est. SO: Aiaduer tet tãdẽ ipm eẽ: qui tẽporã ⁊ annos tẽperat: qui oia re git que sub celo sunt. qui oium que añ ab ipsis visa sũt modo quodã est auctor. GLAV: Certũ est huc illum hisce gradib⁹ ascẽsurũ. SO: Quid si habitationẽ pri stinã memoria repetat/⁊ illoꝝ hoiuz sapiaz/atq; vin cula: an nõ cẽses eũ beatũ se loci mutatiõe existimatu rũ/illos aũt miseraturũ: GLAV: Et maxime quidez. SO: Preterea siq̃ honores ibi inuicẽ exhibebantur ⁊ laudes/dabãturq; pmia illi qui trãseũtia quelibet acu te cerneret/recordareturq; maxime que ex illis prio ra/que posteriora/que pariter ꝓgredi soleãt/atq; ex his futura optime ꝓsagiret/hec ne desideraturũ ipm putas: beatosq; illos qui apud eos honorant ⁊ dñan tur existimaturũ/uel qõ ait Homerus sibi cupet eue nire/in alieno.s.rure ex sortis alicuius serui mãcipiuz effici/⁊ qõlibet aliud ꝓpeti potius q̃ opionib⁹ illis il ludi ⁊ in ea miseria degere. GLAV: Arbitror eũ que cũq; alia potius q̃ vitã eiusmodi electurum. SO: Si rursus iste descẽdat/eandẽq; sedẽ quã antea nanciscatur/nõne cum repẽte a sole discesserit/tenebris obfun detur: GLAV: Uehementer. SO: Ac si vmbras illas discernere oporteat/deq; ipsis disceptare cũ illis qui perpetuis vinculis presti sunt ꝓferẽdaq; sentẽtia sit/ eo ipso in tẽpore/quo oculi ipsius allucinãtur/anteq̃ acies expurgetur: qõ q̃dẽ nõ breui fiet/an nõ risum cõ citabit: eiq; ab oib⁹ dedecori dabitur/ qõ postq̃ sur sum ascendit/corruptis reuersus est oculis. diceturq; nunq̃ ad supa ꝓtẽdendũ esse/⁊ eũ qui soluere tẽtet ⁊ sursum ducere si deprehẽdatur/ ꝓtinus occidendum. Tota hec imago o amice Glauco referẽda est ad illa que supradicta sunt. Carcer quidez iste ad eã que cer nitur oculis/mũdi machinã. Lumẽ vo ignis in specu ad solis potẽtiã. Postremo si ascẽsuz ad supa eorũq; ꝓspectum/rite ad eum qui ad intelligibilem regionez

Declaratio similitudinis sperne

Socrates q̃ plurima de regia optimatum vita tractauit: multa etiaꝫ de ꝓria eius tyrãnide disputat: ut ꝛ illã tanq̃ beatissimã cõprobemus/ꝛ hãc reprobem⁹ quasi miserrimã. Quod nõ solũ igit in octauo/sz in nono insup agit de tyrannide: qua scilicet rõne potissimũ fiat ex populari/qualis quoq̃ sit/q̃ noxia/q̃ infelix. quo videlicet primã que in aio fit tyrãnidẽ totis viribus deuitemus. vicissimq̃ regnũ aio intimuꝫ cõplectamur. Per hec statiꝫ ad primũ redibit disputationis vniuerse propositũ. Quo utiq̃ statuit demõstrare/iustitiã nõ opinione dũtaxat humana esse laudabilẽ: sed etiã ipsa sui natura ꝛ honesta mirũ immo dũ ꝛ salutari esse añ oĩa uenerandã. Iniustitiã quoq̃ nõ ob metũ uel legũ uel infamie solũ vituperãdã esse: sed etiã propter ipsum malefice nature sue uenenum procul effugiendã. Justitiã vo cũ noĩat/alias legalem cõmunẽq̃ designat iustitiã/virtutẽ scilicet vniuersaꝫ sub legũ prouidẽtia institutã. alias iustitiã magis propriã siue distributiuã: per quaꝫ ꝛ in ciuitate pro meritis honores/pmia/pene/distribuuntur: ꝛ in aĩa partibus aie pro dignitate nature actiones ꝛ munera tribuunt: siue cõmutatiuã/per quã ꝛ in ciuitate equo ꝛ legitimo precio/res/uel reb⁹/uł pecunijs cõmutant: ꝛ in aio ita quasi similiter cõmutãtur officia/ut quantũ ratio inferiorib⁹ cõsulit/tantũdez vires inferiores pro rõnis iperio necessaria subministrent: Inter hec nota tyrannicũ aium ita perturbatũ esse / ut propie iudicet libidine perdit⁹ ꝛ temulẽtus/ꝛ furiosus/atq̃ immanis. Quippe cũ quasi fera ĩmanib⁹ q̃s libidinibus rapiatur/quarũ feritatẽ ceteri solũ somniãtes interdũ experiũtur. Que vo hic ad falsitatẽ ꝛ ueritatez ꝛ uaticiniũ somnioꝝ ptinẽt/in theologia abunde tractamus. Cõsidera q̃ diligenter mala cõnumeret oĩa/qb⁹ ciuitas oppressa tyrãnide pmit. Quãue apte totidẽ mala ac etiã plura in tyrãni aio numerat: adeo ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationez totã huc tẽdentẽ ut sapiẽs iustaq̃ vita vite ꝛie proferatur/in tria redigit capita. Primuꝫ esse vult: quod hactenus est tractatũ: ex cõparatione videlicet iusapiẽtis iniustiq̃ hois ad ciuitatẽ quandaꝫ nulla sapientia

ꝛ iuſtitia gubernatã. Vbi profecto apparet ꝛ ciuitatẽ illã ꝛ hoiem equa rõne peſſime ꝛ infeliciſſime ſe habere. Secundũ vo caput nũc aggredit/diſtinctionẽ illã partiũ aie repetẽs in rõcinãdi ꝛ iraſcẽdi ꝛ cõcupiſcẽdi naturas: quibus tres quoq; vitas accõmodat/philoſophicã ambitioſamq; ꝛ cupidã/cupidã inq; pecuniarũ gratia uoluptatũ: ideoq; auara etiam noiatur. Tres ſimiliter diſponit ptes in ciuitate / magiſtratꝰ/milites/queſtuarios. probat deinde vitaz virtute predita magis eligendã eẽ q; vitioſam: pterea qõ ſit reuera ſuauior. Nẽpe cũ triũ illoꝝ quilibet vite ſue uoluptatẽ ceteris pferat/ſolus id philoſophus põt recte diudicare/opus enim eſt ad iudiciũ experientia/prudentia/rõne. Principio quantũ ad experientiã pertinet philoſophus quidẽ ꝛ ſui propriaz ꝛ alioꝝ uoluptates eſt expertus: quo fit ut facile que ſit preferẽda cognoſcere poſſit. Ceteri vo philoſophantis gaudia nunq; deguſtauere. Ideoq; uoluptates ſuas cũ philoſophantis gaudio cõparare nõ pñt. Preterea ſolus philoſophus perfecta pollet prudẽtia ꝛ aſſignãdarũ induſtria rõnũ: que quidẽ duo reliqua ſũt ad iudiciũ neceſſaria. Cũ ergo philoſophꝰ ſapiẽtis iuſteq; vite gaudia ambitioſe libidinoſeq; vite añponat oblectamentis/iure ex ipius iudicis ueri ſnia vitã virtutẽ rectam vite vitio diſſolute añferre debemus. Tertium deniq; caput inde potiſſimũ exordit/qõ in ſolo ſapiẽte iuſtoq; viro uoluptas uera repiri põt. In ceteris aũt uoluptatẽ falſam ꝛ vmbratilẽ eſſe cõſtat. Qõ quidem ita probat uoluptates ut plurimũ uehemẽtes repletiones quedã ſunt indigẽtie. Atq; ubi ꝛ qõ ipletur ꝛ qõ implet uerius perfectiuſq; eſt/impletioniſq; modus purior atq; efficacior / ibi uerior eſt uoluptas ꝛ perfectior ꝛ ingẽtior: Cũ igit intellectus ueritaſq; itelligẽda uerioꝛẽ perfectioꝛẽq; naturã habeãt q; ſenſus atq; ſenſibile ac ueritas iteri⁹ penetret itellectũ q; ſenſibilẽ ſenſum: ꝛ ſine mixtione doloꝛis accedat/ſequit uoluptatẽ intelligẽtie uerioꝛẽ eſſe atq; perfectioꝛẽ: Inter hec caſu quodã neſcio quid interſerit mathemati cũ cui⁹ declarationẽ ex cõmentarijs in timeuz accipies oportuni⁹: Attẽde deinceps ad illã aie nature figuram/in qua ſub multiplicis beſtie noie intellige cõcupiſcẽdi naturã. Sub figura leonis/iraſcẽdi vigorem: ſub forma hois rõnẽ/ꝛ vide q; expreſſe depingat ambitioſi/iniuſti/libidinoſi hois vitã / immo miſerã ſeruitutẽ. Itẽ ibidẽ accipe formulã/qua poſſis trãſitum aiarum in beſtias ita interptari ut in beſtiarũ affectꝰ ꝛ habitus potiꝰ q; in corpora migrare dicãtur: Preterea memẽto/quẽadmodũ in corpore pſpicacia ſenſus/ſanitas/robur/pulchritudo/nõ opinione/ſed natura ſũt bona eorũq; ẽria: mala ſimiliter: ſic in anima prudẽtiã/tẽperantiã/fortitudinẽ/iuſtitiã naturaliter eſſe bona/naturaliter quoq; horꝝ ẽria mala. Deniq; accipe totius vite formã/per quã ita corporea cũcta diſponas/ut animi tẽperãtie cõſonent. Atq; eatenus eligas ſingula/quatenus cõferũt ad animi ſanitatẽ: ꝛ contra que hãc ipediũt procul effugias. habites ſemper mentis arcez. Atq; ab ea nullis aut illecebris aut minis te precipitari permittas: Cum vo ꝛ teipſum ꝛ alios ita formare uolueris ſuſpice pſpicuũ rei. p. hui⁹ exẽplar in celo: in celo inq; idẽſt ordine celeſtiuz motionũ/atq; altius in mẽte diuina: ut inde tãdẽ ad ipſi⁹ imaginem/teipſum primo/deinde familiam/tertio ciuitatẽ iuſte feliciterq; componas.

Decimus liber de Iuſto.

Deinceps cõſiderandũ reſtat: quarõne vir tyrannicus ex populari fiat. qualiſq; ſit. ꝛ nũquid vitã ducat miſeram an beatã. ADI: Certe id reliquuz eſt. SO: Scis quid adhuc deſiderẽ. ADI: Quid. SO: Hõdũ ſuffi cieter diſtinxiſſe videmur/quot ſint ꝛ quales cupiditates. Ac niſi id cõſtet/obſcurior erit eius quod querimus inquiſitio. ADI: Oportunum vo adhuc erit. SO: Prorſus quidẽ: atq; aduerte quid in eis noſſe uelim. Eſt aũt tale. Earũ uoluptatũ ꝛ cupiditatũ que nõ neceſſarie ſunt/videnť mihi quedã eſſe legibus repugnãtes que oibus quidẽ inſunt/a legibus autẽ ꝛ melioꝛib⁹ cupiditatib⁹ cũ rõne pariter caſtigate/in quibuſdã hoib⁹ uel oĩno obſoleſcere/uel adeo repimi/ut rare admodũ exileſq; reddãtur. In alijs autem uehementioꝛes frequẽtioꝛeſq; euadere. ADI: Quas potiſſimuz iſtas uocas. SOCRA: Que in ſomnijs ſepius excitanť: qñ animi pars illa ſopita languet/que rõnis eſt particeps ꝛ manſueta eiuſq; dña: Alia vo in qua feritas eſt ꝛ agreſtis immanitas/cũ ſit immoderato repleta potu atq; paſtu/exultat/tẽtatq; excutere ſomnũ/ꝛ ſolitis libidinib⁹ indulgere. Tũc quippe nihil eſt/qõ nõ audeat. ueluti ſoluta ꝛ libera oibus uerecundie prudẽtieq; pceptis: Vt aut cũ matre coꝛpus miſceri videat: aut cũ quo vis alio hoie uel deo / ſepe ꝛ belua/atq; etiã trucidare aliquẽ ꝛ impie cruẽtari/ꝛ a nulla prorſus uoracine abſtinere: nec ut breui cõplectar ab ulla inſania uel impudentia tẽperare. ADI: Vera nimiũ loqueris. SO: At cuz dꝫ ſalubri ꝛ moderato cultu atq; victu / quieti ſe tradiderit/ea parte aĩ in qua eſt ratio/excitata ꝛ recta: ſatura taq; bonarũ cogitationũ epulis. ꝛ ad ſeipſaz prẽplando cõuerſa / ea vo parte animi que uoluptate alit/nec inopia preſſa/nec ſacietate affluẽti/ut quieſcat maxime/neq; optimã partẽ illã aut geſtiẽdo/aut merendo pturbet/ſed ſinat eã per ſeipſam ſolã ac purã conſiderare/indagare atq; percipere quicq; ignotũ hactenus/uel pñtium/uel preteritorũ/uel futuroꝝ. Illa etiã tertia parte animi/in qua irarũ exꝛtuat ardor/ſedata atq; reſtincta uſq; adeo ut nulli infenſa quieſcat: atq; ita inq; partibus ꝺdẽ duabus pacatis/mẽte vo erecta/ſomno ſe cõparet/tunc demũ mens pura ueritatẽ attingit: neq; inſomniorum viſa nefaria ſeſe objciunt. ADI: Sic prorſus exiſtimo. SO: Quid plura. Id ſũmatim uolumus. Vni cuiq; ineſſe ſpẽm quandã cupiditatũ dirã agreſtẽ/atq; iniquã. atq; etiã in his qui iter hoies maxime moderati videnť. Quod inſomnis fit manifeſtum. Siquid ergo dicere videor ꝛ conſentis aiaduerte. ADI: Conſentio equidẽ. SO: Recordare qualẽ virũ eſſe diximus populare. Erat aũt is/qui ab ineũte etate ſub parco nutritus eſt patre. qui lucri cupiditati indulſit ſolũ. ceteras vo nõ neceſſarias / ſed ludi ornatuſq; comites / ſpreuit. Nonne ita. ADIMAN: Ita prorſus. SO: Cõuerſatus deinde cum elatioribus viris / pleniſq; libidinib⁹ his quas modo narrauimus/declinare cepit ad petulantiã oẽz

eorũq; mores: paterne parsimonie odio: Cũ vo in genio melioꝛe eẽt q̃ corꝛuptores: utrinq; distract⁹/ mediã nactus est utriusq; moꝛis affectiones. modeꝛate utrũq; secutus ut in spe putat/ neq; illiberalẽ/ neq; dissolutã vitã agens: ex paucoꝝ potẽtie cupido mutat⁹ in populaꝛẽ. ADI: Erat utiq; ꝛ est circa huiusce modi viꝛos hec opinio. SO: Pone rursus huius grãdioꝛis effecti filiũ/ primis ab annis/ sub paꝛẽtis moꝛibus enutritũ. ADI: Pono. SO: Pone iterũ eadẽ sibi accidere que patri ꝓtigeꝛant. ut ad omne trahat flagitiũ ꝛ lasciuiẽtis vite licentiã. quã tñ hi qui trahũt integrã noient libertatẽ. Pater aũt alĩq; domestici medĩs istis cupiditatibus suffragent: Qui vo ipsi opem suggerũt/ qñ scilicet iã sperauerint uehemẽtes illi incantatoꝛes/ nutrito resq; tyrãnidis/ adolescentẽ se nõ aliter continere posse/ amoꝛẽ in eo aliquẽ quibusdã machinationibus excitẽt/ ꝑsidẽ tutoꝛẽq; ociosoꝝ ꝛ ad libidines illi subministrantiũ desideꝛioꝝ/ alatũ certe ꝛ ingẽtem fucũ. Nunquid aliud amoꝛẽ taliꝰ esse putas: ADI: Nihil aliud. SO: Añ vo circa ipsum susurãtes cupiditates alie referte nidoꝛe/ vnguẽtis/ coꝛonis ac mero. resolutisq; cõsuetudinũ taliũ uoluptatibus/ coaugẽt pꝛoꝛsus alũtq; desideriũ illud/ atq; ita fuco aculeũ addũt tũc iã hic animi pꝛesce furit oino/ demẽtia ipsa feruet/ atq; stipatus inde satellitibus ꝛ stimulo percitus/ ac siquas itra se frugales ꝛ uerecũdas opiniones cupiditatesq; offenderit/ extirpat eas pꝛotinus ꝛ expellit: quousq; tẽperãtiã omnes eĩciat/ seq; foꝛensi ꝛ aliena insania repleat. ADI: Egregie tyrãnici viri refers oꝛiginẽ. SO: Nõne ꝛ olim hãc ob causam amoꝛ tyrãnus est dictus: ADI: Videt plane. SO: Et ebꝛius vir o amice non ne tyrãnicũ gerit aium: ADI: Sane. SO: Quinetiã furiosus ꝛ extra se positus/ non solũ hoibus sed ꝛ dĩjs imperare cõtendit/ speraq; se id cõsecuturũ. ADI: Uehemẽter. SO: Tyrãnicus aũt o beate vir reuera fit/ qñ uel natura/ uel studĩs uel ambob⁹ temulentus. amoꝛi obnoxius. furiosus euadit. ADI MAN: Pꝛoꝛsus ita se res habet. SO: Ita igit talis vir ut apparet efficit. Uiuit autem quo pacto: ADI: Id vo ut aiũt qui iocant/ mihi tu dices. SO CRA: Dico eẽdẽ. Post hec ut arbitꝛor festis indulgẽt bachanalib⁹/ cõmessationibus/ scoꝛtis. ceteriq; huiusce modi oibus: hi quoꝝ tyrannus amoꝛ intus animi incolẽs penetralia regit oia. ADI: Necesse est. SO: Itaq; multe pꝛofecto dieiq; noctesq; uehementes cupiditates multoꝝ indige pululant. ADI: Multe quidẽ. SO: Cito igit siqui pꝛouẽtus extiterint ꝓsumunt. ADI: Quid ni: SO: Post hec utiq; fenera ꝛ patrimonĩ dissipatio. ADI: Pꝛo culdubio. SO: Añ vo deficiũt oia/ necesse est cupiditates uociferari atq; cõqueri. que quidẽ frequentes ardẽteq; in nido animi delitescunt: Eos aũt ueluti stimulis quibusdã perculsos/ libidinib⁹ scilicet alĩs: pꝛesertimq; amoꝛe aliarũ oium tanq̃ satellitũ duce iactari/ efferriq; ad explozãdũ/ siquis quicq̃ possideat: qõ uel fraude surripi uel vi eripi possit. ADI: Maxime. SO: Quapꝛopter cogunt/ uel vndiq; usurpare/ uel ingentibus stimulis ꝛ dolozib⁹ cruciari. ADI: Cogunt plane. SO: Huz quẽadmoduz noue cupiditates ipsius adulte/ pꝛistinas exsuperarũt ꝛ que illarũ erãt/ usurpauere/ ita ꝛ ipse iustũ esse cẽsebit ut ipse iunioꝛ plus habeat q̃ parẽtes: ꝛ si poꝛtionem suã cõsumpserit/ paterna insuper eroget. ADI: Cur nõ: SO: Quod si parẽtes illi nequaq̃ permiserint/ pꝛincipio furari/ eosq; decipere aggredieꝛ. ADI: Omnino. SO: Sin istud non poterit/ rapiet iã vimq; parẽtibus inferet. ADI: Sic arbitꝛor. SO: Ac si pater materq; senex o mirifice vir resistant repugnẽtq; nunquid eos uerebit atq; ita se cõtinebit ut nihil agat tyrannicũ: ADI: Patri equidẽ ac matri sic affecti hois timeo. SO: Per iouẽ o adimante nunq̃d gratia nup amate cuiusdã cõcubine nõ necessarie/ uetereꝰ amicã necessariãq; matrẽ/ aut gratia specioꝛi alicui⁹ nup amati adolescẽtis nõ necessarĩ/ deseꝛtoꝛes ꝛ necessariũ semẽ patrẽ/ ꝛ amicoꝝ oium antiquissimũ/ videt tibi vir talis uerberibus obiecturus eosq; illis subiturus/ si eandem in domũ cõduxerit: ADI: Per iouẽ oino. SO: Quã beatũ esse videt/ tyrannicũ filiũ genuisse: ADI: Nõ multũ. SO: Quid vo: cũ parẽtuz supellectilis non sufficiet/ in eoq; iã erit examen ꝓfertissimũ uoluptatũ/ an nõ pꝛimo parietẽ alicui⁹ perfodiet domus: uel nocte tarde euntis palliũ rapiet: Deinde etiã tẽplũ aliqõ expoliabit atq; in his oib⁹ eas quas oliz a pueritia de honestis ꝛ turpibus quasi iura quedã ex quibus iudicabat/ opiniones habuerat/ Ille que nup a seruitute solute sunt/ tanq̃ satellites stipantes amoꝛẽ/ vna cũ eo iã superabũt. Que quondã doꝛmiẽte illo per insomnia soluebant: qñ adhuc erat ille sub legibus paterniscq; pꝛeceptis populari in seipso institutus cõditione. Tãdẽ vo amoꝛis tyrãnide irretitus/ qualis raro erat in somnis/ talis semp erit vigilãs: Nã ꝛ a nulla cede impia abstinebit/ uel inglutie uel facinoꝛe. Sed tyrãnice in ipso amoꝛ omni cuz licẽtia ꝛ trãsgressione viuẽs/ utpote qui solus sit dñs/ sibi subiectũ hoiem tanq̃ ciuitatẽ impudẽter ad oia rapiet/ vnde ꝛ seipsuz ꝛ turbã suoꝝ satellitũ nutriat: partim extrinsecus ingressam ex impꝛoba quadã cõsuetudine/ partiz intrinsecus ex eisdẽ moꝛib⁹/ ab ipo solutã ꝛ liberatam: Nonne hec talis hois vita: ADI MAN: Hec pꝛoꝛsus. SO: Ac si pauci tales in ciuitate sint/ ceteri vo oẽs modesti/ pꝛodeũtes aliũ quẽptã utpote satellites armant muniũtq; tyrãnũ ac si usꝑ piã bellũ imminet/ stipẽdio cõducti pꝛopugnãt: siue pax agat/ ibidẽ in ciuitate/ minuta mala pmulta cõmittẽt. ADI: Qualia: SO: Furabunt. muros fodient. marsupia incidẽt: Expoliabũt pꝛedabũturq; sacra rapiẽt. captos hoies seruire cogẽt. necnõ calũniabunt qñq; si dicẽdo facũdi sint. periurq̃; decipiẽt hoies ꝛ munerib⁹ coꝛꝛũpent iudices. ADI: Minuta hec dicis mala/ si pauci tales sint. SO: Hec quidẽ si ad maioꝛa cõparent dicunt exigua. Atq; hec oia ad tyrãnũ pꝛa uitare ꝛ miseria ciuitatis/ haud pꝛope ut ꝓuerbio fertur accedere putãdũ est. Quotiẽs enim in ciuitate tales multi repiunt/ eosq; alĩ sequunt multi/ sentiuntq; ingentẽ suoꝝ copiã/ tyrannũ pꝛocreãt cũ insciti⁹ populi/ illuz pꝛe ceteris qui inter illos ita est affectus/ ut eius in aio tyrannũ hñt potentissimũ. ADI: Cõsentaneũ id quidez/ tyrannus quippe iste erit potissimus. SO: Nõne facile id fit/ si cesserint oẽs: Sinautẽ/ ciuitas tyranno huic obstiterit/ tũc sane is quẽadmoduz in supioꝛibus patreꝝ matrẽq; subegit/ sic rursus ꝛ patriaz pꝛo viriꝰ subiget: alios inducẽs iuuenes: hisq;

Adagiũ Nec propius ferire

† Adagiũ Hoc tu mihi dices.

ſeruire coget olim ſibi charã patriã/matriãq; ut mo
re cretenſiũ loquar:taz educatione ꝙ habitu.atq; is
erit cupiditatis ei⁹ hominis finis. ADI:Sic prozſus.
SO:Hõne iſti tales priuatiz fiũt/anteꝙ dñentur: ꝓn
cipio cũ his cõuerſant ut plurimũ qui blandiunt illis
z in oibus aſſentant. Ac ſiqua re indigeãt/idẽ z ipſi
agũt/ſubmittũt ſe z quacũq; gerũt perſonã tanꝙ do
meſtici. Voti vo cõpotes cum facti ſunt/extraneos ſe
eſſe declarãt. ADI:Et maxime quidẽ. SO: Oẽm ita
etatẽ agũt. Amici q̃dẽ nemini vnꝙ. Semp autẽ dñan
tes alicui:uel alicui ſeruiẽtes. Libertatẽ vo z amicitiã
uerã natura nunꝙ tyrãnica guſtat. ADI:Maxime.
SO:Hõne huiuſmodi hoies iure ifidos noiabim⁹?
ADI:Jure. SO: Quinetiã iniuſtos ꝙ maxime fieri
põt.ſi modo in ſupiozibus recte inuicẽ quale quid iu
ſtitia ſit cõceſſimus. ADI:Recte quidẽ. SO:Cõcluda
mus igit/qui ſit vir peſſimus. Eſt aũt is/qui talis eſt
vigilãs/qualẽ ſupza figurauim⁹ ſomniantẽ. ADI:Di
no. SO:Talis utiq; fit/quiſq; natura tyrannicus ma
xime ſit/ut ſolus dñetur/aſſequit. z quo diutius in ty
rannide viuit/eo magis eſt talis. GLAV:Jta neceſſe
eſt. SO:Quiſquis iniquiſſim⁹ apparet/z miſerrim⁹
apparebit. z qui diutiſſime maxime; potit tyrãnide
maxime z diutiſſime iniquiſſimus reuera eſt z miſer
rimus. Multis aũt multa videbunt. GLAV: Jta ſe
hec habere neceſſe eſt. SO:Tyrãnicus vir ciuitati ty
rannide oppreſſe ſimilimus. Popularis vir popula
ri:Ceteriq; ſimiliter. GLAV:Quid ni? SO:Sicut ſe
habet ad ciuitatez ciuitas/virtute z felicitate/ita vir
quoq; ſe habet ad virũ. GLAV: Nihil ꝓhibet. SO
CRA:Quomõ ſe habet tyrãno ſubiecta ciuitas ad
eã que regi paret/qualẽ primo deſcripſim⁹?:GLAV
CO:Contra oino. Nã vna quidẽ optima/altera peſ
ſima. SO:Haud interrogabo quẽ dicas. Cõſtat eniz.
Verum de beatitudine atq; miſeria/eodez modo an
alio iudicas? Neq; vo tyrãnice ciuitatis ſpẽm admi
remur/ad ſolũ tyrannũ reſpicientes/aut ad eos pau
cos qui cũ eo rerũ potiunt:ſed ut decet oẽm penitus
ciuitatẽ ingreſſi:luſtremus ſingula/z ad cuncta ꝙer
ſis oculis feram⁹ ſniam. GLAV:Probe admones.
Cõſtat aũt apud quẽlibet nullam ciuitatẽ tyranni de
preſſa eẽ miſeriozẽ/nullãq; rege gubernata/beatiozẽ
eſſe. SO:Si idẽ circa viros obſeruari iuberẽ/num re
cte precipere:videlicet ſi cenſerẽ de his iudicare illũ
qui cogitatione poſſit viri mentẽ irripere / ac mozes
penitus introſpicere:neq; ut pueri ſolẽt/exteriozẽ in
tuens ſupficiẽ obſtupeſcit: dũ tyrãnicã prouſpicit emi
nentiã/quã procul aſpiciẽtibus frequẽter oſtẽtãt/ſed
pſpicaciter iudicat. Si inꝙ exiſtimarẽ oportere nos
oẽs audire euz/qui diſcernere ualeat:qui z vna habi
tauerit/z domeſticis actionib⁹ interfuerit: ubi noue
rit quo pacto erga familiares ſingulos ſit affectus/in
quibus maxime qualis ſit apparet/oẽm exitus tragi
cũ apparatuz/rurſuſq; popularib⁹ in periculis/atq;
hec oia dinoſcentẽ declarare iuberẽ quo pacto ſe ad
alios tyrãnus habeat/quo ad beatitudinẽ z miſeriã
nunquid recte iuberẽ:GLAV:Recte admodũ z iſta
iuberes. SO:Viſne fingamus z nos ex eoz numero
eẽ:qui iudicare poſſint/atq; illis adheſerint ut aliquẽ
habeamus qui ad ea que interrogamus/reſpõdeat:
GLAV:Volo equidẽ. SO:Age utiq;/ita cõſidera/ſi
militudinẽ/memoziam repetẽs ciuitatis/ac viri:atq;
ita ſigillatiz viciſſimq; utriuſq; affectus animaduerte.
GLAV:Dic quales. SO:Principio liberã ciuita
tem tyrannicã dices/an ſeruã? GLAV:Maxime
oium ſeruã. SO:Attamẽ in ea dños ac liberos iſpi
cis. GLAV:Plane:ſed exiguũ quidẽ iſtũ. Vniuer
ſum vo/ut ita dicã/in ipſa z preſtãtiſſimum genus/
turpiter ac miſere ſeruũ. SO: Si igit ciuitati vir ſi
milis/neceſſe eſt in illo eundẽ eſſe ozdinẽ: multaq;
illiberalitate z ſeruitute eius aium oppzimi? eaſq;
animi partes ſeruire/que preſtãtiſſime ſunt/exilez
vo partez ignauiſſimã/demẽtiſſimã dñari. GLAV
CO:Neceſſariũ. SO:Quid pozro? Seruũ an libe
ruz huiuſmodi animum appellabis? GLAV:Ser
uuz. SO: Atqui ſerua z tyrãno ſubdita ciuitas/mi
nime que vult agit. GLA:Mimirũ. SO: Tyrãnic⁹
igit aius minime que vult/efficiet:ut ſic de toto aio
dicã:ſed ſtimulo ſemp percitus violẽto:pturbatio
ne penitẽtiaq; replebit. GLAV:Quid ni? SO:Ty
rannicã ciuitatẽ/diuitẽne/an pauperez eſſe neceſſe
eſt? GLAV: Pauperẽ. SO:Aium quoq; tyranni
cũ/mendicum ſemp z inexplebilez neceſſe eſt eſſe.
GLAV:Eſt ut dicis. SO: Metu vo ſolicitari an
nõ neceſſariũ eſt/ciuitatem talem/talemq; virum?
GLAV:Valde. SO:Lamẽtationes preterea:ſuſpi
ria:fletus:anguſtias cẽſes in alia ciuitate frequẽtio
res te repturuz? GLAV:Nullo pacto. SO:In ho
mine inſup alio talia quedaz plura ineſſe putas ꝙ
in tyrãnico iſto:qui cupiditatibus amoziſq; inſa
nit? GLAV:Quo nam pacto? SO:Prozfecto ad
hec reſpiciẽs oia/ceteraq; generis eiuſdẽ/ciuitatez
tyrannicã ciuitatũ oium eſſe miſerrimaz iudicaſti.
GLAV:An nõ recte? SO:Sũmopere:Verũ de vi
ro rurſus tyrãnico/quid ais/quotiẽs eadẽ hec ani
maduertis? GLAV:Lõge cunctoz dico hunc eſſe
miſerũ. SO:Hoc non recte dicis. GLAV:Quãob
rem? SO:Nõdũ hic eſt/ut arbitroz/talis maxime.
GLAV:Quis ergo? SO:Jſte forſitan tibi hoc mi
ſerioz eſſe videbit. GLAV:Quis inꝙ? SO:Qui
cũ natura tyrãnicus ſit/vitã nõ agit priuatã:ſed eſt
infelix/z ſorte quadam eo deducit:ut tyrãnide po
tiat. GLAV:Ex his que dicta ſunt / uera te loq̃ cõ
iecto. SO:Jta eſt:Verum nõ talia quedã opinari
oportet. Immo vo diligẽtiſſime tali rõne inueſtiga
re. De maximo enim quodã nobis diſceptatio eſt:
bona ſcilicet vita ac mala. GLAV:Scite. SO: At
tẽde itaq; ſiq̃d dicã. Videt eniz mihi ex his de hoc
eſſe cõſiderandũ. GLAV:Ex quib⁹? SO:Ex vno
quoq; ſcilicet priuatoz/quotcũq; ita diuitijs abun
dant/ut multa habeãt mancipia. Iſti nãq; id tyran
nis hñt ſimile/qõ multis imperãt. Intereſt aũt/qõ
tyrãnus pluribus dñatur. GLAV:Intereſt utiq;.
SO:Hoſti qõ iſti ſecuri cũ familia viuunt/neq; fa
mulos metuunt? GLAV:Nẽpe. Quid enim metu
ant? SO:Nihil. Sz nũquid cauſam tenes? GLAV
CO:Equidẽ:quoniã videlicet ciuitas vniuerſa ſin
gulis priuatoz̃ ſuccurrit. SO:Preclare loqueris:
Quid ſiquis deoz virũ vnũ cui quinquaginta uel
plura mãcipia ſint/educat e ciuitate vna cũ uxoze
ac liberis/cõſtituatq; in ſolitudine cũ rebus ſuis oi
bus atq; mãcipijs:ubi liberoz hoium nullus ferre
huic auxiliũ poſſit/quali eũ z quanta formidine ue
xatũ ire exiſtimas? ne forte mãcipia ipſum z filios

z uxoze

ꝛ uxorē interimant. GLAV: Summa ut arbitror. SO: An nō cogeť seruis quibusdā blādiri: pollicerique multa: ꝛ manumittere/cū sibi nihil opꝰ sit: Unde ꝛ ad ministros suos ipse adulator erit: GLAV CO: Logeť penitꝰ uel ita facē uel pire. SO: Quid: si alios adhuc deus circulo disposuerit ꝓximos illi cōplurimos: qui nequaq̄ substineāt/ut alter alteri dñet/ac siquē deprehēderint sibi dñiū uēdicātes supplicijs extremis afficiāt: GLAV: Deteriorē ad modū eius ꝓditionē fore cēseo/si hostiū uallo circūcludať. SO: An non tali quodā carcere clausus est tyrānus natura talis existēs qualē in superioribus explicauimus: multis videlicet diuersisq̄ timoribꝰ ꝛ amoribus agitatū. Cū vo ingenio sit apprime cupido/huic soli neq̄ egredi usq̄ licet / neq̄ inspicere: quot liberi alij cupiūt. Sed intra ediū parietes formidolosus ueluti mulier cōmorať/inuidēs ciuibus alijs siqs extra menia spatiať: ꝛ boni q̄cq̄ spectat. GLAV: Sic ꝓrsus. SO: An non huiuscemodi malis plura insup incurrit vir ille qui male seipsuz gubernās quē ꝛ tu modo miserrimū iudicabas tyrannicū haud quaq̄ priuatꝰ viuit sz fortune vi quadā ut tyrānidē exerceat cogiť: Cūq̄ sibiipsi imperare nō possit/alijs impare ꝓtēdit: pinde ac siqs imbecillo corpore/ꝛ suis se viribꝰ non sustinēte / cogať ut q̄tē agat secū ipse nunq̄ / sed aduersus alia corpora certet ac pugnet. GLAV: Similima iducis o socrates atq̄ uerissima. SO: Nōne igiť o amice glauco miserabilis oino hec est ꝓditio/duriorq̄ vita est hois nacti tyrānidē/ea vita quam tu supra durissimā iudicabas. GLAV: Ualde. SO: Est aūt re ipsa q̄uis alicui nō videať uere tyrānus/uere seruꝰ/extreme adulationi seruitutiq̄ astrictꝰ: libidinibꝰ ne quissimoꝝ hoium adulator: qui appetitus suos explet nunq̄: sed plurimis idiget semp: atq̄ inops reuera esse apparet/siqs penetralia animi ipsius ispexerit: ꝓ auore q̄netiā ppetuo territꝰ ꝛ solicitudine angustiaq̄ uexatꝰ: si modo ciuitatis eius statui cui pest ipse est similis. Similis autez existit. An non: GLAV: Et maxime q̄dem. SO: ꝓter hec viro huic illa etiā tribuemus que antea memorauimus: qō necesse est euz ꝛ esse prius ꝛ fieri postea multo magis cū tyrānidē est adeptꝰ/iuidū/iniustū / exptē beniuolētie/impiū/oiscq̄ neq̄tie sentinā ac fomitez. exhisq̄ cūctis esse miserrimū: atq̄ alios etiam qui adherēt ipsi/similes reddere. GLAV: Nullus mētis cōpos his cōtradixerit. SO: Age quēadmoduz iudex oia circūspiciēs/de singulis iudicat/ita tu in pūtia/ꝓferas/qui tuo iudicio primus/beatitudine qui secūdus: ceteroscq̄ gradatim qui in numero q̄n que sunt/enarra: Regiū/honorifici impij studiosū: paucoꝝ potētie cupidū: populārē/atq̄ tyrānicuz. GLAV: At facile iudiciū istud. Mā quēadmodum sum ingressus istos quasi choros virtute/prauitate bitudine/ꝛ huic ꝓio inter se cōparo atq̄ iudico. SO: Num preconē cōducemus: an ego hec potius nūciabo: Aristonis filiū iudicasse virū optimuz ꝛ iustissimū/esse beatissimū: eūq̄ esse dixisse hominē maxime oium regiū/seq̄ ipm regētē. ꝓessimū vo ꝛ iniquissimū/esse miserrimū: talēq̄ eū esse qui maxime tyrānus sit: seq̄ ipsuz ꝛ ciuitatē tyrānide premat. GLAV: Ita sit ꝓmulgatū. SO: Nūquid adij ciam/siue lateāt sic affecti hoies/siue nō lateāt/hoies pariter atq̄ deos: GLAV: Addice. SO: Esto igiť. Et enim vna hec demōstratio sit/secūdā vo/si videť/hāc ꝓuenit itueri. GLAV: Que nā ista: SO: ꝓostq̄ sicuti ciuitas tres in spēs diuisa est / ita ꝛ cuiusq̄ aia trifariā diuidet/ut arbitror: atq̄ hinc demōstratio scōa nasceť. GLAV: Que nā: SO: Ista: Luz tres aie partes sint/tres quoq̄ uoluptates eē videnť: sua cuiusq̄ partis ꝓpria. Cupiditates quoq̄ totidem ꝛ principatus. GLAV: Quo pacto: SO. ꝓartē vnā dicimꝰ qua homo discit. Alterā/qua irascit. Tertiā vo ꝓpter uarietatez vno nō potuimus ꝓprio ipsius uocabulo noiare: sz ex eo qō in se ꝓtinet maximū/uehemētissimūq̄/cō cupiscibile appellauimus: ꝓpter uehemētiā earuz cupiditatū que ad epulas ꝛ pocula ꝛ uenerea rapiunt: ꝛ ad ea que ista sequunť: necnō auarū cognominauimꝰ: quoniā ex pecunijs maxime huiusmodi cupiditates explenť. GLAV: Recte. SO: Ac si uoluptatē eius ꝛ affectū lucri esse dixerimus/in vnā maxime summā/reducemus oratiōnē: ut aliquid nobis certuz ipsi significemus: quotiēs idipsum partē hāc aie dicimus. Atq̄ si totū hoc pecuniarū ꝛ lucri cupidū/noiemus/recte admodū appellabimus. GLAV: Mihi quidez ita videť. SO: Quid vo: Jrascēdi naturā: nōne ad potētiā/victoriā/gloriā/trahere totā asserimꝰ: GLAV: Agnopere. SO: Si igiť eam ꝓtētiosam ambitiosāq̄ appellabimꝰ/nūquid recte: GLAV: Rectissime. SO: At vo partē illā/qua discimus/constat cuiq̄ oēm ad vitam inuestigādā semp anniti/pecuniarūq̄ ꝛ glorie minimā curā habere. GLAV: Dino. SO: Si tertiū hoc discēdi cupidū ꝛ philosophū noiabimus/haud aberit nomē impositū. GLAV: Est ut ais. SO: Nōne dicimus in animis quorūdā vnā illarū partiuz dñari/in alijs aliā/quācūq̄ contigerit: GLAV: Dicimus. SOCRA: ꝓpterea dicimꝰ tria hoium prima genera esse: philosophū/ꝓtētiosuz/auarū. GLAV: ꝓrsus. SO: Uoluptatē quoq̄ spēs tres/hisce subiectas/cuiq̄ suā. GLAV: Dino. SO: Si vnūquēq̄ istoꝝ seorsuz interroges/que vita istarū dulcissima: suam quisq̄ ceteris anteponet. Auarus quidē lucri ipsius cōparatiōe honoꝝ uel disciplinarū oblectamēta/nulliꝰ existimabit nisi q̄d forsan ad argētū cōferāt. GLAV: Uera loqueris. SO: Ambitiosus aūt questꝰ delectationē molestā putat. Rursusq̄ eā que discēdo pcipiť/nisi doctrina inanē ꝛ vmbratilē hoium pariat gloriam. GLAV CO: Ita res se habet. SO: ꝓhilosophū quoq̄ ponamus ceteras uoluptates floccipēdentē/duz eas ad cōtinuū disciplinarū gaudiū quo ipse finitur inuestigāda ueritate cōparat/uocātēq̄ alias necessarias: quia illas secuturꝰ nō sit/nisi cogat necessitas. GLAV: Bene id nosse oportet. SO: Quādo igiť cuiusq̄ vite uoluptates ipsaq̄ vita in cōtentionē uenient nō de hoc qō est honestius aut turpius viuere / uel melius aut deterius/sed de suauiori pacatioriq̄ vite statu qua ratione discernemus/cuius sit sentētia uerior: GLAV: Haud satis habeo quid respondeam. SO: Sic autem animaduerte. Qua nam re iudicare oportet/quecūq̄ recte diiudicanda sunt: ꝓnne peritia / prudentia / ratione: An habet quisq̄ alia / quibus melius iudicet: GLAVCO: Nullo modo. SOCRA: Attende igitur. Cū tres sint / quis maxime expertus est omnes quas narrauimua uoluptates: Utruz auarus discēdo

qualis sit ueritas/magis tibi videtur exptus discendi iocunditatez q̄ philosophus lucri:an potius contra:
GLAV:⁊ Permultū interest. ⁊ Philosophū nāq; necesse est uoluptatē alterius a puericia degustasse: Auarū aūt haud quaq̄ necesse est in vitatis inuestigatione quā ta insit oblectatio pcepisse:exptūq; fuisse. Immo vo si nitat/nō facile istud assequit.SO:Longe igit prestat auaro philosophus/utrarūq; uoluptatū experientia.
GLAV:Longe.SO:Ambitiosus vo nunq̄d magis sapiētie/q̄ philosophus honoris gustauit oblectamēta:
GLAV:Honor q̄dē oēs cos sequit:si ꝓpositū sibi officiū exequant. Etenim diues a multitudine honorat: ⁊ fortis/⁊ sapiēs. Quapropter oēs quāta prouenit ex honore uoluptas usu ipso itelligūt. Quāta vo sit in ueritatis ꝓtēplatione suauitas solus sentit philosoph⁹.
SO:Igit quātū ad expientiaz attinet optime philosoph⁹ pre ceteris iudicat.GLAV:Valde.SO:Quineti am vna cū prudētia solus erit exptus.GLAV:Nihil phibet.SO:⁊ Preterea organū illud per qō iudicādū est/nō auari aut ambitiosi hois sed philosophi est instrumētū.GLAV:Quale istud:SO:⁊ Per rōnes eniz esse diximus iudicādū.GLAV:Diximus.SO:Rationes aūt pcipue philosophi sunt instrumenta.GLAV
CO:⁊ Patet.SO:Si diuitijs ⁊ lucro / optime singula iudicarent/que laudaret uel improbaret vir questuosus/necesse esset hec esse uerissima.GLAV:⁊ Penitus.SO:Sinaūt honore/victoria/fortitudine que ambitiosus ⁊ ad victoriā ardētissim⁹ iudicaret.GLAV
CO:Cōstat.SO:⁊ Postq̄ vo expientia/prudentia/rōne/necesse est que philosophus ⁊ rōnū vir studiosus laudat/esse uerissima. Quare cū tres uoluptates sint: uoluptas partis ei⁹/qua discim⁹/erit utiq; suauissima eiusq; dulcissima vita/in quo hec pars dñat.GLAV
CO:Nihil obstat.SO:⁊ Nēpe philosoph⁹ apud quez uere iudicādi est auctoritas/suā laudat vitā. Quā vo secūdā eē vitā/aut quā secūdā uoluptatē cēset iudex:
At ꝓstat qō bellicosi ambitiosiq; hois. ⁊ Propinquior eniz illi hec q̄ auari. ⁊ Postremā igit lucri cupidi vitā locare videt.GLAV:Quid ni:SO:Duo hec itaq; sibi inuicē ita succedūt:bisq; iust⁹ iam vicit iniustū. Tertiuz vo olympicoz ritu/seruatori ⁊ olympio ioui tribuēs/ꝓtēplare nullius ꝑterq̄ prudētis uoluptatē uerā ꝓprius existere neq; sincerā/sed vmbratilē atq; inanē:
ut ego ex sapiētū aliquo audisse mihi videor. atq; hic erit grauissim⁹ iniusti casus atq; ruina.GLAV:Admodū:Verū quo pacto istud ais:SO:Ita certe inueniā/te rūdēte perquirēs.GLAV:Quere.SO:Dic obsecro:nōne doloꝛi ꝓxiā dicim⁹ uoluptatez:GLAV
CO:Dicimus.SO:Medium q̄netiā qō dā ponim⁹/qō neq; letari est neq; dolere.GLAV:⁊ Ponim⁹.SO:Et cū mediū sit/q̄tē uacationēq; animi ab utroq;. Nonne ita hoc dicis:GLAV:Ita plane.SO:Recordaris qualia eē solēt egrotātiuz vba/dum morbo laborant:
GLAV:Qualia dicis:SO:⁊ Nihil eē dulcius sanitate sed eos latuisse aiūt q̄ dulce id sit/anteq̄ egrotarent:
GLA:Recordor eq̄dez.SO:Nec nō acerbissimis doloꝛib⁹ uexatos hoies/exclamātes audis/nihil eē dulci⁹ q̄ ea afflictiōe uacare.GLAV:Audio.SO:Quinetiaz alijs pmultis huiusmodi afflictionib⁹ cruciatos hoies audis/dū cruciant/uociferātes asserēteſq;/dulcissimū eē nullo doloꝛe affici/pñticq; molestia esse liberū.nō aūt dicētes dulcissimū eē letari.GLAV:⁊ Nēpe hec illis q̄es tūc forte gratissima.SO:At vo cū letari q̄s desinit/uoluptatis cessationē illā molestā existimabit.GLA:Forte.SO:Quies igit illa quā paulo añ utroꝛūq; mediā eē diximus/qñq; utraq; erit tū doloꝛ.s.tū uoluptas.GLAV:Videt.SO:Num fieri pōt/ut qō neutrū est/sit utraq;:GLAV:Nō/ut arbitroꝛ.SO:Atq qñ in aio uoluptas est aut doloꝛ/ambo mot⁹ q̄dā sunt:GLAV:Utiq;.SO:Tertiū vo illud qō neq; doloꝛ est/neq; uoluptas/nōne q̄es aliqua ⁊ istoꝛ mediū esse nup apꝓuit:GLAV
CO:⁊ Plane.SO:Quo pacto igit rectū est/qō non dolere est/iocūdū existimare. Vel qō nō letari/molestū:GLAV:Nullo.SO:Nō istud igit est/sed apparet ad molestū q̄dē iocūdū:ad iocundū vo molestum/id tūc qō mediū est ⁊ quies. Neq; visa huiusmodi ueri q̄q̄ de uoluptate nobis offerūt: sed ex quadā deceptione ꝓueniūt.GLAV:Sic monstrat ratio.SO:Vide igit uoluptates/que doloꝛē nullum sequunt:ne sepius istud in pñti disputatione ita natura cōparatū existimes:ut uoluptas q̄dē doloꝛis/doloꝛ vo uoluptatis priuatio sit.GLAV:Quoꝛsū aspicia:Vbi nā tales sunt uoluptates:SO:Multe quidē ⁊ alie sunt/sed presertim/si aduertere vis/uoluptates que circa olfatū fiunt. he nāq; nullo prius antecedēte doloꝛe/repēte ingētes ꝓueniunt:⁊ cū cessant/doloꝛ eas nullus sequitur.GLAV:Verissima narras.SO:Ne credamus igitur doloꝛis cessationē/purā uoluptatē esse/neq; doloꝛē uoluptatis absentiā.GLAV:Nō.SO:At vo earū que per corpus ingrediūtur in aiū/uoluptatesq; dicūtur/ferme maxime queq; ac plurime tales sunt/ut doloꝛū liberationes sint.GLAV:Sūt ꝓfecto.SO:Et que circa hec futura ab expectatione nascūtur/pgustationes quedā uoluptatis atq; doloꝛis eodē modo se hnt.GLAV:Eodem.SO:Scis quales he uoluptates sūt/⁊ cui maxime silēs:GLAV:Cui:SO:⁊ Putas aliq̄d in natura eē supremū/infimuz/mediū:
GLAV:Equidē.SO:Cēses aliquē cū ab ifimo ad mediū fertur:aliud arbitrari q̄ ad summū ascēdē:
⁊ dū stat in medio deflectiteq; oculos illuc vnde uenerat/alibi esse opinari q̄ in supremo:cuz id qō reuera est summū nō suspiciat:GLAV:⁊ Per iouez/nō aliter hoiem talē opinaturum existimo.SO:Si iterū deferatur/deoꝛsuz ferri opinabat:ac uere putabit.GLAV:Quid ni:SO:⁊ Nōne hec sibi eaz ob causam cōtingūt oia:quia nōduz expertus est quid uere supremū sit/quid mediū/quidue infimum:
GLAV:Manifestū id quidē.SO:⁊ Nunquid ergo miraberis/si ueritatis impiti hoies tum de multis alijs nō recte sentiūt/tum etiā circa uoluptatē ⁊ doloꝛē/horūq; mediū/sic afficiūtur/ut quotiēs in doloꝛem feruntur/uere iudicēt/doleātq; reuera: quotiēs vo a doloꝛe surgūt in mediū/⁊ repletionum ⁊ uoluptatem assequi arbitrētur:⁊ Et quēadmodum qui iuxta nigrū/solum aspiciūt fuscum quoniā non vidēt aliū/clarissimum illud existimāt/ita ⁊ qui doloꝛis uacuitatē cōparāt cum doloꝛe/ueraz aūt expti nō sūt uoluptatē/in iudicādo decipiant:GLAV
CO:⁊ Per iouē nō istō miraboꝛ equidē:Immo vo si ꝓtra eueniret/potius admirarer.SO:Sic autem considera. Nonne fames ac sitis ⁊ cetera generis eiusdē uacuitates quedā sūt coꝛpis ipsi⁹ hitudinis

GLAV:Cur

GLAV:Cur nō? SO:Ignoratia vo ⁊ imprudētia uacuitas quedā est habit⁹ animi. GLAV:Maxie. SO:Implet aūt ⁊ illud dum alimēta capit / ⁊ iste dū intelligētiā accipit. GLAV:Cur nō? SO:Que nam repletio uerior? Utrum que per ea fit que magis ueriusq; sūt/an que per alia? GLAV:Que per ea que magis sunt. SO:Que nam cēses puriorīs esse substātie? Nūquid cibi/pot⁹/obsonij / alimento rūq; quorūcūq; genera? An uere opinionis spēs: scientieq; ⁊ mētis: summatimq; vniuerse virtutis? In hūc aūt modū iudica. Nō inheret semp simili immortaliq; ⁊ ueritati/ac etiā tale existit/⁊ in tali quodā fit/magis esse tibi videt/an illud potius qō rei nunq; simili atq; mortali: necnō tale est / ⁊ in tali quodā efficit? GLAV:Lōge pstat qō semp simili est cognatū. SO:Essentia utiq; rei semp similis/nū quid eēntie magis est/q; sciētie particeps? GLAV CO:Nō. SO:An vitatis? GLAV:Neq; hoc. SO CRA:Sinaūt ueritatis minus / nōne ⁊ essentie? GLAV:Necessariū est. SO:Nōne coiter oia circa corporis cultū genera minus vitatē eēntiāq; participāt/generib⁹ his que circa animi cultū uersant? GLAV:Minus. SO:Nunqd ⁊ corp⁹ similiter minus q; aīus? GLA:Et corp⁹. SO:Nōne qō replet his reb⁹ que magis ueriusq; existunt/qōue magis ueriusq; existit/magis quoq; replet? q; qō his reb⁹ iplet que min⁹ sunt: ipmq; est min⁹. GLAV:Quid phibet? SO:Si ergo repleri reb⁹ nature pfētaneis est iocūdū/ipm utiq; qō reuera uerioribusq; reb⁹ implet/naturali⁹ ac uerius uera afficit uoluptate. Nō aūt ea que ⁊ minus sunt ⁊ min⁹ uera sūt/accipit/minus uere firmiterue replet: fallacioriq; ⁊ falsioris uoluptatis fit particeps. GLAV: Necesse est oīno. SO:Hoies igit prudētie virtutisq; expertes/⁊ epulis rebusq; similib⁹ mācipati/deorsum ferunt/rursusq; ad mediū usq; pueniunt/⁊ circa hec per oēm vitā oberrāt: sup hec vo emergūt nunq; /⁊ qō uere summū est/nequaq; suspiciūt: neq; ad supa euehunt: neq; uera ulla re qūq; fruunt/neq; stabilē purāq; gustāt uoluptatē/sed ueluti pecora humuz pni spectāt/uētriq; obediētes pascēdo coeundoq; etatē pterūt/proq; his reb⁹ uberius potiūdis calcibus iter se ⁊ cornib⁹ ferreis vnguibusq; decertant/sese inuicē ob iexplebilē libidinē trucidātes: Utpote qui neq; uerā ⁊ firmā sui partē/neq; ueris pabulis implēt. GLAV:Oino o Socrates vulgi vitam quasi quodam pādis oraculo. SO:Necesse est eos uoluptates pseq mixtas dolorib⁹: que simulachra uoluptatis uere ⁊ vmbre sunt: usq; adeo inuicē dolozis cōparatione mutua inqnate/ ut ⁊ uoluptates ⁊ dolores ex ea cōparatiōe uehemētiores appareant: amoreq; ipsarum huiusmodi uoluptates rabidos insipiētib⁹ pariāt. inflāmentq; ad pugnā. Quē admodū Stesicorus ait troianos uere ipsius ignaros de helene imagine inuicez decertasse. GLAV CO:Necessariū est oīno ita id se habē. SO:Quid vo circa irascēdi naturā? Nōne ⁊ alia quedā horū similia ptingāt necesse est: qñ ds idipsum pagit/uel iuidia ppter ambitionē: uel violētia ppter ptēptionis cupiditatē: uel ira ppter mor difficultatē absq; rōne ac mēte sequēs honoris/victorie/ireq; expletionez. GLAV:Talia necesse est etiā circa id fieri. SO:Asserere igit audeamus quod ⁊ circa partē que stus auidā/⁊ aliam victorie studiosaz / quecūq; appetitiones tales sunt/ut sciētie rōniq; obtemperēt/easq; uoluptates sequant ⁊ capiāt: quas rō ipsa cōcedit/uerissimas utiq; uoluptates quoad earū natura uerarū uoluptatū est capax/adipiscent: qppe cū pareāt vitati/ac isup sibi ppias uoluptates pcipiēt/sicdē quod cuiq; optimū/id ⁊ maxime ppriū. GLAV:Proprium maxime. SO:An igit tot⁹ aīus cū ea parte in qua est phia pcul ab omni seditione conspirat/tūc euenit/ut queq; pars officio suo fungat/⁊ iusta sit: ⁊ sui ppias uoluptates atq; optimas adde/⁊ quoad fieri pōt uerissimas psequat. GLAV:Valde. SO:At vo cū parti uz reliquarū aliqua supat: id ptin⁹ euenit/ut neq; ipa sui ppriā repiat uoluptatē: ⁊ partes alias cogat / alienaz minimeq; uerā uoluptatē seq. GLAV:Sic accidit. SO:Nōne que lōgissime a phia rōneq; distāt/maxime talia quedā efficiūt? GLAV. Prorsus. SO:Lōgissime autem distat a rōne: quod ⁊ a lege ⁊ ordine. GLAV:Videlicet. SO:Lōgissimo aūt interuallo seiūcte eē vise cupiditates ille amore ardētes atq; tyrānice. GLAV:Dino. SO:Minimo autē discrepare apparuerūt regie appetitiōes ⁊ moderate. GLAV:Ita SO:Tyrān⁹ igit a uera ⁊ ppria uoluptate pcul admodum erit. Rex aūt illi q; proximus. GLAV:Necesse. SO:Amarissimā ergo tyrānus vitā aget. Rex vo dulcissimaz. GLAV:Necesse id prsus. SO:Scis ne quā to viuit tristior rege tyrān⁹? GLAV:Sciaz certe si dixeris. SO:Cū tres cupiditates sint/⁊ vna qdez legitima sit/adultere due/adulterarū tyrān⁹ supma sortit⁹ fastigia/dū legē fugit ⁊ rōnē/seruis qbusda ⁊ satellitibus uoluptatib⁹ se cōmiscet: ⁊ q; longissimo iteruallo a uoluptate legitima sit seiūct⁹/haud facile aliter/nisi forsan hūc in modū exprimi pōt. GLAV:Quemad modū? SO:Ab hoie paucoq; impij cupido/ terti⁹ apparuit eē tyrān⁹. Medius nāq; istoq; popularis vir extitit. GLAV:Ita est. SO:Luz tertio iraq; uoluptatis/quo ad vitatē simulachro post illū pgredit/si uera in superioris⁹ diximus. GLAV: Sic est dicēdum. SO CRA:Quinetiā paucoq; potētie dedit⁹/tertius est a rege/si in eodē locam⁹ optimatē ac regē. GLAV:Tertius utiq;. SO:Triplo igit numero sm tripli rōnez distat a uera uoluptate tyrān⁹. GLAV:Apparet. SO CRA:Planū itaq; simulachrū sz lōgitudinis numerum tyrānice uoluptatis existet. GLAV:Valde. SO CRA:Scōz vo potētiā ⁊ tertiū augmētū/manifestū est quāto discrepat interuallo. GLAV:Manifestum qdē cōputatori. SO:Siqs puerso ordine quātū uoluptatis ueritate supat rex tyrānum quesiuerit/peracta multiplicatione inueniet regez vite dulcedine superare tyrānum/⁊ tyrānum vite amaritudine regem/gradibus vigintinouē ⁊ septingētis. GLAV:Mirabile nimiū interuallū hoc inter iusti ⁊ iniusti viri vitā quo ad uoluptatē atq; dolorē cumulauisti. SO:Verus hic certe ⁊ conueniens vitis hoium numerus: siquidem ipsis conueniūt dies/noctes/mēsesq; ⁊ anni. GLAV CO:Conueniūt quidem. SO:Atqui si tātuz uoluptate bonus iustusq; vir malū ⁊ iniustum exsuperat/ mirum certe est quāto etiā magis ornamēto/decore/virtuteq; vite exsupabit. GLAV:Miruz certe. SO:At enim postq; huc disputando deuenimus/repetamus que a pncipio dicta sunt/ex qb⁹ ad ista delati sumus.

Dictū qñq; fuit iniuſte agere/illi ꝑdeſſe:qui cum oīno iniuſt⁹ ſit/iuſt⁹ tñ exiſtimat. An nō ita dictū ? GLAV CO: Ita. SO: Ad hec igit ita in preſentia diſſeramus poſtq; vna cōuenimus quā viz ⁊ iuſta ⁊ iniuſta habe at opatio. GLAV: Quo pacto? SO: Imaginez aīe figurem⁹: ut qui illa dixit/qualia dixerit/recognoſcat. GLAV: Qualē? SO: Talē aliquā: quales quodaz me morant fuiſſe nature/chimere ipſius/ſcylle/⁊ cerberi ⁊ alie multe: in quib⁹ ferunt uarie in eodē forme cōgenite. GLAV: Ferunt qdē. SO: Finge itaq; figurā vnā beſtie uarie admodū ⁊ capita circū multa bñtis: capita inq; partim beſtiarū domeſticarū/partim agreſtiū que ⁊ pmutare ⁊ ꝓducē ex ſe hec oīa poſſit. GLAV CO: Noui fictoris artificiū narras: tñ cum ad fingendū ſermo q; cera facilior ſit/fingat. SO: Unā preterea his adiūge ſupne leonis formā. Huic vnā inſup bois. Et amplīſſimū qdē p̄mū ſit: anguſtius vo ſecūdū atq; tertiū. GLAV: Facilia qdē iſta: quare ⁊ formata ſunt. SO: Cōiūge igit hec tria/ut ad vnū ꝓficiēdū inuicē cohereſcāt. GLAV: Iūcta ſunt. SO: Circūpone extrinſecus ipſis bois vnius imaginē ut illi qui nequeat interiora inſpicere/ſed exterius dūtaxat cernat operimētum/vnū aīal/homo. ſ. videat. GLAV: Circundedi. SO: Dicamus itaq; illi qui aſſerit ꝑdeſſe homini huic iniuſte agere/iuſte vo viuere nequaq; ꝑdeſſe/eum nihil aliud aſſerere/niſi ꝑdeſſe illi ut beſtiā illā multiplicē paſcat ⁊ leonē/⁊ fortiorē illā leonēq; efficiat: hominez vo perire fame pmittat atq; eneruet: uſq; adeo ut ꝓpter imbecilitatē trahat/quocūq; cetera illa rapiunt: neq; alterū cum altero māſuefaciat/inuicēue ꝓciliet/immo ſinat ſingula ſe inuicē morſib⁹ lacerare: ac pugnātia ſe mutuo deuorare. GLAV: Dino hec dicere/quiſq; laudaret iniuriā. SO: Ergo ſiq; dicat officia iuſta ꝑdeſſe: hec agēda dicēdaq; monebit/ex qb⁹ homo ille huiuſmodi aīalis interior/ſummā potētiaz ꝓſequat/ferecq; illius plurib⁹ capitib⁹ redimite tanq; colonus curā habeat: domeſtica qdez capita foueſ/irrigās/ac nutriēs/agreſtia ꝓtinus amputās: dū leonis naturā ad hoc adiutricē accipit: coiterq; curat oīa: ⁊ inuicē mutua beniuolētia ſibiq; ꝓciliat. GLAV: Pro recto hec ait: qui iuſtū laudat. SO: Omni itaq; ratiōe qui iuſta laudat/uera loquit: qui vo iniuſta mētit. Nā ⁊ quo ad uoluptatē ⁊ quo ad decus ⁊ quo ad emolumētū/iuſti laudator/uera pnūciat: Uitupator autem neq; uerī qcq; affert: neq; nouit qō improbat. GLAV CO: Nullo modo ut mihi qdez videt. SO: Abitibus itaq; vbis illi ꝑſuadeamus: neq; enim ſpōte delinquit. Sic iam ītrogemus o beate vir/nōne ⁊ honeſta vite iſtituta ⁊ turpia: ob talia quedā eſſe dicimus: honeſta qdē: que partē nature ferinā homini īmo forte diuino ſubijciūt. Turpia vo que agreſti dño ſubigūt manſueta. Cōſentiet nec ne? GLAV: Cōſētiet/ſi mihi crediderit. SO: Eſt ne aliq̄s cui ꝑſit ex hac rōne iniuſte aurū uſurpare/ſiqdē accidit ut dū accipit aurū: pſtantiſſimā ſui partē igbiliſſime ſeruire cōpellat? Etenim ſi accipiēs aurū/filiū ſuū uel filiaz mācipium efficeret agreſtiuz ⁊ improbox boium/haud quaq; acceptio iſta ꝑdeſſet: neq; etiā ſi multū capet: ſinaūt partez ſui diuiniſſimā/parti ꝓphaniſſimeq; ſceleſtiſſimeq; ſerui re cogit: neq; miſericordia tangit/nōne erit miſer? ac multo cuz grauior ſui pnitie/auri munerib⁹ eſt corruptus/q; eryphile/que ꝓtra viri ſui vitā monile illō ac cepit? GLAV: Valde qdē: ut ego tibi pro illo rñdeaz. SO: Nōne ⁊ intēperātiā oliz appellata tali qdā de cauſa putas: qm̄ in ea/dira illa/ingēſq; ⁊ multiplex fera ultra q; deceat relaxat? GLAV: Patet. SO: Cōtumacia vo ⁊ inſolētia improbat: qñ leonīnū ⁊ ſerpētinū illud genus augeſ/adeo ut ꝓter oēz modeſtiam ualeſcat? GLAV: Prorſus. SO: Beliioſa vo mollities in hui⁹ ipſius reſoluta nimiuz remiſſione: qñ in ipſo timiditatē ⁊ ignauiā procreat. GLAV: Quid ni? SO: Aſſentatio iſuper illiberali taſq; cū aliq̄s hūc ipſum aīoſitatis vigorē turbulēte multiplicitq; beſtie ſubigit: ac ꝓpter queſtū: eiuſq; inexplebilē cupiditatē/deijcit illū: atq; ita a primis annis aſſuefacit/ut ex leone vtaſ in ſimiā. GLAV CO: Magnope. SO: Mechanicus vo mercēnarius q; affect⁹ cur ifamis habeſ? Tūc certe hec in nobis ifamia: qñ qa partis optime ſpēz natura ſortit⁹ eſt imbecilā: adeo ut beſtijs que in eo ſunt dñari nō poſſit: imo colere illas queat ſtudeatq; dūtaxat ⁊ earū ſolū noſſe blāditias? GLAV: Videt. SO: Nōne ut huiuſmodi vir a tali quodā duce regaſ a quali ⁊ optimus qſq; geritſ/ſeruū ipz eē debere dicim⁹ optimi viri/diuinū in ſeipo bñtis imperatorem: neq; ad ſubiecti iacturā/parere illū debere ſuprorī cēſemus: quēadmodum de ſubditis oībus exiſtimabat thraſymach⁹: ſed q: pſtat cuiq; diuino ſapiētiq; pncipi ſubijci: maxime qdē/ſi talē in ſeipſo pncipem hēat/ſi nō hēat/principi huic ſaltē exteriori: ut oēs ſimus/quoad fieri pōt ꝓſiles ⁊ amici/eodē pncipe gubernati? GLAV: Recte nimiū. SO: Perſpicuuz qdē ex lege fit: qō tale qddā ipſi⁹ eſt ꝓſiliū: cū oib⁹ ciuib⁹ eque ꝓſpiciat. ⁊ impiū illud in pueros idem oſtēdit: quo ꝓhibent ſui iuris eē/priuſq; in ipis quē admodū in ciuitate rē. p. ꝓſtituerimus: optimamq; ipoz partē colētes ex optima noſtri parte exterioris hui⁹ principis loco/ſimilē quēdā in ipſis cuſtodē in ſeipſo ac principē creauerim⁹. Atq; eos tunc demū liberos eē pmittim⁹. GLAV: Cōſtat plane. SO: Qua igit rōne o glauco ꝓdeſſe alicui aſſerem⁹ iniuſte/uel itēperate/uel turpiter aliq̄d facere? Ex qb⁹ opib⁹ deterior erit: dum pecunias ampliores/aut aliā quāuis potētiam ꝓſequet? GLAV: Nulla. SO: Quo pacto iniuriāti ꝓdeſſe dicem⁹/ut ⁊ late at oēs/⁊ nō det penas? Nōne qui latet/etiā fit deterior? bois aūt deꝓhēſi caſtigatiq;/pars illa ferina ſedat ⁊ manſueſcit. Domeſtica vo pars liberat. Et aīus tot⁹ in naturā optimā reſtitut⁹/eo pcioſiorez ſumit habitū/tēperātiā ⁊ iuſtitiā cū prudentia capiens/q; corp⁹ cū robur ⁊ formā cū ſanitate ꝓſequit: quo aīa eſt corpore pcioſior. GLAV: Sic eſt oīno SO: Quāobrē qcūq; mētis eſt cōpos ad hoc oēm ſuā iſtituet vitā. Nēpe in pmis eas diſciplinas plurimi faciet/que talē aīuz ipi⁹ efficiūt: alias aūt ſpnet GLAV: Manifeſtuz. SO: Atq; neq; corp⁹ colet ⁊ nutriet ut ferine irrōnaliq; uoluptati īdulgeat: neq; ad ſanitatē id referet: neq; ſtudioſe id queret/ut robuſt⁹ ul' ſan⁹ ſit ul' formoſus/niſi vna cū his colat ⁊ tēperātiā: ita ut corpis harmoniaz ꝓpter aī tēperet ꝓſonātiā. GLAV: Ita prorſus/ſiqdē reuera futur⁹ ſit muſic⁹. SO: Sz neq; vulgi eſtimatiōe cōmot⁹: ordinē ⁊ pcordiā in pecunijs poſſidēdis/earūq; cumulū admirabit: augebitue eas in ifinitū: ifinitis malis

obnoxius

obnoxius.GLAV:Nõ certe ut arbitror.SO:Verum ad interiorẽ sui rẽ.p.semp aspiciẽs cauebit ne quid in ea e suo statu dimoueat ꝓpter indigentiaz pecuniarũ uel copiã.Atqz ita semp ꝛ in cõparãdis ꝛ in erogandis pecunijs/ꝓro viribus gubernabit. GLAV:Summope.SO:Quin ꝛ honores ad idẽ referet:Naz eos dũtaxat gustabit:ex qb⁹ meliorez euasurũ se sperat:eos aũt ꝛ priuatim ꝛ publice fugiet/qb⁹ deturbari posse qñqz pñtẽ animi sui statũ ueret.GLAV:Nõ ergo rẽ uolet ciuilẽ administrare/si id curauerit.SO:Immo per canẽ:sed in ipsa sulipsius ciuitate.Et maxime quidẽ.Non tñ in patria forsan:nisi sors quedã diuina ꝓtigerit.GLAVCO:Intelligo eqdẽ/quod ea in ciuitate dicis quã nos cõdidimus in pñtia:que ꝛ in vbis est dũtaxat: interius vo nusq̃/ut arbitror.SO:At forte in celo illi⁹ extat exẽplar:Cõspicuũ illi qui ꝛ itueri uolueritꝛ seipsum ad illud/cũ intuit⁹ est/instituere.Nihil aũt refert/siue uspiã sit siue erit.Que enim illi⁹ officia sunt/aget soluz:que alterius sunt / nequaq̃. GLAV:Consentaneum est.

¶Argumentum Marsilij Ficini in decimũ de iustitia ad Laurentium medicem.

Hactenus Socrates diligẽtissimus humani generis pedagogus ad legalez iustitiã.i.vniuersam virtutẽ per ipsam iustitie pulchritudinẽ genus hoium ꝓuocauit:ab iniustitia vo per iniustitie turpitudinẽ similiter reuocauit.Deinceps aũt ꝛ ad illã per sempiternũ eius fructũ ꝑmiũqz cohortabit: ꝛ ab hac per sempiternũ detrimẽtũ ei⁹ ꝛ suppliciũ absterrebit:atqz id est potissimũ decimi hui⁹ officium.Sz anteq̃ ꝓcipuo hoc fungat officio/ꝓhemio quodã utit:in quo diligẽter absoluit qd ꝛ in priorib⁹ libris attigerat/ꝛ in fine noni reliquerat admodũ saluti publice necessariũ. Profecto noster hic morboꝝ medicus humanoꝝ in ea morbi specie curãda est diligẽtior/quã ceteri nõ solũ negligẽter curãt:sz ne curãt qdẽ vnq̃:imo vo qd deteri⁹ est/quasi rẽ saluberrimã diligũt/ꝛ omni studio cõplectunt imitationẽ inq̃ poeticã/qua igenioſi poete dũ perturbatos aios acrius exprimũt/iterim audiẽtiũ legẽtiũqz animis ꝓturbationes siles uehemẽti⁹ ꝛ profundius imprimũt.Ac tãto magis oẽs ificiũt/quanto laudant ꝛ placẽt:Prohemiũ vo eiusmodi finez noni ꝓgrue sequit.Ibi enim aia in rõnẽ distribuit/ ꝛ in partes iferiores ꝓturbationib⁹ agitatas/quarũ impiũ in aia primũ/deinde in ciuitate tyrãnicũ appellat.At qñ poetica imitatio partes eiusmodi suscitat:fouetqz ꝛ auget/irritãs irã/titillãs libidinez/ soluẽs risum/effundẽs lachrymas ꝛ querelas/iccirco rõnis qdez regnũ labefactare/ꝓturbationis vo tyrãnidẽ videt adducere.Quãobrẽ Socrates pestẽ eiusmodi alioqn iocũdã/sz maxime uenenosam perdit/ne ipsa nos pdat. Ac vide quãta charitate Plato noster ubiqz humano generi ꝓsulat:ea videlicet disquirẽs circũspiciẽsqz picula/que alius oino nullus suspicaret:addeisup ꝛ nature educationiqz ꝓprie.i.poetice ualde repugnãs:modo strenue pro publica salute ꝓpugnet. ¶Quãobrẽ nemini mirũ videri debet Platonẽ hic ob vitatis amorẽ uel homero suo nõ parcẽ:qñquidẽ ob iustitie cultũ neqz genio qdez idulget suo.Homero aũt ꝑcipue derogat ut per ipz imitatorꝝ principẽ/ceteros multo magis dãnatos existimem⁹.Et qñ dicit ab homero neqz diuina neqz humana doceri/itellige laudes in philebo a platone tributas homero/nõ ex Platonis sentẽtia/sz ex cõi opinione deductas.Probat aũt imitãdi pitiã esse ut narrauim⁹ ualde piculosaz . Preterea seruilẽ atqz vilissimã.Siquidẽ imitatores neqz res ipsas itelligũt neqz faciũt:sed apparẽtes sensib⁹ rerũ formas secuti/ vulgaresqz de his opiniones aucupati / ꝛ imagines quasdã referũt/ꝛ sensib⁹ ꝓturbationibusqz obsequunt nulla rõnis habita rõne.Quãtũ vo poetas improbat ubi ꝓturbãt/tñ ꝓbat si ad virtutẽ ꝛ pietatẽ per bonestas heroũ laudes diuinosqz hymnos hortent.Veruz ut q̃uilis sit ois imitatio exprimat/artiũ gen⁹ in tres diuidit spẽs/utẽtẽ/fabricãtẽ/imitãtem.Et utẽtẽ qdem lyra.i.musicã ait supare artẽ lyre fabricatricẽ/quoniã certo sibi ꝑscripto fine/formã illi ꝓponit opis fabricãdi.Fabricãtẽ vo supare pictorẽ/lyrã colorib⁹ imitãtẽ. Qualẽ iudicat ꝛ poetã/sic ad aures rerũ imagines sicut pictor ad oculos referẽtẽ.Sz iter hec theologica quedã de ideis mysteria inserunt.Que qñ in theologia latius aperuimus/raptim in pñtia pstringemus. ¶Ascende age platonice ꝓtẽplator ab ijs formis : q̃s in mũdi materia sentis ad naturã formarũ eiusmodi genitricẽ.Quã ꝛ si nõ sentis/cogita tñ infusaz mundi materie ceu vitalẽ spiritũ/ꝛ plenũ seminũ ꝛ per semina artificiose singula disponẽtẽ.Naturã hãc in mũdo talẽ esse scito/qualẽ in te scis esse potẽtiã uegetalẽ.Ergo quẽadmodũ in te uegetali nature itelligis ꝑsse sentiẽdi virtutẽ.Ita ꝛ in mũdo naturã similez sed coissimã in fontẽ redige sentiẽdi quasi similẽ sed coissimuz. Deinde ꝛ in te sensum in rõnem/rõnẽ in intellectũ / ꝛ in mũdo similiter sentiẽdi genus in rõnalẽ naturam/ atqz hãc in genus intellectuale reducas.Preterea cũ ꝓcipias in teipso intellectũ/id qd intelligibile est appetere/quasi pfectius/ab eoqz formari uelut potẽtiore/ ꝓpone tam in mũdo q̃ in te naturã itelligibilẽ intellectuali nature.Intelligibile vo idẽ oino atqz ipm ens appella.Huic deniqz qd ꝛ itelligibile ꝛ ens appellasti ipm ꝓpone bonũ.Nam ꝛ ut bene sis esse cupis/ꝛ intelligibile gratia ipsius boni desideras.Postq̃ hunc ascẽderis/ꝓcipies vniuersuz sacro quodã septẽnario designatũ/ab infimaqz materia surgẽs per sensibiles qualitates:per naturã:per sensuz:rõnẽ:itellectuz:itelligibile ad ipm bonũ.Preterea spiritũ bonũ cũcta subsenario numero:quasi die sexto pfecisse/ꝛ in gradu septimo/uelut septimo die.i.in seipso ꝓquieuisse.Alioqz nãqz oium finis est ipm bonũ.Boni igit nullus extra se finis uel pot eẽ ul fingi.Si bonũ quo pficiant appetũt oia:ꝓclude a bono effici oia.Item si itrinseca prop priaqz virtute oia facit/itellige ipsuz vniuersum in se ipso cõplecti.At qñ prima ideoqz simplicissima natura est/iccirco formas in eo oium formã ipsi⁹ vnã eẽ memẽto/quã Plato boni ipsi⁹ uocat ideaz:in qua dixit Time⁹ deũ/mũdi opificẽ cũ creauisset mũdũ rede uisse:dicẽs mũdi opificẽ icircũspectũ suũ se recepisse. Proinde ipsa idea boni/ideas:idest speciales omniũ formas specie dũtaxat inter se distinctas/in natura intelligibili generat/qua ens vniuersum modo quodaz intelligibili cõprehẽditur:intelligẽtia quoqz oĩs mira q̃dã sup intelligẽtiã rõne.In hanc naturaz itelligibilẽ

omnes ſuſpiciũt intellect⁹/ab eaq; ſuſcipiũt ſtabiles formulas idearũ. Suſpiciũt ⁊ rõnales aĩe: vnde ⁊ formulas licet quodammodo mobiles acceperũt. Poſt has rõnaliũ formulas aiarũ virtutẽ quoq; ſenſualem idearũ deſcendunt imagines. Deinceps in uegetalem quoq; naturã ſemina. Perq; qualitates denicq; in materiã. Quãdo igit Plato inquit deus ideas facere in natura/intellige in natura mũdoq; intelligibili angeli carũ capite mẽtium. Quod aũt lectũ dixit ⁊ menſam exẽpli gratia dictũ ſit/ut per hec artificia itelligas naturalia. i. per lectũ ⁊ mẽſam/eum qui his utit hoiem. Preterea exẽplũ in arte prepoſite queſtioni accõmodatius videbat. Forte vo ⁊ formas regulis artium neceſſarias ab ideis abeſſe nõ putat. Neq; mirũ videri debet hoiez artiũ formas habere diuinitus: cum imaginationes artiũ beſtijs quoq; nõ deſint. Ac ſi eiuſmodi forme diuinitus in aĩa fiãt/iccirco dicent fieri in natura/ qz naturaliter iſerant. Quod ſiquis ad artificia quedã videat ineptior/dicẽt eum platonici uel per uaria diſtractũ fuiſſe/uel ſe totũ ad oppoſita cõuertiſſe. Nota Platonis uerba dicẽtis deũ non intelligere ſoluz/ſed ⁊ uelle/ſignificãtiſq; deũ intra ſe intelligendo cõcipere ⁊ extra ſe fabricare uolẽdo. Nota rurſus deum naturalis vnius ſpeciei vnã tãtum ſpecie expreſſiſſe ideã in ipſo intelligibili mundo/puta ſpeciei humane idealẽ humanitatẽ vnã. ſi enim in materia ubi innumerabilis mobiliſq; uarietas eſt/ in ſingulis hoibus vnio quedã cõmunis nature ſeruat/ multo magis in ſimplici ſtabiliq; natura/pro vna ſpecie naturali idea vnica ſufficit. Immo vo diuerſa hec ⁊ inſtabilia vnaz in ſe nature cõmunionẽ nõ aliũde habere poſſunt q̃ ab ipſa ſublimis vnitate nature. Rurſus ſi ponant humanitates due/certe qua rõne utraq; humanitas eſt/ inter ſe non differũt/immo ſunt vnũ. Ergo ſi differãt/ pfecto per additamẽta quedã utriſq; ſubiũcta/inuicẽ diſcrepabunt. Itaq; neutra erit abſoluta humanitas ipſa/ſed humanitas quedã atq; talis/⁊ humanũ quidã poti⁹ q̃ humanitas: Et utrũq; tanq̃ eiuſdẽ humanitatis particeps/humanũ ſimiliter appellabit: atq; pter hec erit humanitas in ſeipſa prius vna q̃ a ſubiectis plurib⁹ capiat. Merito de⁹ cũ ſit ſimpliciter cauſa/nõ eſt dicẽdus auctor quidã hois uel equi cuiuſdã/ ſz auctor hois atq; equi: Ideo vnã abſolutãq; pro q̃libet rerũ ſpecie pcreauit ideã. At qñ apud nos hic homo generat illũ/haud quaq̃ homo hic hois ſimpliciter dicẽdus eſt auctor/ſed q̃dã hois cuiuſdam auctor Neq; enim ſolus homo cauſa eſt/ſz eſt in cauſa/in numero videlicet cauſarũ/neq; totũ facit/nõ enim materiã primã aut aiam: neq; ipſi homini dat principium. Añ hũc enim paſſim erat homo/⁊ ſane huius opa fit ubiq; fietq; homo. Ubi vo Plato dicit deũ ideã vnã pgenuiſſe/qz videlicet/uel nolebat plures fore/uel aliqua neceſſitas ĩerat/nõ fore plures/itellige in deo ita neceſſitatẽ cũ uolũtate querti/ideo ut neceſſarium ſit ita eſſe/qz deus ita vult eſſe. Siq̃dẽ in ſumma diuinitatis ſimplicitate nõ aliud eſt neceſſitas q̃ uoluntas. Ergo ſi dixeris neceſſe eſt deũ ita uelle uel facere/cõuertã ſimiliter/vult deus ita neceſſariũ eſſe. Merito ubi ſumma bonitas cũ ſumma poteſtate concurrit/ibidẽ ſumma libertas cũ ſumma neceſſitate ſpirat. Cõſiderãda ſunt inter hec diuulſa quedã/ualde tñ utilia. Quale illud lectio uel doctrina niſi ad optimaz ratio nez vite ꝺducat/eſt inutilis. Qua q̃dẽ in re admirãda fuit vita ⁊ diſciplina pythagoze. Ac iure mexẽ apud oẽs auctoritatis/Platonis etiã tẽpore. Itez poemata ſi harmonica vboz cõpoſitio adimatur/ momẽti nullius euadũt. Preterea virtus aut hois aut rei in facultate quadã ꝺſiſtit ad finẽ illũ pcipue ꝺferẽte/cui⁹ gratia ⁊ res ipſa facta eſt/ ⁊ homo natus. Apparet interea quedã inter ſenſuz rõnẽq; diſtinctio: qõ ſenſus plerũq; circa magnitudinez ⁊ figurã numerũq; fallunt/⁊ pondus: interim tñ ratio per ipſaz metiẽdi ⁊ numerãdi/libzãdiq; facultatez iudiciũ ſenſus emẽdat. Cõſtat aũt aiaz nõ poſſe eodem in tẽpore per eadẽ ſui potentiã eadẽ de remodo ꝓtrario iudicare. Apparet etiaz vires appetẽdi nobis ineſſe diuerſas. Quippe cũ rem eandẽ ſimul appetamus atq; reſpuamus. Aduerte nõ eſſe exigẽdum a pbo ciue/ut oino nihil doleat: ſed ut naſcẽtẽ dolorẽ eiuſmodi rõnib⁹ ꝺſoleſ: ubi apparet aliaz eſſe animi partẽ/que uelut egra indiget medicina/aliaz que tanq̃ ſana medeſ. He vo rationes aduerſus dolorẽ ſunt pcipue quatuor. Prima/qz incertũ eſt bonũ ne id ſit qõ accidit aut malũ. Secũda/qõ qualecũq; ſit/certe paruipẽdẽdum eſt. Nihil enim ĩter ſomnia humana magnipẽdenduz. Tertia/qõ nihil oino dolẽdo pficiamus. Quarta/qz dolor id semp qõ ſubito nobis pſidio eſſe pot/impediat. Confirmat hec ex eo qõ ⁊ ſupari turpiſſimũ eſt/⁊ ſupare pulcherrimũ. Qui vo dolore uel alia quauis pturbatiõe premit/iam eſt turpiſſime ſupat⁹. Ideo pcipit ut in aduerſis atq; pturbantib⁹ medici dũtaxat utamur officio/qui dolẽtib⁹ nõ ꝺdolet/ſed medeſ. Comparat taloz iactib⁹ quotidianas vite ſortes: quas ita vult rõnib⁹ emẽdari/quẽadmodũ iact⁹ talor artificio quodã ludi emẽdari videnſ. Sz ſupiora pcepta ad ea que ſequunſ/quaſi quedã preludia ſint. Maximũ q̃dẽ oium id nobis in vita ꝓpoſituz ſit certamẽ: quo ſupemus vitiuz/virtutẽq; ꝓſequamur: cũctaq; oino que inter hoies hñtur bona/ ut ipſi boni ſimus/pro nihilo habeamus. Siq̃dẽ pro priũ iuſtitie pmiũ maius eſt q̃ cũcta que iter hoies pñt pmia reportari: q̃ppe cũ ⁊ ipſe iuſtitie ſplẽdor ſupra modũ hec oia ſupet: ⁊ in reb⁹ mobilibus/bzeuib⁹/vmbratilib⁹ repiri nequeat pmiũ iuſtitie imobili/ſempiterne/ueriſſimeq; ꝓueniẽs. Ex his ꝓcludit immobilẽ iuſtitie habitũ ꝓpter immobilẽ pmium exoptari debere. Aõ q̃dẽ poſt pñtis vite curricula laboribus iuſtitie manet. Alioqn iuſtitia ipſa/ que excellẽtiſſimũ iudicat bonũ/iuſtis hoib⁹ foret mala ob amores iuſtitie cõtinue laborãtib⁹/ſepeq; affectis iniuria/neq; iniuriã ulciſcẽtib⁹. Adde ⁊ bona pñtia eternoz deſiderio ꝓtẽnẽtibus: neq; pmiũ apud hoies iuſtitie/immo vo pro iuſtitia iniuſtũ ſepe ſuppliciũ reportãtib⁹. Quãobrẽ ne bonuz noceat/⁊ iuſtitia careat pmio/⁊ deus uel minus ꝓuideat/uel pro meritis nõ repẽdat/iudicãdum eſt fore aĩos imortales. Preſertiz ut tã iniuſti/qui viuẽtes penas iniuſtitie nõ dederũt/ſaltẽ defuncti ꝓſoluãt/ q̃ iuſti iter mortales oino ſpreti/apud ſupos coronenſ. Hinc nobile tradit pceptũ. Aĩus immortalis nõ debet pro breui hoc/ſed pro vniuerſo tẽpore eſſe ſolicit⁹. Immortalitatẽ aĩe Plato in phedro ⁊ phedone alibiq; oſtẽdit. Eiuſmodiq; ratione eſſe certas

certas demõstrationes ostẽdit in libro de sciẽtia di cens uerba eorũ qui contraria sentiunt examinãti ridicula tandẽ euadere. Itẽ in gorgia affirmãs my steria hec adamãtinis rationibus esse ꝓbata. Pre terea in hoc decimo/ubi post argumentationẽ sub dit tum per talẽ argumentationẽ tuz per alias mul tas cogi nos ad id confitendũ. Arbitror equidez in Platonis uerbis vim quãdaz latere mirabilem a pauciſſimis intellectã: ut non mirum sit: si per argu mentationes platonicas alꝫ quidẽ demonstratum id existiment/alꝫ vo nondũ demonstratum. Demo ſtheni certe auditori Platonis tanta efficacia per uiuã uocem persuasum fuit: ut dixerit/malle se ho neste mori ꝙ turpiter viuere/postꝙ Platonẽ atq; Xenocratẽ de animorum immortalitate disserẽtes au diuerat. Eãdem quoq; in scriptis Platonicis vim percepit Cleombrotus/z apud Cirenẽ multi ege ſis auditores/qui sese e corporis carcere ob deside rium alterius vite liberauerũt. Eandem Platoni cus percepit Boecius philoſophia teſte concedẽs hoc sibi certis rationibus demonstratũ. Eandẽ au relius Augustinus persensisse videt/ubi ait hac de re se nunꝙ dubitauisse. Confirmant hec ab Auicẽ na/rationes quasdã ad hec demonstrationes esse/ dicente. Neq; soluz demonstrari posse Plato hic inquit/sed etiã facile demonstrari/apud illos ut ar bitror: qui cum ipſi purgatã/segregatãq; a corpore mentẽ habeãt: merito non diffidũt posse quãdoq; aiam segregatã a corpore viuere. Quãdoquidẽ ex periuntur ipſi mẽtem suam seiunctã a sensibus / vi uere melius ꝙ coniũctã. Cõpertuz z habẽt aliorũ aias immersas corporib⁹/atq; ideo vitiosas/vitio tamẽ morboq; propio nõ interimi: Et iccirco mul to minus alieno. i. corporeo morbo posse corrũpi. Siquidẽ z corpus ipſum externo malo non prius perdicitur ꝙ intrinſecũ inde inferat malũ/quo pro xime perimatur. Ceterũ ne quis de aie sue diuinita te diffidat/iubet illã a contractis ex amore corpo reo sordibus penitus expurgare/purgatãq; perſpi cere/ꝙ pura/ꝙ simplex/ꝙ diuinorum auida/tanꝙ diuinitati cognata/ꝙ cito/ꝙ plene luminis diuini sit capax: Quod aũt dicit aias indies non fieri nu mero plures/intellige non ita fieri/ut ex corporib⁹ oriãtur z cõponant. Quod quidẽ sequẽs ratio ma nifestat/dicẽs si diuina de corporibus cõponantur tandẽ cum diuina nunꝙ resoluant in corpora/fore ut nihil reliquum sit corporũ in natura. Rursus ad uerte qõ subdit aiam non esse cõpositã: alioquin in dissolubilẽ fore nõ posse. Atq; intellige essentiã ad hoc ut dissolui nõ possit/oportere uel nullis cõpo sitã esse: uel si sit cõposita/non tñ ex materijs ullis cõponi: atq; ita rursus cõflari/ut in eius cõpositio ne multitudo nõ superet vnitatez: immo vo vnitas per harmonicã vnionẽ supet multitudinẽ/statusq; motũ. Cõclude mysteriũ partim ad ꝓuidẽtiã/ par tim ad immortalitatẽ premiũq; iustitie pertinẽs: iu ſtus quidẽ deo euadit ſimilis: iniust⁹ vo diſſimilis: Cuiq; nõ lateat deũ huic sibi esse ſimilẽ/illũ vo diſſi milẽ/rõni ꝓsentaneũ est iustũ deo charuz esse/atq; amicũ/iniustũ ꝓtra. Propterea deuz iustos tanꝙ amicos nullo pacto negligere: sz illis semp ita ꝓſpi cere ut eis singula ꝙuis videant aduersa tandẽ eua dãt ꝓspera/uel viuẽtib⁹ uel defunctis. Verũ cur nã hic hiſtorico quodã exẽplo potius ꝙ argumẽtationũ diligẽtia mysteriũ immortalitatis asseruit: Quoniam ciues ad iuſtitiã non tam uerboz artificio/ꝙ exẽplo z opere sunt prouocãdi. Preterea cur ad id cõfirmã dum producit in mediũ hoiem a mortuis resurgẽtez: Quia z si rationibus immortalitas ꝓstet/z cõmunis quedã iuſtitie executio/tñ locũ/formã/diſpositionem uel premiũ uel supplicij ab illo qui interfuerit oportet accipe. Quod nobis prope phedonis finẽ significat. Neq; ab re resurrexisse testat herũ pamphiliuz/pro salute patrie in prelio mortuum: ut significet eos qui pro publico moriũtur bono/ad uerã vitã resurrectu ros: quanꝙ ex multis vnus resurrexit ad nostrã. Sz nunquid hiſtoria hec est an fabula: Hiſtoriã esse vult Juſtinus platonicus martyrq; christianus. Ad equi dez nõ refellã. Ubi vo Plato apologũ fabulãq; noiat exponi poterit hiſtoriã dici posse fabulã: quotiens ul tra res gestas augustiorẽ habet allegoriã. Quãob cau sam Olympiodorus quoq; ait Platonẽ hiſtorias z rõnes sepe fabulas appellasse. Et quoniã manes z iu ſtitie loca figuraſq; aliter in phedro aliter in gorgia / aliter in phedone z hic/alibiq; diſponit / ꝓspicue pa tet hec ꝓter loci formã sensum quoq; allegoricũ ꝓtine re. Utiq; aũt hic circa resurrectionẽ duodenario nume ro. Qui sperarũ mũdanarũ apud priſcos est numer⁹ putãtes octo sup quatuor elementa esse celos. Quaſi dicat opus esse virtute diuina vniuersi dña ad mortu um suſcitandũ. Idq; interdũ ad hoiuz doctrinã diui na ꝓuidẽtia fieri. Sunt z qui dicãt annũ magnuz quo hois aia suum explet circuitũ per quẽ in idez redeat duodecimũ annoz milibus cõprehendi. Tribusq; an nis eiusmodi annũ mũdi exequari magnũ: quo mũdi aia per firmamẽti motũ/suũ peragit ambitũ triginta ſex annoz milibus peragẽdũ. Circuitũ vo aie nostre per duodecim agi annoz milia inde uolũt/qz oporte at per oẽs diſcurrere ſperas chorosq; demonũ z deo ruz: qui in phedro per duodecim ordines digerũtur. Sed quid nã sibi uolũt hiat⁹ in terra duo/totidẽq; in celo: ut intelligas aias alia quidẽ via ad terrena descẽ dere. ſ. habitu quodã corporeo/alia vo a terris aſcen dere. ſ. habit⁹ illi⁹ purgatione. E celo ſimiliter labi in elemẽta corpis elemẽtalis amore: ac viciſſim resurgẽ in celeſtia amore hoc reſtincto/celeſtiq; accẽſo. Hinc aũt Orpheus amorẽ oium tam ſupoz ꝙ inferoz cla ues habere. Judices aiarũ in aere z ethere collocat/ angelos ꝓuidẽtie diuine miniſtros. Poſt ſentẽtiaz iu ſti celũ petunt corã se z opera z iudicia preferẽtes: qz videlicet z ſeipſos nouerũt/taz ſibimet ꝙ alijs lucẽt. Iniuſti ꝓtra deſcẽdũt ſua ferẽtes a tergo. Neq; enim cognouere ſeipſos neq; ꝓfuere ſibi/ſed ceteris exẽplo ſunt potius ꝙ ſibimet auxilio. Pratũ in quo z aſcẽdẽ tes z deſcẽdentes ad tẽpus aie requieſcũt/media que daz regio eſt inter inferos z celeſtes/ac diſpoſitio in ter bonũ habitũ atq; maluz: z ſtatus beatitudinez in ter/atq; miſeriam/lymbo ſimilis in aere deſignatus. Hic aduerte animas que in ſuperiori vita mutuaz no titiam habuerunt/in altera inuicez ſe agnoſcere. Itẽ in eiusmodi prato / diutiſſime reſidere animas/ ꝓm Platonicos eorũz/qui in infantia deceſſerũt: de qui bus herus quedã memoria parum digna recenſuit. Quia cum in neutrã partem declinauerint eligendo/

neq; obduxerint habitū/ Platonici eas in lumine tā tum naturali relinquunt. At vo beatos quidem super naturale lumen/miseros autē infra id lumen positos esse putāt. Agitur hic preterea de supplicijs purgato rijs. Sed cur nam culpa doloribus aboletur: q; vide licet uoluptatibus inoleuit / nonne ꝛ medici morbos plurimū a contrario curāt: Animaduerte Platonez non temere ad delendā culpā numero uti denario / ꝛ cētenario insuper atq; millenario. Sane pro quolibet uoluptatis gradu decē adhibet supplicij gradus. Pri mo quidem queritur quā ob causam plures pendunt gradus pene q̄ percepti fuerint uoluptatis. Respōde tur ob lese maiestatis diuine crimen ita deberi. Pre terea/sicut beatitudinis gaudia iustitie humane dolo res exsuperāt/sic miserie cruciatus iniustitie uolupta tes. Deniq; neq; tam facile delentur note q̄ facile im primuntur: neq; qui peccati habitū confirmauit si vi xisset ultra delinquere desiuisset: queritur deinde cur gradus decem. Quid si Plato mosaicū decalogū est imitatus: cūq; arbitratus sit eus quodāmodo contra precepta diuine legis decē agere/qui aliquot ex decez omnino neglexerit/iure decies iudicat cruciandum. Pro inde / denarius numerus dicit vniuersus. Des enim numeros uel intra se implicat/uel per se suosq; explicat replicādo. Uniuersus autē numerus oportu ne animis purgādis accōmodatur: ut per hūc significi cetur vniuersam corporis labem deponēdam esse pri us q̄ ad vniuersi peruenias principē / penes quem ni hil potest esse corporeus. Querit post hec cur preter gradus penarū decem/annos centum affligātur iniu sti: Respondeo/ q ꝛ si ad centum usq; vixissent annos/ quo termino vita hominū quodāmodo designat / cō tinue peccauissent. Attribuitur autē cuilibet decē gra duum numerus centenarius/vnde numerus cōficitur millenarius. Hinc illud centum errāt annos. Item ꝛ il lud/mille rotā uoluere per annos. Preterea centum pro vno accipietis. Nam his Plato numeris non so lum in supplicio sed etiā in quibusdā premijs utitur. Profecto si denarius in se ducatur multiplicando de cies decem/ex eo nascitur centēnarius. Deinde si re ducatur in semetipsum/cōputando decies decem de cies/millenarius ꝓcreatur. Itaq; ꝛ denarius vniuer sus est numerus/ꝛ centēnarius/millenariusq; vniuer sales sunt numeri. Item si ab vno procedas in decez/ numerus nascitur linearis. Si a decem in centū/superfi cialis fit numerus. Si a decē in mille/fit solidus. Ut er go allegorice exponamus/iniusti hois anima a seipsa discessit in corpus/labeq; est infecta corporea. Hanc utiq; labē per denariū qui vniuersus est numerus ex purgatura est vniuersaz. Quod vo denariū oporteat in se duci centēnarium procreādo/significat animam a corpore ad se per rationē emergere oportere. Dein de qō opus sit denariū in seipsum reducere millenari um generādo/allegorice docet aiam non solum erga se uerti debere per rationē/sed per intelligētiā quoq; in se cōuerti: atq; ita in vnitatē reduci propriā: qua de niq; possit deo frui summa oium vnitate. Linearis au tem numerus ꝛ superficialis ꝛ solidus mistice docent ad mentē purificandam non solum extrinsecam ope rum/uerboꝝ/cogitationuz superficiem / sed etiā pro fundissima queq; penetralia/diligētissime perquiren da. ¶ Post lymbum ꝛ purgatorium descendit ad in feros. Sed platonicos uelle scito non soluz in pur gatorio temporales esse penas / uerūetiam in cele sti quadam regione temporalia gaudia: ut utrinq; par pari respondeat. Sic enim distinguūt. Aut sen sus in vita omnino paruit rationi / aut omnino ra tio sensui/aut semper inuicē pugnauerunt. Atq; in ea pugna uel sensus plurimū uel ratio superabat. Anime igitur in quibus sensus rationi per habituz confirmatuz prorsus obtēperauit/sempiternū pre miuz consequūtur. Contra vo affecte/sempiternis supplicijs condēnantur. Medie vo/si superauit ra tio/ad temporalia premia/sin vo sensus/ad tempo ralia supplicia transferūtur. Quibus vo nullum cō sultandi datuz est tempus/lymbus apud Platoni cos seruatur eligendi locus/hic sub prati nomine designatus. Et si prata interdū Platonici celestia: presertim suprema noiant/ hic tamē prata aeream significant regionē. Quo eniz pacto hic per prata significaret sublime celū: cum dicat ad hec animas e celis alias descēdere: alias e terre visceribus subi to peruenire? Sint ergo eiusmodi prata sublimes quedā aeris plage contigue sublimibus illis terre plagis/quas in Phedone describit in paradisi ter reni formā/felices sub uere perpetuo habere culto res. Ibidē cāpos quoq; ponunt elysios/terrenos inq̄. Naz celestes elysios celū habet octauū. Hinc illud Astra tenēt celeste solū/formeq; deoꝝ. Mit to in presentia Proculū ꝛ Plotinū/qui ubi Pla to sempiternū dicit/exponunt vniuersuz anni am plissimi tēpus/quo singuloꝝ tēpoꝝ curricula per aguntur. Porphyriū quadā ex parte in hoc ꝛ Ja blicū magis probo: ut hinc intelligātur eterna. Ubi enim Plato insanabilē dicit animū/ꝛ talē qui pur gari possit nunq̄/satis idicat eterna supplicia: atq; vicissim gaudia infinita. Quo vo pacto alij quidaz hec exponant/memoria dignū esse nō censui. Pre terea si Platonis uerba consideraueris/agnosces euangelicū illud. ligatis manibus ꝛ pedibus in ex teriores tenebras eum mittite. Sed addit hic liga to capite. Uinculū quidē capitis significat rationis impedimētū ꝛ luminis obiratē. Nodus vo manu um actionis ꝑfectusq; priuationē. Deniq; ligati pe des nō ducūt/non progrediūtur/nō pueniūt/sed vi illata raptant. Cognosces quoq; sub igneoꝝ boiuz figura ultores demones penasq; corporeas: idēq; ex multis pcipies piecturis: Notabis ꝛ ꝓpriū exte riorīs uocabulū. Preterea tenebras ubi claudunt hiatus. Sub noie quoq; mugitus stridorē dētium atq; fletū. ¶ Postq̄ vo loca ꝛ penarū disposuit/ꝛ gaudioꝝ per oppositā formā significauit/ꝛ media tetigit/ad illas iam reuertit aias/que in prata par tim e celo post ꝑmiū tēporale / partim e terra post tēporale supplicīū ꝓfluxerūt. Quas in elemētalem rursus generationē dicit oportere reuerti: perq; il lā eatenus ꝓgredi / quoad firmiorē statum siue fir missimū q̄q; ꝓmereant. Has inquit septez in pra to dies ꝓquieuisse. Huc tu septēnariū si per septem planetas interꝑteris: itē per septē dieruz septēnari os/quibus ante motū fetus in aluo quiescit: ac etiā per septē quosq; dies/in quibus gradatim in utero forme mutant. Forte nō nihil afferre videberis. Sz qd istud ad aias: que neq; amplius in planetis sunt;

descenderūt

descenderũt enĩz ⁊ nondũ aluo claudunt. Descẽsu re enim sunt in uterũ postꝙ ad tria fata puenerint. Interea aereo corpore aereã incolũt regionez: Erũ esto si placet: Forte etiã qz interim quodãmodo viuũt steriles/sterili quodam numero deputant/⁊ quoniã septẽnarius neqz ex aliquo numero gignit aliquotiẽs repetito/neqz gignit aliquẽ intra decem aptissime conuenit aiabus adhuc utrinqz a generatione uacãtibus: Attribuũt pythagorici eũdem numerũ Palladi: qz neqz ex matre genita sit/neqz genuerit: Cõuenire uolunt ⁊ animis a terrena adhuc matre semotis/⁊ uniuersum sub palladis sapiẽtia ꝓtemplãtibus: At cum primũ ab eiusmodi uacatione cõsurgunt/subeunt octonariũ qui ⁊ gignit/⁊ primus est inter numeros solidus: Ideo cum aia congruit ꝓpemodũ ad corpus solidũ accessura: Solidum vo octonariũ appellamus: quoniã ex binario per seipsum ter repetito ⁊ in se redeũte creatur/dimẽsionem trinam significãte: Naz ex bis duo bis/octo cõplẽtur. Adde si colis musicã/uocẽ septimaz esse penitus dissonã/octauã vo oium maxime consonãtem. Consonare aũt oportet tam corpꝰ aie qꝫ utrũqz fato/ut celestis aia ineat cum corpore terreno cõmercium. Cuius quidẽ consonãtie tãdem expletis numeris/aie iam ipsi ⁊ terra dissonet ⁊ cõsonet celum: si modo futura sit felix. Proinde qꝫ quatuor dies ad generationis ꝓgressum/octo diebus/prato subiungit. intellige in natura aie uegetali viz ⁊ affectũ quẽdam quodãmodo iam regnare ad formãdum corpus ex elemẽtis quatuor cõstitutũ. Itẽ sub octaua cõsonantia opus est quarta quodãmodo ad consonãtiam accedẽte ⁊ quinta uera iam cõsonãtia. Quinque vo fiũt si sequentes quatuor vna cum precedẽte cõputare uolueris. Quinetiaz videbis hic duodenariũ assignatũ/ quo aie ad exordia generationis accedãt. Duodecim enim ad id opus est sperarũ ⁊ diuinorꝫ demoniorũqz ordinez adiumento. Uox insuper ⁊ cõsonantia duodecima perfectissima est ex diapason ⁊ diapente/ ex octaua ⁊ quinta resultãs/sua quadã gratia rebus cõgruens amatorꝫ: conueniẽs quoqz nuptijs. Eiusmodi vo aie iãiã amore quodã/ ut ita dixerim/uenereo duce/terrenis cõciliãde sunt nuptijs. Sed cur Plato cum duodenariũ cõputaturus esset/ac post septez/residuũ esset subiũcturus/nõ subito dixit quinque: ut videlicet ⁊ per octo ⁊ per quatuor innueret mysteria que audisti: rursusqz per diei vnius iter additũ ad cõplendum duodenariũ/aiaduerteres corpus ex quatuor cõpositũ elemẽtis nõ prius ad aiaz preparari posse qꝫ ⁊ ipsum in vnã quintãqz formã quasi celo similẽ fuerit tẽperatũ: ⁊ aia vnũ ex se vitalẽ actũ corpori facile imprimat figurato. Quoniam vo aie ad cõposita declinantes corpora/ fati legibus magna ex parte subdũtur/ ⁊ vicissim fato duce ad illa labunt/iccirco inquit has aias in ꝓspectum fati ꝓcedere. Principio igit naturã ipsaz sublumine colũnari depingit/quod sit vinculũ vniuersi. Naturam intellige vitalẽ seminariãqz virtutem ab ipsa mundi anima infusam materie mũdi. Que propterea lumen dicitur quoniã penetrans ⁊ vitalis. Item recta nuncupatur colũna/quia quasi per longum totam ubiqz materiaz penetrat/multosqz formarum gradus producit deinceps specie ⁊ genere differẽtes. Dicitur etiam per omnem extendi partem/⁊ celum vndiqz alligare: qz tota ubiqz adest ⁊ cõtinet/multaqz tanꝙ per latera quedã inter se equalia ⁊ similia propagat. Ita tamẽ ut ex longitudine perueniatur ad latitudinẽ: Quoniam penetrãdo diffundit: ⁊ quaten⁹ diffunditur/implet/regitqz implẽdo. Hinc illud/Spiritus intus alit. Uarietas vo colorꝫ semina lium virtutũ declarat uarietatem. In hac utiqz natura/fatalis latet fusus/ꝑm imaginationem quidez ipse sperarum axis geminis polis cẽtroqz decorus: ꝑm vo rationẽ/quoddam anime mũdane simulachrũ uegetaliqz virtus eius nature presidẽs/eãqz uelut instrumẽtum mouens ad naturalia nõ solum artificiose sed etiam ineuitabiliter fabricãda: Ut non solum ordo a natura sit in mũdo/sed etiã a fato ieuitabilis ordo. Hinc illud in politico/mũdus a naturali cupiditate fatoqz ducitur. Sed tanta nature cũ fato cognatio est/ ut vix inter se a philosophis discernãtur. Ut autẽ immutabilem fati naturam exprimeret / fusuz eius esse dixit ex adamãte. Uertigiũ autem idest celuz ex adamãte rursus/alijsqz materijs. s. astris non solum fixis sed ⁊ mobilibus atqz cõmunibus: multipliciqz formaruz uarietate. Euidẽter deinde octo depingit speras/que a natura quidẽ agitantur/sed a fato nature preside immutabiliter agitãtur: ⁊ instrumenta fati esse dicuntur. Inculcãtur inter hec multa ad mẽsuras/profunditates / interualla/motiones/harmonias/formas / virtutes/ sperarum celestium pertinẽtia/que in Timei cõmentarijs oportunius explicabimus. Summatim vo ex uelocissimo ⁊ ordinatissimo celorũ motu: potẽtissimoqz contactu melodiã ingentem ⁊ uariam ⁊ suauissimam cogita procreari. Grauiores quidez uoces ex motib⁹ tardioribus/acutiores autẽ ex uelocioribus/ex mediis vo/medias. At quoniã elemẽtalis auditus ad celestem melodiã caret proportione / sonus eiusmodi nõ auditur. Hic nouem musas atqz syrenes esse cogitamus/octo sperarum tonos concẽtumqz ex tonis harmonicũ. ¶ Proinde fatalẽ fusum: idest tractũ inquit inter genua dee necessitatis uerti. Qui tres sint filie/lachesis/cloto/atropos: que vna cum matre celestia uoluãt. Hitto quid de his sentiat proculus/non solũ ponens iouem vnum vniuersalez mundi totius opificem/sed tres insuper sub eo ioues particulares opifices. Deinceps pari proportione deã vnã necessitatez in ordine illo custodiẽtez omnia/in quo cõmunis iuppiter cuncta cõposuit. Preterea tria fata: idest tres deas huius necessitatis filias: quaruz alie alia sub matris imperio procul a trãsgressione conseruent. Et necessitatez quidem deã omnino collocat super mũdũ: filias autẽ partim quidem a mũdo semotas / partim etiã declinates ad mũdum. Mihi vo sicut ⁊ plerisqz alijs Platonicorum magis placet/necessitatem esse mundi animã. Filias autem tres/esse tres huius anime vires ad fatalia pertinẽtes. Uocat autez necessitatem/non qz uel nature uel rationi inferat violentiaz: sed qz omnia in suo quodã ordine ab opifice reruz instituto cõseruat: neqz pmittit quicꝙ leges illius adeo trãsgredi/quin mox regrediatur in leges. Celos uoluit genibus: idest infima parte sui/tãta videlicet facilitate ut expeditissime interim contẽplationis gaudio perfruatur. Sed hanc ipsam uegetalem eius partez

tribus appellat nominibus. Lachesim quidē q2 reruz seminibus grauida est/ z vitaruz sortib⁹ atq3 formis: quas descēsuris iserit aiab⁹. Cloton deinde qñ ilitas vite sortes ordine suo euoluit in actum viuēdi z explicat in effectū. Postremo atropon qñ vitas iā euolutas in actū pgressu quodā indeclinabili/ad ineuitabilem usq3 terminū ꝓseruat atq3 custodit. Nonulli ꝑmā noiant uestā. Secūdaz mineruā. Tertiā vo martē siue martiā. Deinde qō dicit parcas ad syrenuz mot⁹ harmonicos canere/acetpe fatales vires ad effectuz per celestes motiones influxusq3 ꝓcedere. Sedes necessitatis filiarūq3 eius/ostēdūt fatalis ordinis firmitatez: quasi oporteat mobilium pgressionē ab ipsa motoris immobilitate regi atq3 ordinari. Sediū vo paria iter ualla iustā tum inter fata tum per fata distributionez fieri euidēter ostēdūt. Uestes albe tū fatoz naturā in uiolatā ostēdūt/tum innocētē. Nō eniz agit vniuerso maluz/qō ab optimo vniuersi duce depēdet. Corona describit impiū. Cantare est per tēpoz interualla ea cōgruitate digerere singula/qua diuina mēs momēto quidē intuēs tēporibus digerenda prescribit. Hinc fit ut parce oēs tēporanea cantēt. At cur Lachesis preterita: Cloto pntia: Atropos vo futura: Rūdeat proculus in preterito quidē tria tēpora cogitari. Haz z preterijsse iā dicit z qñq3 fuisse presens/z antēq3 presens esset/fuisse futurū. In pnti vo ipsum cogitari presens. qō prius fuerat z futurū. In futuro deniq3 futurū dū taxat agnosci. Per hec vo declarari precipuā esse lachesim. Scdo dignitatis loco cloton. Tertio atropon Uerum cur nam parce globos tractāt manib⁹: mater vo nequaq3/quoniā ifime illius aie vires cognationes globis sunt q3 aie ipsius substātia. Cur itē lachesis gemina tāgit manu: q2 in exordio z mediuz cōtinet z finis. Cur deinde cloto ampliorē z ab extrinseco tangit ambitū atq3 dextera. Atropos aūt angustiorem ab intrinseco atq3 sinistra: Quia euolutio vite per media/ z ab extrinseca exordit causa/z amplior est/ cōtingit quoq3 ꝓsperior. Ineuitabilis aūt terminus z ab itrinseca iam ꝓuenit ꝓprietate cōcepta / z desinit in angustū. Adde qō clam surrepit z ut plurimū cōtra uotū. Quod aūt parcas inquit celū intermissione quadā tēporis tāgere: ne putes fatales mundane aie vires modo regere mūdana modo nō regere. Si enim mutabilitas sit in fato cui⁹ ꝓpria immutabilitas ipsa est nihil fingi poterit non mutabile. Plato igit humano quodā more atq3 sermone/diuina pingēs officia innuere vult/fata partiz res ipas tractare/partiz vo nequaq3: tum q2 mūdane aie virt⁹ in ipsa sue integritatis dignitate ꝓsistēs/actionē suā reb⁹ gubernādis accōmodat: ac vicissim dū accōmodat nō miscet. Tum q2 tēpora lez in opibus vicissitudinē exhibēt: z quā intermissionē in opatione sua dicūtur habere: nō in se quidez sed in effectu demōstrant: tuz q2 naturalia quidē tractat/ supnaturalia nō attingit. Que enim uel ad rōnem purā liberāq3 uel ad diuinā intelligētiā fato supiorē pertinēt/minime tāgit. Talia enim ad sublimē dei ꝓuidētiā celesti fato supiorē miro quodā ordine reducūtur. Similiter in politico scribit/mūdana alias a fato/alias a ꝓuidētia regi: nō q2 ītermissa quadā vicissitudie tēpoz fiat eiusmodi cōmutatio: sz q2 quotidie quedā sub fato fiāt: quedā per ꝓuidētie leges sup fatalē seriē disponant. Accedit ad hec/q3 aie nostre/alias in prouidētia sūt oīno: alias ꝓsus in fato: alias in utroq3 simul. Cū eniz expedita tm mēte ꝓtēplatrice viuūt in puidētia solū penitusq3 libere viuūt. Cū vo in uegetali parte ad corp⁹ hoc inclinatio inualescit: atq3 ad imaginationē usq3 talis inclinatio ꝓpagat/ad fatum iam declinātes/pariter a libertate degenerāt. At dū cōpositio corpoi ꝓiūgūtur/iaz in ipm corporis sui fatū sese mergūt/minusq3 admoduz pristine retinēt libertatis. Deniq3 postq3 affect⁹ corporeos in habitū ꝓxerūt fato iā funditus obzuunt/omni libertate priuate. Querit quaz ob causam hic aie naturali quodā instinctu ad lachesim videant accedere. Profecto in generali natura corporee machine oium sunt semina spērū/certis nō solū formis z modis/sed tēporib⁹ quoq3 pululatura. Quinetiaz in ꝓpria qualibet z cuiuslibet speciei natura similis quidā est seminalis ordo/sed ad spēm ꝓpriā ptinēs ꝓpagandā atq3 seruādā. Similis z in quolibet sub specie indiuiduo fomes ꝓcliuitasq3 ad singula modis tēporibusq3 ꝓpriis ꝓducenda. Tres he nature deinceps ita dispositē sunt ut indiuidualis sequat specialē/spālis simul z generalē: adeo ut plurimū qō ex vni⁹ natura est/pariter sit ex alijs: z particularis natura cū vniuersa ꝓsentiat. Eadem ferme rō ne se habet fatū. i. pfiguratio quedā rerū explicāda rū/tum in ipa mūdi aia/tū in duodecim sperarū z syderū aiab⁹/ tū etiā in aiab⁹ iaz quasi particularibus. Quarū in numero sunt humane. In uegetali ergo virtute aie nostre ꝓpriū quoddā ineest fatuz z inuoluta series futuroz/ ꝓsentiēs in forma modoq3 z tēpore vna cum fatis celestiū aiarum/aieq3 mundane. Queadmoduz igit plante cuiuslibet germen ꝓpriis quibusdā figuris z suo tēpore pululās/spontе videt vna cum vniuersali tēporis uerni natura ad idē prouocāte concurrere/sic z aie suapte natura suoq3 fato oportune ꝓprias quasdā tūc ꝓmunt vitas/quādo ad easdē similiter vniuersale cōuocat fatum: Ita ut aiatum chorus suis quibusdā saltādi figuris uariorūq3 simul diuersitate saltātium fatalē imitet cantū atq3 sonū. Cantum quidē intelligi malim in celestib⁹ aiabus/in speris vo sonuz: in nobis deniq3 saltū. Tali quodā instinctu ad lachesim aie in auspicijs vite pueniunt ad sortes suas per sortes lachesis cōfirmādas. Cōfirmant igitur per ꝓphetam quēdam. Prophetа hic duo quedā significat/ tū vniuersalē primūq3 prouidētie influxū in aiam/ tum oportunitatez/sub qua eiusmodi fit cōcursus/ ut aie ad id ferātur/quo z fatum perfert vniuersale. Quod ergo dicit prophetā disponere in ordinē animas/sortesq3 a lachesi in eas trāsferre significat hec oia confirmari tum per ꝓuidentie diuine fauorem/tum per cōcursus illius oportunitatez. Neq3 ab re dictū est parcas vniuersum quidē manib⁹ gubernare/sortes vo aiarum e genibus lachesis accipi. Nam cum vniuersi gubernatio prestātior sit q3 dispositio aiarum/merito illa quidē manibus hec autē genibus perfici iudicatur. Sedere autez in tribunali/auctoritatem exprimit z iudiciū. Inter sortes vo vitarū atq3 exempla talis quedam videtur esse distinctio/quod sortes quidem ad vires pertinent uegetales. exempla vo ad imaginationes/ superiores quidem/uegetali potētia/sed ꝓpinquas.

Hēpe

Nēpe cuz primū in hac potētia talia quedā future vite semina pre ceteris inualescūt/simul in imagina tionē quoqz vite similis figure z machinamenta cō surgunt/affectusqz feruescūt:perinde ut apud nos sanguineaz corporis affectionē hilaris imaginatio sequitur.Colericam iracūda.Melācholicā vo tri stis.Fecundam luxuriosa. Hactenus fatalis pro cedit necessitas. At enim ratio imaginatione supe rior:cuius est ratiocinatio cōsiliū z electio/ideoqz motus ad utrūqz liber/percipiēs imaginationis fi guras/atqz affectus / pōt eiusmodi vite descriptio nem probare pariter atqz reprobare.Quā ob cau sam dicit virtutez esse a fato liberā/culpāqz in vite deteriozis electione eligētis esse nō fati. Nā z si ex fato est in tā cōmuni q̄ propzio nouā iam vitam z nūc aut prius eligere.Ex cōsilio tamē est talez pro prie eligere aut talem.Quippe si primā viuēdi for mam ab imaginatione oculis rōnis oblataz/ratio examinādo reiecerit/non deerit statim alia melioz rursusqz alia. Hinc illa prouidentie inspiratio pro pheta cognominatur. Premōstrat enim rōni quo dam iudicij lumine/eam habere liberā consultādi eligendiqz facultatem:quidue potissimū ex temera ria electione sequat. Dicit z prophetа sortes fun dere/exēpla viuēdi proponere:non soluz quia pro uidētie diuine influxus quodāmodo fatalia sancit: sed qz fatales sortes z exēpla fatalia producit in ra tionis examen atqz iudiciū.Quod autem in preco nio nūciat/animas esse diurnas/exprimit eas z ibi esse in perpetuo die:z vitaz quam tātifaciūt vnum esse diem atqz nocturnū.Addit initium alterius so re circuitus/ut aperiat mysteriū animarum a celo in terram vicissimqz remeātiuz.Appellat humanū genus/non mortale solū:sed ut anime sua mala pre sagiant/addit mortiferum quasi dicat corpis vitā esse anime mortem. Prenūciat deinde z si ratio a principio in eligēda vita sit libera/postq̄ tamē ele gerit in hac quidē reiciēda/non amplius fore libe raz:licet quādoqz libera futura sit in ea qualiscūqz sit aliter atqz aliter cōponenda uel temperāda:Si queras quare alie hoium anime vitas alias eligāt respōdebūt alij speciales quasdam in aiarum natu ris differentias esse:alij indiuiduales quidem atqz proprias:addētqz differentias illi multas ex supio ris vite diuersitate deductas. Nō z plotinus ual de cōfirmat z sequētib⁹ maxime cōsonat. Hpro inde anime eligētes vitam/simul demonem sortiū tur electe vite ducez.De hoc alibi multa diximus. Hic ita distingue.Deos Platonici alios cogitant extra mundum/mentes scilicet seiūctas a corpore tanq̄ intellectuales speras colētes deū vnuz tanq̄ ipsarum cētrum firmissimum/z stabilissimā vnita tem.Alios mūdanos appellāt/videlicet ultra diui num cultum uoluēdis mūdi speris accōmodatos. His demones subdunt quasi ministros ad ea que uel in specie uel in speris uel ex speris fiūt disponē da atqz cōponenda.Totidem igit numerāt genera demonū/quot in dōs mundanis demonū ducibus vires inueniunt: At vo in quolibet mundano deo vnitas ipsa suprema est/substantie sue/qua diuinā referat vnitatē. Post eam est intellectus/simul oia contuens:per quē mētes representet angelicas. Itē ratio per formas quadam progressione discurrēs/ta lium propria aiarum. Preterea imaginatio quedam eatenus per particulares cōgrediens formas / quate nus per vniuersales ratio ipsa progredit. Deinceps natura sequitur uegetalis spere viuifica simul z mo trix. Secundum has quinque vires genera quinque demonū cōputant.Quorum ex numero celestes qui dem demones deorum mūdanorum vnitatē accōmo date sequunt.Etherei vo demones idest ignei deorū corūdē intelligētiam.Aerei demones rōnem. Aquei imaginationem.Terreni vo naturaz:quam in dōs ap pellauimus uegetalez.Sub his orphici demones col locant subterraneos mūdanorum deoz corpora infi mo quodaz ordine referētes:scelerūqz ultores.Quo rum hic Plato mētionem fecisse videtur.Si queras quales potissimū demones duces sint aiarum in cor pora descendētiū/respondebit non celestes/nō ignei. Hi enim tanq̄ sublimiores reducūt animas nō dedu cunt. Item nec aquei neqz terreni. Hi enim tanq̄ infi me generationis artifices/non tam ducūt in fatali iti nere aiam q̄ in precipitia fati precipitāt.Aerei ergo restāt demones medij per media duces:qui rationis diuine comites humanā rōnem in hoc itinere ducūt. Ex horū vo genere demonū alij alias ducūt animas: Saturnij quidē saturnias:Martij vo martias:alijqz similiter alias:accōmodati potissimum/singuli singu lis tum ex affectione animi propria / tum ex prouidē tia fatoqz cōmuni.Maxime vo ꝑz electe vite formā. Hoc deinceps vite duce subeūt iam anime tria fata: que solum ante conspexerāt/videlicet z ita statuente demone ordinis totius executore: z iam affectu cor poreo gradatim preponderāte.Demū post tres par cas ad parcarū trāseūt matrem necessitatē ipsam sci licet cuius iam experiūtur impulsus. Deinde sub ue hementi extu ire animas/tria significare pōt: scilicet corporei amoris ardorē crescere/simulqz curā z soli citudinem augeri.Item per ignis sperā e celo descen dere. Preterea caloris naturalis ministeriū ad terre num corpus viuificandū.At quoniā nimia terreno⁹ cura/celestia oblitioni mādātur/atqz per oblitionē ex fertilitate sterilitas accidit/iccirco mox in letheū: idest oblitiosum descēdūt cāpū penitus sterilē.Et qz ob diligentē mortaliū curā/negligunt eterna:vnde z oblitio nascitur z iactura/z reminiscētie difficultas/ inquit animas in cāpo letheo ad flumē amelitā: idest negligētie fundū usqz descēdere: ibiqz sub nocte recū bere:idest sub diuini luminis ꝓuatione prosterni. Ve rum quid significat amelite aquā nullo vnq̄ uase con tinere posse? Poetica hec quidem metaphora est / si gnificans/inferiorē materiā/que flumen dicit fluitare per formas iugiter atqz fluctuare. Itē oblitionis vi tium/qō est retinere nihil/sz statim effundere.Adde qō nullū extrinsecū substētaculū seruat aiam propria negligētia pereūtē:Quod preterea necesse sit ex obli uionis fluuio bibere/patet/quoniaz ita fieri ex natu ra propria/z cōmuni fato/z prouidētia est institutū. Bibere autez aut plus aque aut minus ex affectu ad corpus prouenit magis minusue procliue: idēqz ma ioris minorisue oblitionis est causa / siue potius ma ioris aut minoris ad reminiscentiam facultatis.Has utiqz passiones quodāmodo experit anima in corpo re quodā ex aere crassiori cōposito in supiori campo

anteq̃ terrene matris utero concludat. A celestibus enim corporibus ad terrena non solũ per elemẽtum/ sed per corpus aereũ fit descẽsus. Subiũgit animas in hoc aereo corpore ad mediã usq̃ noctẽ dormire / ostendẽs mox sub terreno corpore non dimidiã iam sed integrã ignorantie noctem fore. Somnus testat ꝛ rõnis impedimẽtũ ꝛ iudicij falsitate. Postremo aias inquit fetui terreno insinuari sub tonitru quodã atq̃ terremotu/duabus ut puto de causis/tum indicãs infelicibus auspicijs hũc carcerẽ ingredi/tum ostendẽs tam celestẽ q̃ terrenũ motũ ꝛ quidem uehementẽ ad diuinam aiam tam tetro carcere cohercendã concurrere oportere. Prosilire vo ad generationẽ aias stellarum instar/ultra figurã poeticam subinsinuat aias stellares esse quodãmodo/ꝛ ad stellas deniq̃ redituras. Cõ autẽ Plato de migratione aiarum in corpora bestiarũ / tam ridiculã affert fabellã ab aniculârum fabulis nihilo discrepantẽ/profecto nos admonet/totum allegorice exponẽdum / videlicet rõnales animas non in vitã bruti/sed brutaz:idest quodãmodo bruto similẽ vicissimq̃ demigrare. Quod quidez omnib⁹ pene Platonicis excepto plotino maxime placuit. Idẽq̃ origenes in libris cõtra celsum confirmare videt. Tu vo ne negligas morale preceptuz electionis recte peritiã cũctis rebus ꝛ artib⁹ pponẽdã. Preterea tã multa de sperarum pulchritudine atq̃ potẽtia hic adducta fuisse ut cogitemus iustitiã ꝛ premium in celo ingẽs cõsecuturã. ꝛ ad optimã viuendi electionẽ magnopere cõductura. Verũ dices iaz magnanime Laurenti te hic a Marsilio ficino cõmentariuz accepisse potius q̃ argumentũ. Esto sane opere preciũ fuisse arbitror/atq̃ fore / ut argumentũ quidẽ promiserim/commentariũ vo prestiterim.

Decimus liber de iusto.

Quod Cicero Mlmo pagina 123

Sententia

Qgitãti mihi de hac quam nuper uerbis condidimus ciuitate/cum alia per multa recte admodum statuisse videmur:tuz uel maxime que circa poesim precepimus. GLAV: Que nam ista: SO: Dõ videlicet nulla poesis pars que in imitatione consistit/accipiat. Pre ceteris enim nunc est perspicuũ:ut mihi videtur/nihil tale a nobis esse suscipiendũ / postq̃ singule seorsum animi distincte sunt spẽs. GLAV: Quomodo istud ais: SO: Ut uobiscũ ista cõmunicẽ: neq̃ enim uos me corã tragicis imitatoribusq̃ poetis alijs accusabitis/quicquid tale est/corruptela quedã mentis eoꝝ esse videt: qui cum imitationes istas audiũt/medelã illã mentis nõ hñt/qua potissimũ quales he fabule sint discernant. GLAV: Quorsuz ista: SO. Dicendũ quidẽ. ꝛ si amicitia quedã ꝛ reuerẽtia a pueritia mihi erga homerũ contracta me detinet. Etenim in signum istoꝝ oium tragicorum dux ꝛ magister primus extitisse videt. At ueritati virũ non censeo preponẽdũ. Quare qõ instituí/dicẽdũ est. GLAV: Omnino. SO: Audi igit: Immo vo responde. GLAV: Interroga. SO: Nunquid explicare mihi potes omnino/q̃d imitatio sit: Neq̃ enim ego satis quid sit intelligo. GLAV: An igit ego intelligam: SO: Nihil id mirũ esset. Nam sepe contingit/ut qui hebetiorẽ habẽt aciem/nõnulla prius intueantur/q̃ qui cernunt acutius. GLAV: Est ut dicis. Ceterum te presente/nunq̃ auderez qõ mihi videtur/exprimere. Sed ipse videris. SO: Vis hinc exordiamur/solita illa nostra ratione cõsiderantes: Speciẽ vnãquãq̃ ponere solemus de quibuslibet pluribus de quibus idem nomen imponimus. An non intelligis: GLAV: Intelligo equidẽ. SO: Ponamus utiq̃ nunc/quoduis e multis. Ut ecce/plures lecti sunt/atq̃ mense. GLAV: Quid ni: SOCRA: Idee tamẽ harum rerum due sunt. Una lecti:mẽse est altera. GLAV: Ita est. SO: Solemus autem dicere supellectilis utriusq̃ artificẽ / ideam respicientẽ suum opus efficere: Unuz quidẽ lectos: mensas alterum:quibus ipsi utimur: ceteraq̃ simi liter. Nullus enim artifex ideã ipsaz fabricat. Quo enim pacto: GLAV: Nullo. SO: Vide ꝓterea nunquid talem aliquẽ uoces artificem: GLAV: Qualẽ: SO: Qui facit omnia quotcũq̃ vnusquisq̃ artifex eorum qui manibus operãtur. GLAV: Potẽtem narras virũ atq̃ mirabilẽ. SO: Nondum integram eius vim expressi: Forte vo multo magis miraberis/si expressero. Nẽpe idem iste artifex nõ solum omnia potest supellectilia fabricare:sed etiam quecũq̃ ex terra nascuntur efficit:ꝛ aialia oia atq̃ seipsum. Terram quoq̃ celũ ac deos ꝛ quecũq̃ in celo sunt/ꝛ sub terris apud inferos pagit. GLAV CO: Sophistã narra mirabilẽ. SO: Diffidis: Dic obsecro nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi videtur: uel quodãmodo istoꝝ oiuz faber esse:quodãmodo vo nõ esse: An non aduertis hec oia te quodãmodo efficere posse: GLAV: Quis nã hic modus: SO: Haud difficile istud:potes enim passim ꝛ celeriter omnia facere. Speculuz accipe: passimq̃ circũferas: Solez protinus facies/ꝛ que in celo sunt. Terrã q̃ primũ. Ocissime teipsuz/ꝛ cetera pariter aialia/supellectilia/plãtas/ꝛ quecũq̃ nuper cõmemorauimus. GLAV: Imagines istoꝝ quidem: Res ipsas minime. SO: Opportune nimiũ respõdisti. Talis utiq̃ faber est ꝛ ipse pictor. Nonne: GLAV: Est. SO: At ipsum dices haud quaq̃ facere uera que facit: quanq̃ ꝛ aliquo pacto pictor quoq̃ lectũ facit. An non: GLAV: Facit quidez ꝛ iste: sed apparentẽ. SO: Nonne dicebas qõ lecti faber/speciẽ quidẽ ipsam non facit/quã esse dicimus id qõ lectus est/sed lectũ aliquẽ. GLAV: Dicebam equidẽ. SO: Si id qõ est nõ facit / haud sane quod uere est facit: sed tale aliquid/quale qõ uere est: nõ tamen ipsum qõ est reuera. Perfecte autez esse fabri aut lectorũ aut aliorum artificioꝝ/opus siquis dixerit aberrabit. GLAV: Nõ/ut videtur his qui in disputationib⁹ hisce uersantur. SO: Nihil mirũ igitur/si ꝛ hoc ad ueritatem est tenue ac friuoluz: GLAV: Non certe. SO: Vis in istis quoq̃ inuestigem⁹ quis imitator iste sit: GLAV: Si placet. SOCRA: Nonne tres hi lecti sunt: Unus quidẽ in natura ipsa existẽs:quem deum dicemus ut arbitror effecisse. Num aliũ quenq̃: GLAV: Nullum. SOCRA: Alter/quem faber cõficit. GLAV: Planc. SO: Tertius vo quez pictor. Nõne: GLAV: Est. SO: Pictor itaq̃ lecti faber ꝛ deus tres sunt / tribus lectorum speciebus presidẽtes: GLAV: Tres utiq̃. SO: Deus igitur siue quia nolebat/siue quia aliqua necessitas inerat/nõ plures lectos/sed vnũ

in natura ab eo lectum fieri/ita solū ipsum vnū fecit lectum/qui sane est id quod est lectus. Duo aūt tales / aut plures/adeo neq; dum geniti sunt/neq; gignentur. GLAV: Qua rōne: SO: Quia si duos faceret solos/vnus iterū/cuius ambo haberēt speciē/appareret/ipseq; esset id qō lectus est/non aūt duo illi id essent. GLAV: Scite. SO: Hec cū intelligeret deus/uelletq; uerus esse auctor ueri lecti/nō autem lecti cuiusdā auctor quidā/vnum duntaxat natura progenuit. GLAV: Videtur. SO: Vis ergo hunc huius plantatorē uel tale aliqd appellemus: GLAV: Par est: quandoquidem natura & hoc & alia omnia fecit. SO: Fabrū vo/nōne lecti opificē: GLAV: Et hoc. SO: Num & pictorē quoq; factorem huius operis & opificem: GLAV: Nullo modo. SO: At quomodo ad lectum habere se dices: GLAV: Aptissime dici mihi posse videtur/imitatorem eius cuius opifices illi dicuntur. SO: Ergo imitatorē uocas euz/qui tertiū a natura facit. GLAV CO: Valde. SO: Talis utiq; erit & tragicus/siquidem est imitator. Tertius quidā a rege & ueritate: similiterq; alī omnes imitatores. GLAV: Apparet. SO: De imitatore quidē ꝓsensimus. Sed de pictore mihi dicas ueliz. Utrū ipsum vnūquodq; qō est in natura imitari cōtendat: uel artificū opera: GLAV: Artificum opera. SO: Utrū qualia sunt: uel qualia nobis apparēt: hoc preterea mihi distinguas. GLAV: Quomodo istō ais: SO: Sic/lect⁹ quidē siue ex obliquo seu e regione cernat seu quouis alio modo/nūquid a seipso differt: Vel nihilo differt: aliter vo videtur dispositus/aliter intuentibus: ceteraq; similiter. GLAV: Sic apparet qdē: differt autē nihilo. SO: Animaduerte & istud: quid in singulis intēdit pictoris industria: utrū ut se hīt res singulas imitari: an quod apparet poti⁹/ut apparet: Imaginis apparentis uel ueritatis potius imitatio: GLAV: Apparētis imaginis. SO: Pro cul igitur a uero est imitator: atq; ut videt propterea omnia pōt facere/quia exiguū quiddā cuiusq; attingit simulachr. Quēadmodū pictor pinget no
170 bis coriarium/fabrū/& opifices alios cum nihil in artibus his intelligat: ueruntamen si peritus sit pictor/exprēsseritq; fabri ipsius imaginē quā procul ostendat/pueros dementesq; homines ita decipiet ut uerus esse faber illis appareat. GLAV: Quid ni: SO: Ceterū o amice hoc in huiuscemodi omnibus cogitandū. Quotiēs aliquis nobis de hoc ipo nunciat/se videlicet homini occurrisse in omnib⁹ artibus erudito/perfectissimeq; pre ceteris intelligenti quecūq; alius quiuis intelligat: huic protinus respondēdum/quod fatuus est: & in magum quendam prestigiatorē incidit: cuius imitationibus est deceptus. ut sibi visus ille sit in omnibus sapiētissimus: ex eo quod ipse nequeat scientiā ab inscitia & imitationem a re uera discernere. GLAV: Verissima loqueris. SO: Nonne posthac tragediaz discutere decet/ducemq; ipsius homeruz: postq; a nonnullis accepimus/tragicos poetas artes omnes intelligere/humanaq; omnia tam ad virtutem q; ad vitium pertinentia: necnon & diuina. Porro poetā bonuz oportere si recte que componit sit tractaturus/eorum habere scientiaz/uel non posse compo
nere. Quare discernere id debemus / utrum qui eos laudant imitatoria poetarum industria decepti sint/ eorumq; opera dum aspiciūt/haud plane persentiāt tertio gradu distare a ueritate: faciliaq; factu esse uel homini ueritatis ignaro. Umbras quippe non res veras faciunt. An forte nō nihil dicant. ac reuera poete boni / intelligant ea de quib⁹ vulgo bñ loqui vident. GLAV: Discernendum omnino. SO: Siquis possit ambo perficere & id quod in imitationē cadit & eius simulachrum/nunquid eum putas in simulachris fingendis immoraturū: idq; opus sibi in vita tanq; optimum propositurum: GLAV: Minime. SO: Nempe si ueram eorum que imitat peritiam habeat / multo magis operibus ipsis q; eorum imitationibus / ut reor/incumbet: conaturq; multa & preclara opera sui monimenta posteritati relinquere: satiusq; cēsebit ut ipse laudetur ab alīs/q; ut ipse semper alienorum operum sit laudator. GLAV: Ita equidez arbitror: neq; enim equus honor/aut equum emolumentum. SO: Ceterum de alīs quidem rationē minime exigamus/homerum aut alium quēuis poetarum interrogantes/siquis eoruz medicus reuera fuerit/non solū uerborum ad medicum spectantium imitator / quos nam sanos poeta reddiderit / uel ueterum hominuz uel recentium: Quēadmoduz esculapius. Aut quos reliquerit artis medicine discipulos: Quēadmodū ille filios. Sz neq; ab eis de alīs artibus scisciteur: mittamus enim reliqua. At vo de maximis illis preclarissimisq; rebus quas tentat homerus / bellis / castris/rebus.p. & hominuz disciplinis: par est ita eum interrogare. O dulcis homere/si nō es a ueritate tertius/fingisue virtutis imaginem: quem imitatorē in superioribus definiuimus/sed es secūdus/potesq; narrare/que studia homines uel meliores uel deteriores priuatim publiceq; efficiant/dic obsecro que naz ciuitas per te rectiꝰ disposita est: sicuti lacedemonia per lycurgum: perq; alios multos multe & angustе ciuitates & ample. Cuius potissimū urbis homines legumte optimuz predicant conditorē: & beneficia in se tua cōmemorant: charondam quidem italia & sicilia celebrant. Nos solonez. Te vo quis predicabit & qualē: GLAV: Nullus ut arbitror/beneficia eius cōmemorat. Quē neq; ipsi homeri assertores testari hoc audent. SO: Quod precipue bellū homeri tēporib⁹ eo consultore uel duce / feliciter expeditū cōmemorat: GLAV: Nulluz. SO: Preterea que viri huius tanq; in his rebus sapientis inuenta ad officia vite & artis aptissima referuntur: ut thaletis milesij & anacharsis scythe. GLAV: Nihil tale. SO: Si minus publice/at saltem priuatim: quib⁹ nam homerus ipse dum viueret/disciplinе dux dicitur extitisse: qui & eius consuetudine delectati sint/& posteris homericam aliquam rationem vite tradiderint: Quemadmodū & pythagoras in hoc summa cum auctoritate vixit/& posteri etiam his temporibus vitam pythagoream celebrantes/inter ceteros illustres habentur. GLAV: Neq; tale quid rursus de homero narratur. Creophylus eniz o socrates forsitan homeri familiaris disciplina etiam magis q; nomine ridiculus apparebit/siquidē uera sunt/que de homero narrātur. Dicitur enim negligentior ad eius disciplinam fuisse dum sub ipso viueret. SO: Dicitur sane. At enim o glaucon si reuera 171

poterat homerus instruere homines/ac reddere me liores/utpote qui in his rebus non imitationis tantū esset/uerumetiam intelligentie compos/cur non mul tos sibi uendicauit amicos? cur non viuens honora tus est:cur non amatus? Profecto abderites Prota goras & prodicus chius / aliq; permulti possunt ho minibus sui tēporis suadere/priuatim singulos adeū tes/nunq; eos rem familiarem & publicā recte guber naturos/nisi ipsi eos erudiant:& ob hanc sapientiaz tam ardenter amantur/ut vix sectatores eorū se con tineant quin capite eos circūferant. Homerum autē uel hesiodum/eorum temporum homines/si poete il li quicq; iuuare eos ad virtutem potuissent/nunquid permisissent oberrare tandiu passim carmina decan tātes? quin potius eos magis q; aurū cōplexi fuissent induxissentq; eos secuz domi familiariter viuere. Ac nisi persuasissent/eos ipsi secuti essent/quocunq; per gerent / quoad satis essent eorum in studijs eruditi. GLAV: Vera prius mihi loqui videris o socrates. SO. Ponamus igitur omnes ab homero incipiētes poeticos homines/virtutis imaginū imitatores esse ceterorumq; similiter quecunq; canunt:ueritatem vo nequaq; attingere. Sz ut paulo ante diximus pictor uerisimilem coriarij pinget imaginem/cum & ipse de coriaria nihil intelligat:& imago illa coriari⁹ ipse ap pareat illis:qui rem ipsaz nequaq; intelligunt.& ex co loribus figurisq; prospiciunt.GLAV: Prorsus.SO CRA: Haud secus poetam dicemus colores quos dam artium singularū nominibus uerbisq; exprime re:cum ipse de his nihil intelligat/sed imitetur dunta xat:adeo ut his qui hec ex uerbis considerant/bene dicere videat: siue de coriaria dicat in uersu rhythmo & harmonia:siue de re militari: seu de qbuslibet alijs. Usq; adeo natura quadaz aures poetica ista de mulcent. Arbitror autem nosse te / qualia videantur hec opera poetarum/cum musice coloribus spoliata considerātur. Animaduertistine vnq;? GLAV: Ani maduerti. SO: Nonne perinde se habēt ac facies eo rum qui propter adolescentiam formosi potius sunt: q; pulchri/quales risu reddunt/quādo ipsos flos ipe deseruit? GLAV: Omnino. SO: Age igit & hoc aiad uerte: Imitator simulachri auctor / rem ipsam haud quaq; intelligit/sed apparentem rei ipsius imaginez. GLAV: Ita est. SO: Ne imperfectū id relinquam⁹: sz ad sufficientiaz contēplemur. GLAV: Dicas. SO CRA: Pictor habenas pinget ac frenum. GLAV CO: Plane. SO: Faciet autē coriarius / erariusq; fa ber. GLAV: Valde. SO: Nunquid intelliget pictor: quales esse debent habene quale frenuz? Vel neq; ipe quidem factor/siue erarius faber siue coriarius: sed solus ille/qui his uti scit/eques. GLAV: Vera loque ris. SO: An nō circa omnia sic esse dicem⁹? GLAV CO: Quomodo? SO: Circa quodcūq; bas esse tres artes. Utentem:facientem:& imitantem. GLAV: Cer te. SO: Uirtus igitur pulchritudo/rectitudo:cuiusq; instrumenti animalis & actionis/non ad aliud referē q; ad usum/cuius gratia/quodcunq; est factum / uel genitum. GLAV: Ita est. SO: Necesse igitur eū qui utitur aliquo/peritissimuz esse/& operis factori signi ficare/qualia bona uel mala facit in usu eius quo uti tur. Quemadmodū tybicen tybiarum effectori signi ficat que tybie ad usum aptissime sint: ordinatq; qua les oporteat facere: ille autem ministrat. GLAV CO: Quid ni? SO: Nonne hic intelligēs/de aptis & ineptis tybijs pronunciat alteri? Ille vo credens efficit? GLAV: Plane. SO: Circa idez igit instru mētum/factor quidē rectaz habet fidem de pulchri tudine & prauitate:adherens intelligēti / coactusq; ab intelligente audire:utens autem sciaz. GLAV CO: Prorsus. SO: Imitator autem num habebit scientiam ex usu eorum que pingit:utrum pulchra sint & recta/uel contra: Uel opinionem rectam/ex eo quod necessario intelligenti adhereat? instrua turq; ab eo qualia queq; pingenda sint. GLAV CO: Neutrū. SO: Ergo neq; intelliget/neq; recte opinabitur imitator/circa eorum que imitatur/pul chritudinem uel cōtrarium? GLAV: Non videt. SO: Gratiosus erit in effectione imitator quoad sa piētiā in his que facit? GLAV: Nō multū. SO: Ve rūtamē imitabitur:haud intelligēs quo pacto vnū quodq; bene se habeat an male. Sed ut videt qua le videtur multis & ignaris esse pulchrum hoc imi tabitur. GLAV: Quid enim aliud? SO: Hec suffi cienter nobis asserta vidētur:imitatores scilicet ni hil estimatione dignū intelligere de his reb⁹/quas imitantur:Sed esse iocum quendam imitationem potius q; rem seriam: Omnesq; eos qui tragicam poesim in iambis heroicisq; carminibus tractant/ imitatores pre ceteris cē. GLAV: Et maxime qui dem. SO: Per iouem: Imitatio autem ista circa aliquod tertio gradu distans a ueritate/uersatur. Nōne? GLAV: Est ut dicis. SO: Ad quale igitur eorum que in homine sunt/pertinet/quatenus viz habet eiusmodi? GLAV: De quo nā interrogas? SO: De tali quodam. Magnitudo eadez eminus atq; cominus per aspectū/nō equa videt. GLAV CO: Non. SO: Eadem quoq; obliqua & recta in aqua nobis & extra aquam aspicientibus / cauaq; iterum & prominentia propter visus circa colores errorem/videntur. Omnisq; huiusmodi in anima nostra turbatio inesse comperta est. Quam quidē nature nostre passionem aggressa adumbrationis ipsius facultas/& prestigiorz ingeniositas/ceteraq; machinamenta/nihil magice seductionis intētatuz relinquunt. GLAV: Vera loqueris. SO: An nō me tiendi/numerandi / libzandi peritie aduersus hec opportuna sunt hominum adiumenta? ne in nobis id preualeat quod apparet / maius uel minus aut plus aut grauius:sed quod metitur/computat/pō derat. GLAV: Quid ni? SO: Atqui hoc rationa lis animi partis est officiū? GLAV: Huius ipsius. SO: Hoc autem sepenumero metiente iudicanteq; maiora esse nōnulla uel minora/alijs alia/uel equa lia/contraria simul circa eadē hec nobis apparēt? GLAV: Sic accidit. SO: An nō alias diximus fie ri non posse ut eadem vi anime simul & circa eadē cōtraria opinemur? GLAV: Ac merito diximus. SO: Uis igitur anime que preter mensuram opina tur/haud eadem erit atq; illa / que cum mensura? GLAV: Non certe. SO: Sed enim qō mēsure rō cinationisq; credit computationi/animi pars opti ma est. GLAV: Nihil obstat. SO: Nō ergo repu gnat isti/ignobilis aliqua nostri pars erit. GLAV CO: Necesse. SO: Ut hoc assereremus / supra

dicebam/quod pictura ⁊ omnis imitandi facultas procul a ueritate suum opus exercet:rursusq; cum aliqua nostri parte prudentie prorsus experte congreditur ⁊ amicitiã contrahit ad sincerum uerũq; nihil.GLAV:Maxime.SO:Vilis ergo imitandi facultas vili cuidam se cõmiscens/vilia procreat. GLAV:Apparet.SO:Vtrũ talis est ea ountaxat que ad visum spectat:An ea etiam que ad auditũ: quã poesim uocamus.GLAV:Probabile est hãc insuper esse talem.SO:Ne igitur ei soli credamus quod ex pictura uerisimile nobis apparet: Sz ad eam ipsam cogitationis naturam:cui sese accõmodat poetica imitatio/ueniamus:videamusq; num vile quiddam sit/an precios̃um.GLAV:Sic oportet.SO:Nunc ergo in modum proponamus.Imitatur quidẽ poesis homines aut vi aliquid aut spõte agentes/existimantesq; ex actionibus/uel bonũ sibi aliqõ esse uel malũ/ideoq; uel dolore affectos uel uoluptate.An aliud quicq̃:GLAV:Nihil aliud.SO:Nunquid in his oibus homo secum ipse consentit:Uel potius quẽadmoduz ſm visum dissidet/ut narrauimus/deq; eisdẽ contrarias in se ipo simul habet opiniones/ita ⁊ in agendo secum ipse dissidet atq; pugnat:At nunc mihi uenit in mentez quod nihil est de hoc nobis in presentia disceptandum. Nam in superiori disputatione de his satis vna conuenimus:animũ videlicet nostrum confessi/multis ⁊ uarijs huiscemodi contentionibus sibi eodem in tempore aduersantibus agitari.GLAV CO:Probe.SO:Probe id quidem. Uerũ quod tunc a nobis est pretermissum/nunc mihi videtur expediendum.GLAV:Quale istud:SO:Vir probus cum talem habeat animam/si amiserit aut aliquid aliud sibi charissimũ / facilius q̃ ceteri feret/ ut diximus.GLAV:Plane.SO: Nunc autẽ ⁊ id consideremus:Utrũ omnino non dolebit.Uel hoc quidem impossibile: Dolorem vo quodammodo moderabitur.GLAV: Hoc certe est uerius. SOCRA:Hoc mihi de ipso in presentia dicas.Utrũ hunc censeas dolori magis repugnaturum:quãdo a similibus spectatur hominibus/uel quãdo solus est/aliorũ consortio destitutus:GLAV:Permultum interest/si in aliorũ conspectu sit.SO: Porro cum solus erit multa ex merore pronunciabit:que emittere coram alijs erubescceret.Multa faciet: que conspici ab alijs nunq̃ uellet.GLAV:Est ita.SOCRA: Quod obstare iubet / ratio est ⁊ lex.Ad autem ad dolores rapit/perturbatio.GLAV:Vera loqueris.SO:Cum homo circa idem simul contrarijs motibus agitetur/necessario duo quedam illa esse dicimus.GLAV:Proculdubio.SO:Alterum quidem legi obtẽperare paratum est/utcunq; iniunxerit.GLAV:Quo pacto:SO:Lex utiq; dictat optimũ esse in aduersis q̃maxime fieri potest quietẽ agere/neq; conqueri:tanq̃ incertũ sit/bonũ ne id sit/an malũ/qõ accidit. Neq; propter dolorẽ quicq̃ proficiamus: neq; ulla humanarũ rerũ magnipendẽda sit. Illudq; quod subito presidio esse potest/dolor impediat.GLAV:Quid hoc ais:SOCRA:Consultare inq̃ circa ea que acciderunt in primis oportet / ⁊ tanq̃ in talorum iactu/ſm iacta quomodocũq; ratio melius rez habere se dixerit/ negocia sua disponere. Neq; vo siquid aduersi icidерit prosternere nos debemus:atq; ut pueri solent cuz offendunt in lapidem/procidẽtes circa id quod lesit/ eiulando morã trahere.Sed alium assuefacere ut ad sanandũ presto adsit:⁊ quicquid egrotat/dimissis lamentationibus corrigat.GLAV:Oportunũ hoc quidem est:aduersus fortune ictus remediũ.SO:Quod sane optimum est/rationi huic libẽter obtemperat. GLAV:Constat.SO:Quod vo ad perturbationis recordationez/luctũq; rapit in eisq; diutius detinet / irrationale est languidũ/formidolosuz.GLAV:Ita dicendum.SO:Quod querulũ est/imitationez pluri mam ac uariã susc̃ipit. Prudentem vo pacatũq; morez semper sibiipsi similẽ:neq; facile possumus imitari:neq; si imitemur/facile percipietur a turba in theatrum uarijs ex gentibus confluente. Alieni nãq; affect⁹ ipsis imitatio fit.GLAV:Sic est omnino.SO: Imitatio vo poete haud ad hoc intẽdit:ut huic animi nature sua sapiẽtia placeat:si vulgo sit placitura:sz querulũ animi morẽ uariũq; obseruat: qui imitatione facile possit effingi.GLAV: Patet.SO: Merito igit imitationem poeticã reprehendemus/pictorisq; imitationi alterne respõdere dicemus. Primo quidẽ in eo similes sunt/qõ utreq; quo ad ueritatem vilia operantur. Deinde etiã quod parti anime rationis expti similiter suffragant:⁊ optimã deserũt. Atq; iccirco iure eam in ciuitate legitime gubernãda nequaq̃ accipiemus:quoniã hanc animi partez suscitat atq; alit: dũq; hanc roborat/rationis cõpotem viz disperdit. Atq; ut ille qui in ciuitate potẽtes faciens improbos proderet ciuitatem/proboscq; destrueret. Ita ⁊ imitator poeta/peruersam in aium cuiusq; inducit rem.p. dũ illi animi parti blanditur/que sine mente est/neq; maiora minora ue discernit:sed eadẽ tum parua tum magna existimat:atq; huic simulachra fingit/longe a ueritate remotus.GLAV:Longe quidẽ.SO:Nõdũ quod maximũ ex ea malum prouenit/enarrauimus. Uehementissimũ quidẽ hoc existimandũ est detrimẽtum/quod probos quoq; viros paucis admoduz exceptis corrũpere possit.GLAV:Cur non id possit/si quidem id ipsum efficit:SO:Auscultans considera: nonne ⁊ optimi quiq; nostrũ cum audimus homerũ aut alium quẽuis tragicũ imitantẽ heroum aliquẽ dolore afflictũ/uociferantẽ/⁊ deflentẽ querulis fortunã suaz modulis/⁊ pectora pugnis percutientẽ/delectamur quodãmodo / inhiantesq; ad illa sequimur ea / vnaq; afficimur:ac serio studioseq; illũ ut poetaz bonuz laudamus/qui sic nos maxime moueat.GLAV CO:Animaduerti.SO:Quotiens autem aliquẽ nostrũ proprius quidã inuadit meror ex cõtrario nos honestare prendimus/siquo pacto quietẽ agere ⁊ tolerare ualeamus:quasi hoc quidẽ viri sit/mulieris illud qõ antea laudabamus.GLAV:Plane.SO:Quaz preclara hec laus:quin absurdũ est ut qui talẽ spectat virum/qualez esse se minime uellet puderetq; maxime nõ tamen abhominet:sed delectet ⁊ laudet.GLAV CO:Preter rationẽ id prorsus.SO: Certe si ⁊ hoc modo istud animaduerteris.GLAV:Quomodo:SOCRA: Quod videlicet id quod in ꝓprijs calamitatibus vi cohibet/prohibeturq; in lachrymas fletusq; erũpere ⁊ nature sue lachrymarũ auide indulgere/illud ipsuz est/qõ poete explẽt/cui penitus blandiunt.

139

Tunc certe ⁊ quod natura in nobis est optimum/ut pote nec ratione nec usu sufficienter instructū/queru lum istud desinit custodire / quasi alienas spectet per turbationes:nihilq; sibi dedecori sit/si uir alius qui uirtute prestare se predicat/immoderati⁹ desleat ipse laudet eum ⁊ misereat. Quin oblectationē illam lucrari se putat. Neq; ulla rōne ex contēptu poesis il la carere se uellet. Pauci sane animaduertūt/ut arbi tror/quod ex alienis in propria traĳcere aliqd neces se est. Nempe cum in alienis erūnis flebile ingenium illud nutriueris uehemētiusq; reddideris / haud faci le illud in proprĳs coercebis. GLAV: Vera nimium loqueris. SO: Nonne eadez de risu est ratio: Quod enim ipse effusiori risu imitari erubesceres/cuz in co medica uel priuata imitatione audis tanq; ridiculuz libentissime auscultas ⁊ imitaris: Idēq; hic facis qō in imitatione flebili fieri diximus. Naz ingeniū illud tuū ad risum pronius qō ipse in te a risu cōtinueris / ueritus scurrilitatis crimen/hic iaz resoluis in iocos uehemētiorēq; sensiz reddis risus ipius affectū:ut ⁊ ꝓprĳs in gestib⁹ in risus ultra q̄ deceat ipsius defer ri incipias: ⁊ scurra ridiculus comedie iocis imbut⁹ 134
euadas. GLAV: Vehementer quidē. SO: Idē quoq; de uenereis ⁊ iracūdia dicimus:deq; oibus animi cu piditatis ac affectibus de tristibus ⁊ iocundis: quas omnes actiones nos sequi in supioribus dixim⁹:⁊ ta lia quedā poeticaz imitationē in nobis effingere. Nu trit enim ista/dum fouet atq; irrigat:cū potius aridi tate extenuanda sint. Efficitq; ut hec dñetur in nobis cuz subesse potius deceat:ut meliores beatioresq; ex deteriorib⁹ ⁊ miseriorib⁹ euadam⁹. GLAV: Haud aliter dicere possum. SO: Siquādo itaq; glaucon ho meri laudatores offenderis / audierisq; dicentes ho merū oēm greciam erudisse:proq; rerū humanaruz gubernatione ⁊ disciplina / poetā hūc obseruari mo nentes / ⁊ ad eius instituta omnē vitam instruere:me mento his esse congratulādū tanq; pro facultate sua optimis viris:cōcedēdūq; homerū apprime poeticū esse:tragicorūq; precipuum. Scito autem hymnos in deos / ⁊ in optimos viros laudationes duntaxat ex poesi in ciuitate admittere oportere. Si autem uolu ptuosam musam in cāticis ⁊ carminib⁹ acceptaueris uoluptas in ciuitate ac dolor / pro lege ⁊ pro illo qō semp optimū visum est ratione scilicet dominabunt. GLAV: Vera loqueris. SO: Hec itaq; in eam sniam dicta sint nobis quod merito e ciuitate poesiz que ta lis sit expulimus. GLAV: Sic enim ratio cogebat. SO: Id quoq; adĳciamus/ne rigiditatis nos rustici 135
tatisq; accuset:qz uetus quedā extat inter poesiz phi losophiamq; dissensio. Cuius certe contētionis argu mēto nobis dicta hec esse possunt:que subĳciā aliaq; permulta. Nempe canis illa garrula ad aures dñe la trās/id significat. Et magnus ille in dementiū uanilo quĳs. Et turba supstitiosoz sapiētū exsuperās. Item qō dictuz est. Qui minuta ⁊ tenuia meditant:pauper tate premunt: Atq; alia innumerabilia signa harū cō trarietatis apparent. Verūtamē id quoq; dicatur/qō si uoluptatis ministra poesis imitatioq; quicq̄ ad eā rationez afferre possit/ut in ciuitate recte instituta ac cipi debeat/libēter accipiem⁹/ut eius fruamur oble ctamētis. Ita enim nobis ipsi cōscĳ sumus. Enimue ro qō uerum videt/prodere nefas est. Nā ⁊ tu o ami ce nōne ab ea mulceris:pfertiz homerica. GLAV CO: Valde. SO: An non equuz est eam prodire in mediū sese defendentē uel cantilena uel metro quo uis alio: GLAV: Vino. SO: Concedamus utiq; ipsius defensoribus quicūq; poete quidem nō sunt sed poetarū amici/ut absq; carmine eam defendāt asserentes eā non modo iocundam sed ⁊ utilē esse ad rem.p. ⁊ hoium vitam instituēdā. Quam quidē defensionē equo animo auscultabimus:lucro eniz id nobis fore existimamus:si non suauis tamen:ue rumetiā utilis nobis appareat. GLAV: Quid ob stat: quin lucro id futurum sit: SO: Alioquin o dul cis amice: quēadmodum qui qñq; aliquid amaue runt:si deinde censeant amorē sibi illū inutilez fore licet egre amare desistāt/desinunt tamen/ita ⁊ nos propter ingenitū nobis talis poesis amorez ex pul chrarum rerū.p. educatione / benigne quidē expe ctabimus ut optima uerissimaq; appareat. Quo usq; tñ rationem pro seipsa afferre nō poterit / ita eam audiemus:ut oratione supra a nobis exposita nosmetipsos ueluti quadā incantatione aduersus pericula imminētia muniamus:cauētes ne delitĳs amatorĳs vulgiq; amoribus rursus irretiamur. Il lud quoq; sentiemus non ita esse huiusmodi poesi studendū/quasi uera sit aut seria. Verū cauendum ab ea audienti cuiq; est/interioriq; animi sui rei.p. metuēti. Et que de poesi narrauimus / de hac pro sus existimāda. GLAV: Cōsentio equidē. SO: Ingens porro o amice glaucon/ingens neq; quantum videt/est certamen/bonū effici aut malum. Quam obrez neq; pecuniarū gratia neq; honoris neq; po tentie neq; poetici ullius oblectamenti iustitiā cete rasq; virtutes negligere decet. GLAV: Assentior equidē/ex his rōnibus que narrauimus / arbitror autem ⁊ quēuis alium eadē confessurū. SO: Atqui ingētia virtutis premia mercedesq; illi propositas nequaq̄ narrauimus. GLAV: Immensa dicis pre mia/siqua maiora sūt his que retulim⁹. SO: Quid magnuz breui in tēpore esse potest: Nempe omne hoc tempus a pueritia ad senectutis extremū/exi guum quiddā est ad vniuersuz. GLAV: Immo vo nihil. SO: Immortalē vo rem cēses breui hoc pro tēpore quidē/pro vniuerso vo nequaq̄ debere esse solicitam: GLAV: Pro omni certe:sed quorsum hec: SO: An ignoras immortalē esse hois animaz ⁊ ab interitu liberam: Tū repente cōuersus in me glaucon admiratusq; intulit:per iouē ignoro equi dem. Tu vo nunquid ostendere potes: SO: Certe nisi iniurius eē uelim/puto aūt ⁊ te id posse. Neq; enim difficile. GLAV: Mihi quidē difficile istud. Te vo libenter audirē/id quod negas esse difficile declarantē. SO: Audies tā. GLAV: Dic. SO: Bo num aliquid uocas: ⁊ malū aliquid: GLAV: Vo co. SO: Nunqd de his idē tibi qō ⁊ mihi videtur: GLAV: Quid: SO: Malū puto omne qō dissol uit atq; corrūpit. Quod vo seruat ⁊ iuuat/bonuz. GLAV: Et ego. SO: Bonū ne cuiq;/aliquod ⁊ ali quod malū esse dicis: Veluti oculis lippitudinez ⁊ toti corpori morbū: Frugibus cibisq; eruginem. Li gnis cariē ⁊ putredinē. Eri ferroq; rubiginē. Atq; ut dico/ferme in oibus fm naturā proprium cuiq; malum ac morbū: GLAV: Equidē. SO: Quoties

huiusmodi quicq̃ alicui accidit/deteri⁹ illud efficit ac deniq; totuz diſſoluit ⁊ pdit. GLAV: Quid ni? SO: Propriũ igitur cuiuſq; malũ/ſuaq; prauitas/ quodlibet corrũpit. Ac niſi id corruperit/nihil aliõ vnq̃ corrũpet. Neq; enim quod bonũ eſt / aliquid deſtruit: neq; rurſus id quod nec bonũ/nec maluz. GLAV: Quo enim pacto? SO: Siquid igitur tale eſt/ut ei malũ aliquod ſit/quod ipſum deterius effi cit/diſſoluere tñ ipſum non ualet/certe ita naturali ter affecte rei nullus eſſe põt interit⁹. GLAV: Cõ ſentaneum eſt. SO: Eſt ne aliquid qõ aĩam prauaz faciat? GLAV: Et maxime quidẽ que cõmemora uimus iniuſtitia intẽperãtia / timiditas/ ⁊ inſcitia. SO: An quicq̃ ex his aĩam perdit? Atqui aĩaduer te/ne decipiamur/exiſtimantes iniquũ ⁊ inſanum hoiem cum in flagitio deprehenſus eſt/tũc ab iniu ſtitia que aĩe vitiũ eſt corrũpi. Dic age. Nonne cor pus propriũ eius vitiũ morbus liquefacit/reſoluit: atq; eo deducit/ut non ſit corpus? ⁊ que paulo añ dixim⁹ omnia/ex proprio malo quatenus adheret ⁊ ineſt/ingnate/eſſe deſinunt? Nõne? GLAV: Ita prorſus. SO: Nunquid ⁊ aĩam eodẽ pacto iniuſti tia ⁊ reliqua prauitas cuz ineſt ſua ipſa pñtia diſp dit ⁊ tabefacit? quouſq; in mortẽ trahens/a corpo re ſeparet? GLAV: Nullo modo iſtud. SO: At vo abſurdũ illud eſt/ut alienũ vitium interimat aliqd cui propriũ vitiũ nõ prebet interitũ. GLAV: Pre ter rõnẽ profecto. SO: Attende glaucon. Ex ipa ci borũ ppria prauitate/ qua uel victa ſint/uel marci da/uel quomodocũq; aliter affecta dicanẽ/corpus perire poſſe non arbitramur. Ueruz ſi ciboꝝ defe ctus corpori propriũ ipſius defectuz intulerit/dice mus per illos corpus/ab eius vitio morbo ſcilicet perdi. Corpus vo ipſum cũ aliud ſit ex ciboꝝ quo rum alia natura eſt alieno defectu/niſi proprio de fectum induxerit/diſſipari poſſe nunq̃ exiſtimabi mus. GLAV: Recte nimiũ loqueris. SO: Eadẽ ra tione/niſi corporis detrimentuz ipſi aĩe ipſius ani me propriũ intulerit detrimẽtum / haud quaq̃ exi ſtimare debem⁹/ex alieno malo abſq; propria pra uitate/aĩam interire/neq; alterius malo alterũ diſ ſipat. GLAV: Ita ratio monet. SO: Aut igit hec redarguamus/quaſi non recte dicant. Aut quoad hec integra permanent/neq; ex febre aut alio quo uis morbo/neq; iugulatione/neq; etiam ſiquis cor pus imminutiſſima queq; diſcerpat/diſſipari aiaz concedam⁹. priuſq̃ oſtẽderit aliquis propter has corporis paſſiones aĩam ipſam/iniquiorẽ propha niorem q; fieri. Quatenus autẽ alienuz malũ adeſt alteri/nec proprium cuiq̃ malum adheret/corrũpi aliquid minime concedamus. GLAV: At enim ne mo id vnq̃ oſtendet morientiũ aĩas propter mor tem iniuſtiores effici. SO: Siquis autẽ obĵcere no bis audeat/quod deterior ⁊ iniuſtior ſit qui morit ne cogatur immortales eſſe aĩas confiteri / oporte re dicemus/ſi uera is dixerit viro iniuſto letiferaz iniuſtitiã eſſe/ſicuti morbũ: ⁊ ab hoc ipſo perimen te ſua quadam natura/eos qui ſuſcipiant/perimi: ocius quidez illos qui maxime / ſerius contra/qui minus: neq; fieri dũtaxat/quod nunc fit / ut iniuſti propter iniuſtitiã tunc demũ moriant: cum eos alĩ penis afficiunt. GLAV: Per iouez haud grauiſſi mum quiddã malũ iniuſtitia eſſe videbit/ſi erit viro iniquo letifera. Aloqui ſiquidez liberatio erit: Arbi tror aũt cõtra eſſe oino: ut ⁊ alios pro viribus inter 130
ficiat/⁊ hoiem ſui participẽ/viuacẽ maxime faciat: ⁊ apprime peruigilẽ: uſq; adeo lõge abeſt ab ea ut ſit letifera. SO: Scite loqueris. Quãdo enim ppria pra uitas ſuũq; maluz aiam perdere nequit/nunq̃ malũ ex alterius pernitie atq; ad aliud inſtitutum ultra id cui proprie accidit/uel animã uel aliud quicq̃ diſſol uet. GLAV: Nunq̃ ut probabile eſt. SO: Cũ a nullo prorſus malo ſiue ppio ſiue alieno interimat/ patet eã ſemp eẽ neceſſariũ eẽ. Si ſemp eſſe ⁊ imortalẽ exi ſtere. GLAV: Neceſſe. SO: Hoc igit ita ſe habeat: Ac ſi ita ſe habet aiaduertas caſdez ſemp aias fore? Neq; eniz pauciores vnq̃ erunt: cũ nulla prorſus in tereat. Neq; rurſus plures. Si eniz imortaliũ quicq̃ plus efficiatur/ex mortali efficiet/eruntq; demuz im mortalia omnia. GLAV: Uera loqueris. SO: At vo id nequaq̃ exiſtimamus: ratio nãq; prohibet. Neq; iterũ arbitramur aĩam ueriſſima ſui natura talez eſſe ut uaria/diſſimilis atq; differẽs in ſeipſa ſit. GLAV CO: Quomodo iſtud ais? SO: Haud facile eſt/sem piternum eſſe qõ ex pluribus cõſtitutũ eſt: neq; opti mam cõpoſitionẽ eſt ſortitum. Ut nobis de aĩa nunc apparuit. GLAV: Conſentaneũ eſt. SO: Animã igit immortalẽ eſſe ⁊ ratio preſens ⁊ alie cogere poſſunt. Siqs vo qualis ipſa reuera ſit/inſpicere cupit/haud quaq̃ intueri eã debet cõmunione corporis/maliſq; alĩs inquinatam: quẽadmodũ ipſi nũc intuemur: ſed qualis cum pura fuerit/diligẽter ratione diſcernere. Ubi certe ⁊ multo pulchrior apparebit: ⁊ clarius cũ talis erit quid iuſtum ſit quid nõ ⁊ reliqua que ſupra diximus iudicabit. Nunc quidẽ uera de ipſa / qualis videtur in pñtia/diximus. Non aliter vo eam ſpecta uimus/q̃ multi marinũ inſpiciãt glauconẽ. Illi ſiqui dem non facile poſſunt glauconis antiquã conſidera re naturã / eo q̃ antique corporis partes partim fra cte/partim contrite ſint: ⁊ ab vndis penitus diſſipate aliaq; illi rurſus inhereãt conchilia: alga: lapides: ex quibus multo magis fere pre ſe fert imaginez q̃ natu re prioris aſpectuz. Ita ⁊ aĩam nos ſemper aſpicim⁹ malis innumeris inquinatam. Sed enim illuc oculos puertere decet o glaucon. GLAV: Quo nã? SO: Ad eius inq̃ philoſophiã/⁊ circa illã oportet aĩaduerte re: que attingit aĩus: ⁊ quibus cum cõſuetudinẽ inire affectat ⁊ nititur: utpote qui cognatus ſit diuino im mortali ⁊ ſempiterno. Qualiſq; preterea futurus eſt ſiqñ eiuſmodi totus ſequatur naturã/per hũc affectũ nixũq; eductus ex pelago quo ad pñs ſubmergit: nu duſq; emergẽs excuſſis petris ⁊ oſtreis: que ſibi nũc tanq̃ ex terra nutrito/terrena / lapidoſa / ⁊ agreſtia plurima inherescũt: ppter eã utiq; alimoniã/quã ple riq; beatã exiſtimant. Tunc demũ uerã naturã ipſius animi contẽplabimur: agnoſcemuſq; utrũ/ uaria ſit/ an ſimplex: qualiſue ſit ois eius conditio. Nunc autẽ animi humana in vita affect⁹ ac ſpes ſatis ut arbitror declarauimus. GLAV: Prorſus quidẽ. SO: Nonne cetera quidẽ in hac diſputatione expoſuim⁹? premia vo ipſius ⁊ honores nequaq̃ attulimus/quẽadmodũ homerũ uos ⁊ heſiodũ adduxiſſe dicebatis/ſed iuſti tiam ipſam ipſi aĩe optimũ premiũ eſſe cõperim⁹. Ju ſteq; agendum eſſe monſtrauimus/ſiue gigis habeat

Adagiũ Gygis anulus.

anuluz siue etiã plutonis galeã. GLAV: Vera loqueris. SO: Leterũ nũc quoqz ꝓter hec nulla iuidia ꝓhibet / quo minꝰ iustitie ꝛ vniuerse virtuti ea ꝓmia tribuamus: que ipsa aĩe comparat ꝛ ab hominibus ꝛ a dijs / tam viuente hoĩe ꝙ defuncto. GLAV: Magnopere. SO: Nunquid ergo restitutis mihi / que in sermone mutuati estis? GLAV: Quid maxime? SOCRA: Vedi equidẽ uobis: iustũ virũ videri iniustũ: iniustũqz iustum. Vos eniz petieratis: licet enim fieri non posset / ut ista hoies deosqz laterent / tñ ꝓcedi hoc disputationis gratia placuit: ut iustitia ipsa ad iniustitiam ipsam comparata iudicaret. Non recordaris? GLAV: Quid ni recorder? SO: Postꝙ igit iudicate sunt / ego iterũ postulo a uobis exponi / quam iustitia mercedẽ a dijs ꝛ hoibus referat: ut ꝛ palmam ab opinione ꝛ manifesta existimatione reportet / qua iustitia sui participes decorat: postꝙ apte visa est etiaz ipsa sui pñtia beneficia nobis conferre: neqz eos decipere / qui uere eã possidẽt. GLAV: Debita postulas. SO: Primum quidẽ hoc mihi reddetis: quod qualis eorũ uterqz sit ꝛ iustus scilicet ꝛ iniustus deos non latet. GLAV: Reddemus. SO: Si deos id non latet / unus quidẽ a deo amabit / alter odio habebitur: quẽ admodũ in principio cõfessi sumus? GLAV: Est ita. SO: Deoꝝ autez amico oĩa quoad fieri potest a dijs optima tribuũtur: nisi quid mali ex priori delicto / ei necessitate quadã immineat. GLAV: Dino. SO: Sic itaqz de iusto viro existimandũ / siue in pauperie / seu morbis siue quibusuis alijs ex ijs que mala videtur / fuerit cõstitutus / huic demũ uel viuẽti uel mortuo ad bonuz aliquod ista cõducere. Neqz enim a dijs vnq negligitur / quicunqz conari uoluerit iustus euadere / virtutisqz officijs / quoad homini licet / deo similis fieri. GLAV: Decens est talẽ virum a simili nõ contẽni. SO: De iniusto autẽ contra omnino est sentiendum. GLAV: Uehemẽter. SO: Apud deos igitur iusto viro hec dabit palma. GLAV: Sic arbitror. SO: Apd̃ hoies autem nõne sic euenit? si uera fateri debemus. Callidi quidem hoies ꝛ iniqui perinde faciũt ac cursores illi / qui ab inferioribus currunt bñ / a superioribus minime. Nã primo celeriter exiliunt. Tandẽ vo risum reportãt auribus demissis / ꝛ sine corona discedẽtes. Veri aũt cursores ad finẽ perueniũt / adeptiqz premium coronant. Viris iustis similiter idem ut plurimũ accidit. Nempe in fine cuiusqz actionis consuetudinisqz ꝛ vite / probant / / muneraqz ab hoibus referunt. GLAV: Magnopere. SO: Sustinebisne ut ego de his que tu de iniustis / adducã? Dicam equidẽ. Justi enim cũ ad maturã etatẽ peruenerint ciuitatis muneribus ꝓ arbitrio funguntꝰ matrimonia quibꝰ cuz uoluerint ꝛ dãdo ꝛ accipiẽdo vicissim ineunt: ac summatim quecũqz de illis tu / ego nunc de his affirmo. Rursusqz de iniustis hoibꝰ assero / plericz eniz ipsoꝝ ꝙuis ad tẽpus sua vitia celent / tandẽ in curriculi calce / quales sint deprehendunt. ridiculi prorsus euadũt ꝛ in senio miseri a peregrinis ꝛ ciuibus obiurgãtur: uerberanturqz / eaqz oĩa patiunt que tu aspera esse uera dicebas. Torquebunt eniz ꝛ inurent. porro que cũqz ipse cõmemorabas / audire iterũ ex me putato. Sed ut dicebã vide / an sis ista toleraturus? GLAV CO: Perferã equidẽ. naz decẽtia loqueris. SO: Hec itaqz sũt ꝓmia mercedes ꝛ munera que iusto viro ꝓter ea bona que ipa in se iustitia ꝓtinet / a dijs ꝛ hoibus tribuunt. GLAV: Egregia ualde hec sũt ꝛ stabilia. SO: At eniz hec ꝛ numero ꝛ magnitudine nihil sunt / si ad ea cõparent / que utrũqz defunctũ expectant. Audienda vo ꝛ ista sunt: ut oĩa sufficiẽter que utriqz conueniũt: cõprehendant. GLAV: Dicas vo non quidẽ ut iã nimis multa: sed tanꝙ libentissime audituro. SO: Equidẽ tibi nõ alcini apologum / sed prestãtissimi viri / eri harmenꝙ genere pã phylꝙ / referabo. Qui cuz occubuisset in prelio / sublatis alijs decimo die cadauerib⁹ iaz corruptis / integer quidem incorrupto corpore repertus fuit domũqz delatus pro officio sepulture. Ubi duodecima a morte die / dũ pyra eẽt impositus resurrexit / ꝛ que interim viderat / retulit. Inquit ergo: postꝙ eius aĩa fuisset a corpore separata vna cuz pluribꝰ quendã in locũ demoniũ peruenisse. In quo terre duos proximos vidit hiatus / duosqz alios e cõspectu superne in celi regione conspexit. Inter hiatus vo huiusmodi sedẽtes iudices / qui postꝙ aĩos iudicauerũt / iustos quidẽ ad dexterã superne per celũ ascendere iubẽt / in anteriori eoꝝ parte signa eorũ que iudicauerint / suspendẽtes. Iniustos contra ad sinistram infernis oĩum que fecerãt in vita post tergum signa ferẽtes. Cũ vo ad iudices ipse quoqz accessisset / illos asseruit rñdisse / fore euz hoibus nuncium de his que illic videat oportere. Jussisseqz illum audire ꝛ intueri quecũqz eis in locis fierent diligenter. Uiderat igit illic per utranqz celi terreqz portam aĩas lata sñia abeuntes / per alias itẽ duas ex terra quidẽ ascendentes aĩas / puluere / squalore macieqz cõfectas: E celo autẽ alias nitidas descendẽtes. Uidericz inquit aĩas vndiqz ueniẽtes tanꝙ longa itineratione defatigatas / libẽter in prato qõ ibi est tanꝙ celebri in cõuentu recũbere: ac se inuicem quecũqz mutuã notitiam habuerint / salutare: easqz oẽs tam que ex terra ꝙ que e celo cõuenerint sese ultro citroqz de his que suis in locis viderint percõtari: sibiqz vicissim ad singula respõdere: has quidẽ dolẽtes ac flẽtes memoria malorꝝ que in preterito sub terris itinere ꝛ perpesse sunt ꝛ viderunt. Esse aũt illud mille iter annorꝝ. Illas vo que de celo descẽderãt: narrare delitias / pulchritudinisqz ingentis spectacula. Multa quidẽ illa referre que lõgo ordine recitabat prolixe nimium narrationis oglauco. Sũmã vo hãc esse dixit. Quoscũqz alijs iurias intulisse cõstaret / penas sigillatim pro quolibet decies reddidisse. hoc vo per quodlibet annorum centenariũ esse / quasi hec vite humane sit meta: ut aĩe decuplã iniurie redderent pẽsionẽ. Itaqz siqui cedis multorꝝ causa fuerint ciuitatesqz ꝛ exercitus prodiderint / uel hoies in seruitutẽ ipegerint / alicuius alterius flagitij ꝛ sterilis conscij fuerint in his omnibꝰ pro quolibet facinore penas decuplas penderẽt. Atqz iterũ siqui beneficia fuerint aliqua elargiti: iustitiaqz ꝛ pietatẽ coluerint / eadẽ pẽsione premia reportarent. De his vo qui statim ac nati sunt decessere / aut breue tempus vixerunt / quedãparum digna memoria recensebat. Erga deos aũt ꝛ parẽtes pios uel impios ꝛ homicidas qui cede manus propias polluerũt / maioribus ꝛ premijs ꝛ penis affectos esse narrabat. Inquit enim se

Adagiũ Qui nimiũ properat, serius absolui Adagium Demissis auribus

Adagiũ Apologus Mercuri

interfuisse/ubi aliū iterrogauit quispiā/Ubi nā ar dicus magnus eēt:hic aūt in quadā pāphilie ciui tate tyrannus fuerat:annis iam mille tēpore ex illo peractis.Qui senē patrem ꝛ maiorē natu fratrē oc ciderat:aliaq; plura impia scelera perpetrauerat: Interrogatūq; illū asseruit respondisse.Nō uenit ardicus/neq; uenīet.O dirū spectaculū.Dū enim egressuri hiatū peteremus:cetera oia perpessi/illū protinus vidimus alios q; cuz eo/oēs ferme tyran nos:inter quos ꝛ priuatos nonnullos/qui magna scelera perpetrauerant:quos ascensuros se prope modū confidētes hiatus ille minime permittebat. sed horride mugiebat quotiēs aliquis eox qui uel insanabiles essent/uel nondū purgati egredi nitere tur.Aderant igit illic feroces quidaz viri aspectu ignei:qui cū mugitū subito ppēdissent/hos seorsuz rapiebant/ardieuz scilicet eiusq; persimiles/mani busq; ꝛ pedibus ꝛ ceruice deuinctis/prosternebāt eos excarnificabantq;:ꝛ secus uiā quandā ad exte riorē partē raptatos/tribulis lacerabant:pretereū tibus indicantes/quā illi ob causam talia paterent q̄ue proīciendi in tartarū deferrent. Ubi cū mul ta uariaq; eos terrerent/hic pauor uehemētissime uexabat:cū in ascensu mugitus excitabat: quo silē te quisq; libentissime ascendere videbat:ac penas q̄dē ꝛ supplicia huiusmodi recēsebat: atq; vice uer sa eiuscemodi bñficia. ¶Cuz vo aie ille in superio ribus cōmemoratein prato dies septez reqeuerint oportere eas dicebat octauo surgentes die illinc re cedere: ꝛ quarto demū die ad locū aliquē peruenī re.Unde superne per totū celū atq; terrā extensuz videat lumen tanq̄ columna erectū iris similimuz clarius tñ ac purius.In id diurno itinere processis se:vidisseq; ibi in medio lumine extrema celestium ligaminū ex celo extensa.Esse enim lumē istud celi vinculū:quēadmodū triremiū subcinture.Atq; ita circumferentiā oēm esse contentā.Ex apicibus vo suspensum necessitatis dee fusuz:per quē oēs circui tus peragant.Cuius hasta quidez ꝛ cuspis ex ada māte.Uertigiū vo ex hoc alīsq; generibus mixtū: Cuius natura huiusmodi sit/ſm figurā quidē qua lis apud nos cernitur.Aiaduertēdū tn ex illius ser mone/perinde se habere ac si in vno quodā amplo concauoq; uertigio ꝛ per totū sculpto/minus aliō simileq; insertū iaceat:ita congruēs / ut plerūq; ca di/qui inuicē inserunt:atq; ita tertiū ꝛ quartum: ꝛ alia quatuor:octo enim illa uertigia esse/insertos in uicē circulos/labia superne ostendētia.Dorsum vo vnius uertigiū continuū circa hastam efficiētia.Ha staz vo illā per mediū octauū/perq; totū esse trans iectaz.Primū igitur extimūq; uertigiū labiū circu lum habere latissimū.Sexti aūt secundū.Tertium quarti.Quartū octaui.Quintum septimi.Quinti sextū.Tertiū septimū.Octauuz vo secundi.Primi itē atq; maximi circulū uarium esse. Septimi luci dissimū.Octaui aūt uertigiū circulū/colorē a septi mo irradiāte suscipere. Secundi vo ac quinti simi les inuicē illis aliquātulo flauiores.Tertiū sane co lorē cādidissimū possidere.Quartū/subrubeū.Se cundū vo sextum albedine superare.Ac fusum qui dem totū uolutione simili circūferri.Cum vo totū voluatur / septem interiores circulos motu totius

139

contrario tardius circūuerti.Ex his plane octauum motu rapidissimo agitari. Secūdos vo alterū alteri consequēter:septimū/sextū ꝛ quintū.Tali vo tertiuz motu ferri/ut quartū circūuoluere videat.Quartuz autē tertiū/ꝛ quintū secūdū.Fusum vo in necessitatis genib⁹ circūuerti.Superne preterea cuilibet circulo herere syrenē cū globo vna delatā/uocem vnā tonū vnuz videlicet emittentē.Unā tū harmoniā ex oibus octo cōcinnere.Alias aūt tres necessitatis filias equa li inuicem interuallo in throno sedere:parcas uestib⁹ albis/capite coronato.Lachesim:clothon:atropon. Que ad syrenē harmoniā canant. Lachesis quidem preterita. Presentia clotho. Atropos vo futura. Et clothon quidē cū matre simul intermissione quadam temporis/dextra manu tangentē fusi extimaz circūfe rentiā uertere.Atropon vo sinistra iterū interiores si militer.Lachesiz deniq; vicissiz utraq; manu utrinq; tangere. Illuc aias ergo cū uenerint/statim oportere ad lachesim accedere:Ubi ilico prophetа aliquis pri mum singulas disponit in ordinē. Postea cū ex geni bus lachesis sortes ꝛ vitarū exēpla susceperit / aliqō sublime tribunal ascēdens sic fatur.Necessitatis filie ipsius virginis lachesis preconiuz hoc.o aie diurne/ circuitus alteri⁹ initiū/mortalis ac mortiferi generis non uos demon sortiet sed uos demonē potius elige tis.Qui vo prior sortē ceperit/prior eligat vitaz:Cui necessario inherebit.Uirtus autē inuiolabilis ac libe ra.Quaz prout honorabit quis aut negliget ita plus aut minus ex ea deniq; possidebit.Eligentis quidem culpa est oīs.Deus autē extra culpaz.Hec fatus/sor tes super oēs fundit:ex quibus quilibet eā rapit/que super ipsum ceciderit.Neq; licet cuipiā quotus ordi ne sit agnoscere/nisi cū ceperit.Tunc enim duntaxat quotus sit sortit⁹ itelligit.Post hec itē exēpla vitarū corā ipsis in pauimento disponit/multo plura q̄ que hic ad presens apparēt.Esse vo boium atq; oiuz aia lium vitas oiformes asseruit. Tyrannides enim in il lis extare:partim perpetuas/partim ad tempus:que medio in spatio corruāt / in pauptatē delapse exiliuz ꝛ inopiā.Extare ꝛ preclarorū virorum vitas/partiz specie/decore/viribus/certaminibusq; prestātiū:par tim maiorum generositate nobiliū.Ignobiliūq; rur sus viroz vitas similiter. Et mulierū eodem modo. Anime vo ordinē ꝛ conditionē nō inesse/eo quod ne cesse sit ut aliā vitā eligens cōditionis alterius efficia tur.Cetera vo inuicē/partim diuitijs ꝛ paupertatib⁹ esse cōmixta:partim morbis uel sanitate: partim isto rum medium obtinere.Ubi profecto o glauco omne hominis consistit periculū. Quamobrē omni studio danda opera est:ut quisq; nostrum omissis ceteris di sciplinis/hāc querat/assequaturq; prio viribus disci plinam:per quam ꝛ possit ꝛ sciat vitā bonam a mala discernere:ꝛ quoad fieri potest ex omnib⁹ eligere me liorem:Aiaduertens que nunc diximus oia/quid con iuncta inuicem uel disiuncta ad virtutem vite condu cant:Necnon intelligat/q̄d pulchritudo cū pauptate uel diuitijs iuncta:ꝛ quali cū habitu aie malū operat uel bonū. Quidue nobilitas uel ignobilitas. Uita pri uata ꝛ imperium: Robur ꝛ imbecilitas:Uelox inge nium ꝛ tardū: ceteraq; huiusmodi que natura circa animā sunt:ꝛ que acquirunt/inuicē copulata faciūt. Ut ex his omnib⁹ singuloz natura ualeat ꝓsiderare

140

Adagiū adamātinus

ad anime naturam respiciēs meliorē vitam a deterio
ri discernere/deteriorē eam appellans que iniustiorē
animam efficit. Potiorē autez/que iustiorē. Reliqua
vo contemnat. Vidimus enim z viuenti z mortuo ele
ctionē hanc optimā esse. Cū hac igit opinione instar
adamantis firma atq; rata oportet ad inferos profi
ciscī/ne quis illic diuitias malaq; huiusmodi admire
tur: neue in tyrannides alias huiusmodi actiones in
cidens multa z insanabilia scelera perpetret: ipseq;
rursus deteriora perpetiatur. Immo vo sciat mediā
semper istorū omnium missis extremis vitā eligere:
z in hac vita z in futura. Ita enim quisq; fit beatissi
mus. Enimuero qui tunc redijt illinc nuncius/signifi
cauit dixisse prophetam: qō etiam ultimo cum prudē
tia eligenti vita occurrit expetenda: non mala studio
se viuenti: ne uel primus eligat negligenter/uel nouis
simus propter hoc doleat atq; torpeat: Cū hec dixis
set/illuz qui primo sortē acceperat/inquit ilico prope
rantem tyrannidez maximā elegisse: ac propter insci
tiam auiditatemq; haud sufficiēter singula prius exa
minasse: z iccirco latuisse illū quod ea in vita fato de
cretum erat/ut filios suos ederet/aliaq; mala pluri
ma sustineret. Postq; vo per ocium electam vitam
considerasset/eiulasse illum/electionem noxiā deplo
rantem: neq; seruantē que propheta predixerat: neq;
seipsum tanq; malorū causaz criminantē: sed fortunā
demonesq; z reliqua omnia potius q; seipsuz. Fuisse
vo illum ex his qui de celo descenderant: qui sane in
superiori vita/in ciuitate aliqua moderata vixerat:
virtutēq; usu quodaz absq; philosophie studijs exer
cuerat. Neq; pauciores ex his/qui ex alto cadunt
q; ex alijs utpote malorum ignaros decipi eligendo.
Eorū vo qui ex terra uenerunt/plurimos quia z ipsi
calamitatibus laborauerint z laborantes alios vide
rint/haud temere vitam eligere. Quam ob causam/
ac etiam propter sortis fortunam bonorum malorūq;
multis animis mutationem cōtingere. Porro siquis
semper cum in hanc vitā uenerit/sincere philosophe
tur/neq; electionis sors ultima sibi contingat/ex his
que illinc nunciantur apparet euz non hic solum feli
cem fore: sed z profectionem hinc illuc/regressionēq;
huc iterum haud sane terrenam z asperam agere/sz
lenem atq; celestez. Hoc quoq; consideratione dignū
spectaculum esse dicebat: quomodo singule anime vi
tas singulas eligebāt. Miserabile quippe istud/ridi
culum/visuq; mirabile. Electionem vo fm vite prio
ris cōsuetudinem ut plurimum fieri. Animam enim
inquit/que olim orphei fuerat vidisse/cygni vitam/
odio muliebris generis eligentem: uolentez videlicet
ex mulieribus a quibus occisus fuerat nasci. Thamy
ris vo philomene: cygnū etiam conspexisse ad huma
ne vite electionem conuersum. Aliaq; musica anima
lia/ut consentaneum est/similiter. Aliquam vo ex sor
tibus/leonis elegisse vitam: hanc vo aiacis telamo
nij fuisse dicebat/fieri hominem fugientem/dū armo
rum iudicium olim datum mente reuolueret. Post
hunc agamēnonis animam propter erumnas/odio
humani generis vitam aquile asciuisse. Atalantes au
tem animam cui media quadam sors contigerat/in
uitam dixit q; maximis honoribus vir certator affi
ciatur/continere se non potuisse quin vitam certato
ris eligeret. Animā deinde epei panopeensis ad arti
ficiose mulieris naturam protinus aduentasse. Lō
ge vo inter nouissimas ridiculosi thersitis animam
simiam induisse. Casu vo/ulixis anime sortem vlti
mam contigisse: Quocirca z ad eligendum ultimā
aduenisse dicebat. Preteritorum autem laborum
memoria/ab ambitione cessantem/diuq; priusq;
eligeret circumeuntez quesisse priuati hominis mi
nimeq; curiosi vitam. Eamq; vix tandem alicubi
iacentem z neglectam ab alijs repperisse: dixisseq;
non aliam se vitam electuram fuisse/etiam si sor
tem primam nacta esset. Quare vitam illam liben
ter fuisse complexam. Ex feris item alijs in homi
nes transire animas asserebat z inuicez commuta
ri. Iniustas quidem in feras agrestes: Justas autē
mansuetorum animalium vitā capessere: atq; oēs
hunc in modum confici mixtiones: Cum vitas oēs
anime gradatim ut sors dederat/elegissent/longo
illas ordine ad lachesim vidit accedere. Lachesim
vo cuiq; demonem quem ceperat queq;/ipsius vi
te custodem prescribere: electorumq; operum exe
cutorem. Demonez hunc in primis ad clothon ani
mam ducere: z sub illi⁹ manu reuolutioneq; z uer
tigine fusi/approbare quam sortita fortunam elege
rat. Cum vo ipsam tetigerit/statim ad atropi fila
tionem ducere/immutabilia stamina faciētem. Il
linc postea propere necessitatis thronuz adire: per
quem cum transierint omnes/sub uehementi calo
re z estu in campum letheum proficiscī/arboribus
z omnibus quecunq; terra nascuntur/penitus de
stitutum. Recumbere igitur ipsas aduentāte nocte
iuxa amelitam flumen asseruit: cuius aquam uas
nullum contineat. Atq; ipsius aque bibere aliquā
tum cuiq; necessarium. Eos autem qui prudentiā
ducez non habent/ultra q; deceat bibere. Semper
vo bibentem omnium obliuiscī. Cum vo ad medi
am noctem dormissent/subito tonitru z terremo
tu excitos repente alium alio sursum ad generatio
nem consurrexisse stellaruz instar prosilientes. Se
vo flumine ex illo potare prohibitum fuisse narra
bat. Quomodo autem in corpus redierit/ignora
re. Sed subito in diluculo circumspicientem ait se
ipsum pyra imposituz conspexisse. Atq; ita o glau
co seruata est fabula: neq; perijt: Nosq; seruabit
pariter/si ipsi parebimus: z letheum idest obliuio
nis fluuium bene transibimus: nullaq; macula ani
mam inficiemus. Quamobrez si meis sermonibus
obtemperabimus: immortalem fore animam arbi
trantes/talemq; ut z mala possit z bona omnia su
stinere: viam semper ad superiora ducētem seque
mur: Justitiamq; cum prudentia omni ratione co
lemus. Ut z nobis ipsi simus/z oēs/amici: oū hāc
ducimus vitam/z postq; virtutis premia reporta
uerimus tanq; potiti victoria z triumphis/z hic
z in millenario annorum itinere: quod enarrauim⁹
nos feliciter abeamus.

Rei publice Platonis finis.

¶Compendium Marsilij Ficini in Timeum. Et primum de Subiecto libri.

Quemadmodū in parmenide cū cta diuinorū genera pro viribus cōprehēdit: sic oīa in Timeo cōplectit naturalia/ & utrobiq; plurimū pythagoric⁹ est/ sub psona pythagorica disputans: atq; in Parmenide q̄dē/ Parmenides & zenonē eleates pythagoricos: qui de diuinis scripserāt imitat: In Timeo aūt/ Timeū locrū pythagoricū: qui libꝝ de vniuersi natura cōposuit/ sequit: Ita tū ut his nō eloquētiā soluz adiūgat: sed mysteria. Qm̄ vo diuina q̄dē naturali uz principia & exēplaria sunt/ naturalia vo diuinorum effect⁹ atq; imagines/ iccirco & in parmenide dū de diuinis agit/ iterim descēdit ad naturalia/ & in Timeo naturaz tractās/ surgit sepius in diuina. Neq; iniuria diuinitatē simul naturamq; copulat. Natura enim diuinitatis est instrumētū. Atq; ita uel de naturalib⁹ agit diuine/ quēadmodū Aristoteles uel de diuis naturaliter agit. Interserit quoq; mathematica tanq; utrozūq; media/ diuinorum. s. atq; naturaliū. Que videlicet/ per numeros q̄dem diuina/ per mēsuras vo significēt naturalia. Sit ergo huius libri subiectū ipsa vniuersi natura. i. seminaria quedā & viuifica virt⁹ toti ifusa mūdo/ anime q̄dē mūdane subdita/ materie vo pſidēs/ eodēq; ordine singula pariēs/ quo & aīa ipsa ꝯcepit tā diuinā suspiciēs mētē/ q; appetens bonum.

¶De ordine libri & partibus eius.

Patebit aūt/ naturaz vniuersi ipmq; vniuersum nō ex se q̄dē pſistere/ sz ex supiori diuina causa dependere. Patebit insup quot in gradus natura distribuat/ celestes elementales/ simplices cōpositos/ rōnales/ rōne carentes. Patebit totā sub luna generationez ad aīal rōnale quasi finē oīmq; referri. Multa pterea de hocipso aīali tum ad aīam tum ad corp⁹ spectātia tractabuntur. Multa quoq; de reb⁹ que a natura ifra rōnale aīal cōponunt. Et ut summatim dicā/ de triplici mūdo tractabit. s. de diuino celestiq; & humano. Ostēdet quoq; oīum que in mūdo cōponūtur ipsiusq; mūdi/ duo q̄dē pcipua intrinsec⁹ elemēta esse. s. materiam atq; formā: tria vo extrinsecus esse pncipia. s. efficiētem mūdi causam & exēplarē atq; finalem. & efficiētem quidē esse diuinā potētiā & intelligētiam atq; uolūtatē. exēplarē vo ideas intelligētia diuina ꝯceptas. Finalem veniq; bonum.

¶De introductione ad dialogum.

Ceterū ut ad ipsam dispositionē dialogi ueniamus/ Plato q̄nque pcinuos disputatiōibus destinauerat dies: in primo q̄dē Socrates in pyreo vna cū Polemarco/ Glaucone/ Adimāto/ Thrasymacho Sophista de re. p. disputauit Sco vo die in urbe recēsuit eadē Timeo & Critie atq; Hermocrati/ & quarto cuidā absq; noie pegrino forsan Timei comiti. Tertio die hoz epilogū faciūt. Quo quasi exordio mox facto Timeus disputauit de natura/ pūtib⁹ trib⁹/ Socrate/ Critia/ Hermocrate. Quart⁹ enim qui absq; noie secūde inter fuit narrationi/ iam abest a tertia. non enim cuiuslibet est/ secretioribꝰ interesse. Quarto aūt die orationē habuit Critias. Quint⁹ veniq; nōdū dies illuxit. Cōmo de admodū post diuine apud hoies rei. p. tum dispositionē tum epilogū ad celestē rez. p. huius exēplar in Timeo accessit ab ipso deo cōpositā. Deinde ad mundi generisq; humani antiquitatē/ & res miras a ueteribus strenue gestas.

¶Allegoria histozie que narratur in prologo.

Narrat aūt inter dialogi huius exordia historiam de bello quōdā iter athenienses atlāticosq; cōmisso. Hāc utiq; Crātor tēpore prim⁹ Platonis interpres nudā absq; allegoria historiā accipit. Quidā vo cōtra tanq; solā allegoriā. Sed hos redarguūt pbatissimi quiq; Platonicoz affirmātes quidē historiā: q; Plato dixerit: Sermo futur⁹ est ualde mirabilis/ sed oino uerus. Sēsum ꝑterea Platoni nihil usq; temere molīēti allegoricū existimāt adhibendū. Bellū igit illud iter athenienses atq; atlāticos imaginē pre se ferre putāt oppositionū que in vniuerso sunt oium. Bellū enim. i. oppositionē apud Heraclitū eē oium patrē. Amelius q̄dē oppositionē adducit inter firmamētū atq; planetas: pſertiz qm̄ in Critia dicit atlāticā insulā in septē circulos fuisse diuisā. Origenes vo oppositionē supioz demonū ad iferiores atq; victoriam: illis potētia/ his numero excedētib⁹. Numenius aūt dissensionē excellētiū aiarū sequētiū palladez aduersus alias aīas/ generationē sub neptūno sequētes. Porphyrius pugnā inter demones deducētes in gnātionē/ & aīas ad supa ꝓtēdētes distinguit tripliciter demones/ alios eē diuinos/ alios eē ꝑm habitudinē quādam: quoz numerū particulares impleāt aie sortē nacte demonicaz/ alios esse malos & noxios aīab⁹/ hos igit demones ifimos ꝓflictare cū aīab⁹ in ascēsu semp atq; descēsu: pſertim occidētales demones. nā eaz ab egyptijs plagā noxijs accōmodari demonib⁹. Proinde Jāblicus/ Syrian⁹/ Proculus/ his addūt oppositionē ipsā in vniuersis vigētē ꝑpetuo/ iter vnū & multitudinē: terminū & ifinitatē: idē & alterū: statū & motū: ex qb⁹ sub primo oīa cōponunt. Itē ens aut per se aut nō per se. Rursus eēntia uel icorporea uel corporea: & icorpea q̄dē uel nō declinat ad corpora/ uel declinat. Corporea vo uel nō caduca ut celestis: uel caduca ut elemētalis. Veniq; in celo q̄dē oppositi iter se mot⁹/ & diuerse virtutes. Sub celo aūt repugnātes iter se qualitates/ sūmatiz vo hoz oiuz discrepātia per antiquū illud bellū significat: & ubiq; supioza ꝑstantioraq; per athenienses/ alia per occidētales significant. Eiusmodi vo allegoria disputatiōi timei nō mediocriter ꝓuenit. Cōfirmat etiam per ea que in Critiaz commētamur.

¶Casus phetontis/ diluuia/ incendia/ Minerue descriptio.

Jc iterū te admoneo/ ut memineris nouez an noz milia ab Eudoxo milia mēsiū cōputari. Itē Phetōtē solis filiū fulminatū exussisse terrā significare/ apud quosdā uastam cometā natura solarem/ tandē dissolutam intolerabiles estus cōcitauisse. Forte etiam incēdia que narrat moyses missa diuinit⁹. Ubi vo ad diluuia ꝓuenit/ memēto ignez quidem omnium efficacissimum esse: aquā vo efficaciorez esse terra/ & patibilem minus aere. Item ignem diuidere potēter atq; penetrare: aquam vndiq; ualde ꝓcutere.

Jdeo per duo hec elementa uastiores calamitates accidere. Adde ⁊ finalē causam/qz videlicet per exitiuz factū ab his duob⁹ sequit maius bonuz.i.fecūdior rerū regeneratio/q̄ per aeris pestes terreqz hiat⁹:ideo ꝓuidētia ad amplissimū exitiū his duob⁹ ꝑcipue utī. Qui sic rote celestes inde recte obtēperāt:ut quibus tē porū interuallis exitiū immo reformationē fore deus instituit/ꝝsdē planete oēs ad astra uel ignea uel aquea stellis quoqz fixis ad idē cōducētib⁹ rite ꝓcurrāt. ¶De mineris ꝑterea neptūnū quidē ꝓuidētiam naturalez/ palladē vo ꝓuidētiā intellectualē significare.atqz hāc ipsam palladē a ¶Platonicis describi/diuinitatē sapienter simul atqz potēter/tum celestia exornātē/tū que sub celo fiūt edificātē. Inter astra arieti ꝑcipue ꝓsidētem ⁊ eq̄noctialis circuli ducē:ubi potissimum vigere putāt/motricē vniuersi virtutē. ¶Mandabis memorie aureū epigrāma:qđ ¶Proculus in egyptioz historiꝝs legit ¶Minerue tēplis inscriptū. Ego sum que fuit/que erūt/⁊ que fuerūt. Uelū meū reuelauit nemo. Quem ego fructum peperi/sol est natus.

¶Precepta de uotis ⁊ precibus electissima. 6

Ubi vo ¶Plato ad deū ꝓuenit suppliciter adorandū:audi ¶Porphyriū diuinas supplicationes ita ꝓbātem. Quz deus nobis ꝓuideat/ac res nostre possint aliter se habere/certe ꝓ reruz nostrarū usu utiliter adoramus/videlicet si boni simus: sic enim utpote similes facti deo ꝓpius coniūgemur. In qua q̄dē ꝓiūctione adoratiōis vis tota ꝓsistit. ¶Nē pe cuz dei filij simus/sed ab eo quasi in exilio ⁊ carcere segregati/suppliciter adorare decet / quo hinc liberati reuertamur ad patrē. Alioqn similes ꝙz erim⁹/ qui parētū patrocinio sunt orbati. ¶Profecto cum vniuersi partes simus/vniuerso ꝓculdubio indigemus. Ipsa enim ad totū ꝓuersio partib⁹ salutem ꝑstat. Si ue igit virtutē sectaris adorādus est tibi qui totaz virtutem ꝓtinet. Jp̄m nāqz amare bonū/causa erit ⁊ tibi ei⁹ qđ tibi expedit boni/siue corporeū optas bonum/ extat in vniuerso virt⁹ oia ꝓtinēs corpora. Jnde igit ꝓuenire necesse est/partib⁹ q̄buscūqz salutē. Cōpertū vo habemus excellētissimos quosqz apud oēs gentes sapia viros diuinis potissimū uotis icubuisse ꝑcipue idoz brachmanas.psarū magos.grecoz theologos. Caldeos aūt/⁊ aliud q̄ddā adorauisse. Jpsaz enim superoz virtutē appellātes deū vno hoc noīe uenerati sunt. ¶Hec ¶Porphyrius. ¶Post hūc discipulū eius diuinū Jāblicū audiam⁹ hac in re in primis a ꝓculo comprobatū. ¶Omnia ex deo ita sunt/ut nusq̄ uel minima queqz deserant a deo. Ubiqz enim diuina viget vnitas/ per quā res queqz ꝓsistūt:ac ꝓpetuo quodam ītimoqz circulo ad deū ipsum a quo ⁊ in quo sunt/mirabiliter reuoluunt. Alioqn in nihilū repēte ꝓuerēt. Ab vnitate diuina oia ꝓdeūt/ꝓdeūtiaqz vnitatē quādā ipis impressaz retinēt diuine vnitatis imaginē:qua ⁊ reuocātur in illā ⁊ reuocata ꝑficiunt. ¶Hec ipsa aias rapit ad uota/q̄b⁹ vnio cū deo nobis penit⁹ impleat. ¶Ō si natura ex deo manās quasdā reb⁹ q̄busdā ꝓueniētes cuz supis ꝓprietates iseruit/per quas quodāmō ad supos sese uertāt/ceu ad solē solaria / ad lunam vo lunaria/ multo magis aiarū pater rapiētes ad se vires eis impressit. Que q̄dē in primis in diuina quadā vnitate intellectu supioze necnō in ipsa intellectuali reflexione site vident. Jpsaz vo nostrā in deum restitutionē adoratio supplex hinc orta absolute ꝓsumat diuinaz in nos bn̄ficētiā naturali trahēs cōgruitate:copulans adoratores cū adorato.coaptās supoz itelligentie uouētiū ꝑces:mouēs uolūtatem eoz qui bona in se oia cōplectunt ad bona nobis ad uotū imptienda/ diuine ꝓsuasionis effectrix/nostra oia in supoz stabilitē firmitate. Ad uoti vo ꝑfectionē quinque ꝑcipua ptinēt. ¶Primū q̄dē est notio quedā ei⁹ qđ adrādū est/⁊ qua rōne colēdū. Secōm vo assimilatio quedā vite nostre ad diuinā vitā/puritate / castitate/sanctimonia/disciplina/ordine/proficiscēs/diuinaqz captās beniuolētiā ⁊ aias diuine largitioni subiciēs. Tertiū est ꝓtact⁹ aliqs:per quē essentiam diuinā ferme iam attingim⁹:⁊ in ipsam sumitate quadam aie uergimus. Quartū ingressio quedaz in luminis diuini uestibulū. Quintū deniqz vnio/vnitatē aie ꝓpriā diuine vnitati insinuās penit⁹ ⁊ connectēs. vnaqz iaz actionē eādēqz aie deiqz ꝓpriās:adeo ut nec ultra nostri iuris/sz dei sim⁹ : splēdore obruti ⁊ circūfusi diuino. ¶Dui⁹ aūt adoratiōis que absqz intermissione agēda est supremus est finis / ut videlicet ꝓuersionē aie cū ipsa pmansione ꝓfūgat : ⁊ q̄qđ a diuina vnitate ꝓcessit/rursus eidez firmiter restituat vnitati/lumēqz nostrū supno lumine circūfundat. Sola igit adoratio recta aias beate reddit patrie. Sola scīmonia est plena virt⁹/solus vir bon⁹ ut ¶Plato scribit in legib⁹ deum decēter feliciterqz ꝑcaī. Sola cū supis ꝓsuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosi oino sunt alieni:⁊ tanq̄ ꝓphani a uotis ⁊ sacrificijs segregādi. ¶Puri vo decēter ad supplicādum accedūt/ducētes videlicet secū tres ꝑcipue comites/fidē/vitatē/⁊ charitatē.q̄b⁹ stipati spem bonoz ꝓcipiāt firmā:atqz extra cetera seqz ipos positi diuine seipsos luci ꝓfus ūmergāt. Frustra eniz deuz queritat/qui nō adhibet se solū soli immobilēqz stabili ⁊ simplicē simplicissimo. Quēadmodū eniz nō possumus enti per nō ens ꝓiūgi/sic neqz vnitati per multitudinē/⁊ stabilitati per motū/⁊ simplicitati per mixtionē.sz relabimur poti⁹ in oppositum. hec Jamblicus atqz ¶Proculus. ¶His addit magn⁹ Theodorus.siqs naturas rerū diligēti⁹ explorauerit/inuēturuz nō aias tm̄ atqz mētes/sed quodāmodo oia excepto primo adorare atqz uouere.

¶Undum habere supra se tres causas:ac depēdere a causa incorporea. 7

Post hec aūt actis ꝑcib⁹ Timeus/qz mūdū existimat cē factū/ideoqz ab alio factū triplicē ei⁹ causaz pscrutat. ¶Primo q̄dē efficientē.i.diuinā mētē.scōo exēplarē.i.idearū seriez diuina mente ꝓceptā.tertio finalē.i.bonū. ¶Mūdū vo eē ab alio ex eo īdicat:qđ ⁊ si ꝓ natura corporea pfectissim⁹ est/tñ ꝓ absoluta nā nō est oīno pfect⁹ cū ꝓpter mām patiat īformia uel deformia. ꝓpter dimēsionē subeat vtutis defectū diuisionēqz expectet si diuisor accesserit. ꝓpter cōpositionē dissolutioni sit obnoxi⁹.ob partiū repugnātiā machinet malū. ob motū īdigētiā pre se ferat/⁊ ꝓuationē patiat ad mixtā. Beniqz ob ipz ex diuersis ꝓgressū vno quodā supioze īdigeat ꝓnectēte. Qui pfectissime sit/qñ ex seipso sit:quem admodū mūdus qz nō est pfectus sime/cognoscit ex seipso nō eē. Oino aūt oia rerū cōpositaruz genera reducunt ad aliqd qđ in eo genē

nō est

nō est cōpositum:sicut dimēsiones ad signū/qō ex dimēsionib⁹ nō cōponit:numeri ad vnitatē/que nō fit ex numeris:elemēta ad id qō ex elemētis nō miscet.ergo ⁊ entiū vniuersus ordo ad ens/qō nō cōstat ex entib⁹. Id aūt erit substātia accidentib⁹ nullis admixta. Igit neq; quāta erit neq; qualis:ſz tota impartibilisq; substātia. Neq; ex eo qō vnicū ⁊ simplicissimū erit solū/minus habebit/q̄ que p̄ter substātiam subeūt accidētia. Que enim in sequentibus accidētia sunt/in supremo debēt esse substātia: ⁊ illa q̄dem optima. Quo vō plura addideris optimo/eo coges longius ab ipa optimitate discedere. Siquidē ex admixtiōe noua illic resultat qualitas atq; degenerās. Non solū ergo hic mūdus q; oīno cōpositꝰ est/sed etiā sīc̄ est supior/⁊ tñ aliquo pacto cōpositꝰ a supiori simplicitate depēdet. Que etiam sup eternitatē extat/a qua ⁊ in diuinis mētibus integra fit eternitas:⁊ in aiabꝰ rōnalibus eternitas mixta tēpori:⁊ in mūdi spis sempiternitas tēporalis. In his aūt que sparū motu virtuteq; fiunt/quedam portio tēporis. Que igit sup aiam cogitantur semp quidē sūt/⁊ nunq̄ fiūt. Ipsa vō ⁊ est ⁊ fit semper. Mūdus est q̄dē nunq̄/ſz fit semp. Que in mūdo gignunt/sunt quoq; nunq̄/sed aliq̄n fiunt. Fieri quidē dicimus tēpore trāsigi. Qm̄ vō ppetuo motu tēporeq; pagit mundus/ideo semp fieri iudicatur. Quatenus vō fit/nōdū est. Itaq; dicit esse nunq̄. pinde ac si in torrente iugiter fiat restituaturq; imago mōtis/semp q̄dē in ipso fieri ducta/nunq̄ inesse p̄sistēs. Id vō inter aiam ⁊ mūdum differre plato nici putāt:qō celū nō modo per actionē/sed etiam per essentiā p̄tinue fiat. Aia vō per actionē quidē fiat/per eēntiā vō sit potius a deo q̄ fiat a deo. ⁊ qm̄ essentia impartibilis est/habeat vim quādā suiipsius quodāmodo p̄ductricez:per quā edat in seipsa vitā p̄priā atq; motū. Celū vō vndiq; pēdeat aliunde. Sūmatim quēadmodū ab eodem scopulo iterstagnū torrētēq; sito assidue in stagno quidez est:in torrēte vō fit imago/⁊ euanescēs iugiter recreatur/sic a deo semp pendet utrūq;/sed aliter atq; aliter. Nam ab ipso aia quidē semp est/mūdus vō fit semper. Sed ab alio p̄incipio rursus exordiamur.

¶Ipsum bonū est oium causa magis q̄ sequētes cause:nec ullā habet cum ceteris proportionem. 8

Uniuersum hoc a summo deo habere oia/ ⁊ actionē ⁊ virtutē pariter ⁊ essentiā Platonici oēs absq; p̄trouersia p̄fitent. Id enim a Platone ex oibus eius libris accipiūt. Audiūt ⁊ idē in epistolis cōfirmātem. Ubi p̄fecto ingēti cum mysterio tertios effectꝰ in causam tertiā/secūdos retulit in secūdā. Cūctos vō in vnā oium causam. Neq; dixit primos effectꝰ in primā causaz reducēdos/ne p̄nūciando dūtaxat primos/suspicaremur eos solos a deo pēdere:neue deū noiando causam primā:suspicaremur/ipz ⁊ cū ceteris causis in quodam genere p̄uenire/⁊ cū effectib⁹ in quadam dīnationis p̄prietate p̄gruere. Itaq; cūcta ab ipso p̄cedere simul ostēdit:⁊ ip̄m iterea ab omni p̄cedētiū coione eē penitꝰ absolutū. Idq; ob absolutā simplicitatē noiat ipz vnū. ob exuberātē vō bnficētiā per quā ⁊ tanq̄ p̄ncipiū p̄ducēdo efficit oia/⁊ tanq̄ finis cadē p̄ficit reducēdo noiat ipz bonū. Putat autē quecūq; fiūt magis ab ipso q̄ a ceteris causis depēdere. Sicq̄ de ipsum in quouis ope ⁊ prius agit/⁊ diuitius ⁊ uehemētius q̄ relique cause:⁊ relique q̄cq̄d sunt eo faciēte sunt/⁊ q̄cq̄d agūt/eo ducēte agūt. Ut autem ostēderet singula ab ipso magis q̄ ab alīs causis emanare/ter replicauit ip̄m oium esse p̄incipiuz. Inquit enim circa oium regē oia. Itē eius gratia oia. Rursus ipse oium causa. ut intelligeremus ⁊ cūcta maxime in deo iri/⁊ deū esse cūctoz effectorē ⁊ exēplar ⁊ finez. Proinde vnū ipsum atq; bonū esse sup essentiā oēm ⁊ itellectū atq; esse causaz utriusq; in sexto rei.p. atq; in parmenide ⁊ sophista euidēter ostēdit. Cōstat autē idē esse vnū atq; bonuz/ne si diuersa sint/duo coganē esse p̄incipia summa. Principiū p̄fecto ⁊ simplicissimū esse debet ⁊ optimū. Nihil aūt uel vnitate simplicius/uel melius bonitate. Neq; etiā vnitas melior bonitate/neq; bonitas vnitate simplicior. Unū ergo sūt ambo summusq; deus. Idq; totū sup ēntiā esse atq; mentem satis in theologia ⁊ alibi confirmauimus.

¶De dependentia materie ab ipso bono. ⁊ de actione mētis ⁊ aie in materiā:⁊ de mundo intelligibili.

Ab hoc utiq; vno bonoq; sup oēm ēntiā eminente Plato in parmenide ⁊ sophista oēs entiū deducit gradus: Luz eoz que uere sunt. i. formarū separatarū/tū eoz que nō uere sunt. i. formarū materie inherētiū: tum infimū materie gradū. Quiusq; adeo nō uere est/ut p̄xim⁹ ei sit/qō fingit iā uere nō esse. Hāc utiq; materiā in parmenide ab ipo bono in ultimo rerū gradu deductā/accipit in Timeo quasi iā genitā:⁊ architecto mūdi ad effectū mūdani opis subditā. Sed nunq̄d deus mūdi auctor/idē/⁊ materie est effector? Rndebit hic ammoniꝰ ⁊ origenis schola eūdē esse. Et in parmenide q̄dē tractari/quēadmodū materia esse a deo accipit. In timeo vō/qua rōne ab eodē accipit bñesse/prius aūt quodāmodo eē q̄ bene eē excogitari. Rndebit aliter cois platonicoz schola nō eūdē esse deū/qui materiā facit/⁊ qui formatp̄xie. Immo materiā a sūmo q̄dē bono eē. Ab itellectu vō formari. Ab aia postremo moueri. Immo vō oia hec a p̄mo. Sz eē a primo tm̄. Formari a primo per itellectū:moueri/⁊ mouēdo formari mobiliter:a p̄mo per itellectū simul ⁊ aiaz. Perinde ac si fingamus figuluz quēdā/qui manu p̄priā lutū faciat/factū per rotā formet:formādo ligneo quodā distinguat pectine atq; figuret. Nemo utiq; dixerit uas a pectine atq; rota magis fieri q̄ a figulo:q̄uis a figulo per rotā fiat ⁊ pectē Uniuersuz hoc silr̄ ab ipso bono iudicāt per itellectū quēdā diuinū aiamq; vniuersi p̄cedē. Merito ab ipso vno mūdū p̄xime fieri maxime vnū/ab ipso bono maxime bonū. At qm̄ visibilis hic mūdus ob multiplicē partiū distātiā/qlitatū repugnātiā/effectuū/diuersitatē/materialiū deformitatē:neq; maxie vn⁹ est/neq; maxime bon⁹/ideo añ hūc existimāt ab ipsa vnitate bonitateq; diuina mūdū alterū p̄xime emanare. ⁊ p̄ut natura patit q̄ similimū:nō visibilē q̄dē sed itelligibilē/itellectualēq; exēplaria oiuz que in hoc gignūtur hñtē. Quē q̄dē diuinū itellectū noiant/nō ipz bonū/sz optimū boni filiū. Quē si vni⁹ cū primo substātie eē itelligam⁹ Platonē xp̄iane theologie magis cōciliabim⁹: Sz ceteri Platonis iterp̄tes reclamabūt.

¶Sol/lux/lumen/splēdor/calor/generatio: similiter vnitas/bonitas/intellectus/aia/natura/corpus mūdi

imago mundoꝝ superioꝝ.

Ancat ergo christiana ꝛ mosayca ueritas. Ac interim/si pluribus placet interpretū forsan/ fuerit hec uel Platonis opinio uel pythagore. Intelligibilē mundū inter visibilē atq; ipsuꝫ bonū esse mediū:imaginē quidez boni/exemplar vo corpori mūdi:ita a bono pendētem/sicut lumen extra solē a luce intra solē. Preterea producētez ex se proxime mūdi aiam/sicut ꝛ lumē fundit ex se splēdorem:perq; aiam singula quotidie generātem/sicut splendor per calorē corporea gignit. Quēadmodū igitur sex hi gradus ordine disponunt. Primo quidē ipsa solis substātia. Deinde lux substātialis ꝛ intima. Tertio lumen in de manās. Quarto splēdor resultās ex lumine. Quinto calor splēdore succēsus. Sexto geneatio caloris ſiagrantia coalescens. Ita sex alij digerant. Primo quidem vnitas/deinde bonitas/neq; tñ re ipsa duo hec/ sed ratione quodāmodo distinguant/eadez nāq; diuinitas: ꝛ qz oia supeminet vnitas: ꝛ qz per omnia rursus exuberat/bonitas appellet. Hanc utiq; exuberandi virtutē Plato in sexto de re.p. ideā appellat boni. In epistolis vo bonoꝝ:boni quidez.i. suiipsius/bonoꝝ quoq; que ab ipso proficiscūtur. Tertio in gradu ponatur diuina quedā mens quasi lumen de luce manans/multiformesq;/ut ita loquar/ideas in se concipiens simplici quodā superne lucis ideeq; vnius diuine fometo:non aliter q̄ in lumine multi iaz radij ex vno lucis radio deriuātur. Non solum vo in hac mente rerum cōprehenduntur idee quasi fonte: sed ꝛ ad hanc multi mētium reducunt exercitus quasi ducem: ab eadem videlicet diuina luce aqua ꝛ ipsa eque prosilientes. Totum vo id genus mundus superioꝝ nominatur:sed quantū ad mentes spectat sequentes/intellectualis mundus. Quantū vo ad ducem/intelligibilis. Sed ipsa quoq; mens dux mentiū/partim quidem intellectus/partim intelligibile noiatur. Intellectus quidez/qua rationibus rerū discernendis incūbit. Intelligibile vo qua rationes eiusmodi in suis continentur ideis. Idea deniq; boni non modo super intellectuꝫ/ sed etiā super intelligibile regnat. Post archetipum hunc mundū quarto gradu sequatur corporei mundi anima. Mūdus iaz rationalis ex intellectuali mūdo progenitus/quasi splēdor ex lumine. Et sicut splēdor iam motui permiscetur/sic aia immobilium idearum rationes mobili quodā pacto attingit atq; percurrit. Quintus huic succedat gradus/ipsa videlicet natura rerum mūdus iam seminarius ex rationali aie mūdo quasi calor splendore resultās. Sexto tandem gradu mundus hic corporeus colloceť ex seminario ita proxime ductus/sicut rerū generatio ex calore. At si ceteris omissis aptius cōparare uolueris/cogitabis in architecto quodā sapientissimo vim primo bonitatēq; naturalem. Deinde geometricū contemplatorēq; intellectum:cōmunes rationes mēsurarum habētē. Tertio rationē/ut aiunt/practicā iam per rationes ipsas de artificio consultātem. Quarto imaginationem figuras iam ꝛ modos conducentes operi effingentem. Quinto affectū. Sexto mouēdi virtutē. In eiusmodi vo cōparationibus videbis effectus multo magis ab antecedentibus fieri q̄ sequentibus.

¶ Singuli ordines ad singula capita reducuntur. vniuersus ordo ad vniuersale caput a quo oia cōponunt ex actu ꝛ potentia.

Neq; vo latere nos debet proprīa rerum genera ad capita proprīa: vniuersum genus ad vniuersum caput oportere referri. Cuncta enim mūdi corpora ad corpus vnum. Nature omnes ad vnam quoq; naturā. Anime ad animā. Mentes ad mētem. Ad bonū deniq; bona: ꝛ quia bona/ideo cuncta. Sic utiq; omnia quersione quadam naturali bonum appetūt tanq̄ finē:quoniam ab ipso bono/cōmuni quadā processione tanq̄ principio prouenerunt: atq; adeo cūcta ipsum appetūt ut materia infima appetat appetitu nō infimo. Perpetuo siquidem in oibus generandis ad ipsam boni uergit similitudinem:ut appareat hanc a bono pendere. A bono inq̄ potius q̄ a mente. Quippe cum mentis actio que per formas fit ideales/terminet ad formas. Actio vo boni utpote amplissima/ ultra formas descēdat etiam in materiā/ efficiatq; bonoꝝ auidā ꝛ capacē. Sed quam nūc uoco materiam/ Plato in philebo latiori noie infinitudinē nuncupat. Dicens ipsum bonū proxime infinitudinem ac terminū peperisse:statimq; iuicē miscuisse/ atq; ex hac mixtione cūcta cōposuisse. i. ex potētia quadam formabili ꝛ accedēte forma. Potentiam enim formabilē quasi ex se nondū definitā nec perfectam uocat infinitudinē. Formaz vo huic adhibitam noiat terminuz/quod videlicet indefinitaz potentiam definiat ꝛ in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus ꝛ intelligibilē mūdum proxime adeo uolunt esse cōflatuz: ꝛ sensibilē deinde ab intelligibili ex eisdē uel similibus cōstitutuz. Ita ut intellectus ille proximus mūdi visibilis architectꝰ materiaz acceperit ab ipso bono quodāmodo spiritalem/sed iamiā sub se in dimēsionez molis degenerantē informēq; ꝛ uacuaz: ac si forsan ex se moueatur/absq; ordine nutaturaz. Sed per idearum ordinem ab eodē bono susceptū/formauerit eam/regeritq; in ordinē/anteq̄ extra ordinez uagaret. Presertim cum aiam ipsi rationalē in primis inuderit/motionis ordinatissime dominaz.

¶ Materiam nō fuisse inordinatā ante mundum tempore:sed quadā ordinis ratione. 12

Ex his oibus colligere possumus materiaz nō esse equalē mūdi fabro/nō esse ante mūduz ullo tēporis iteruallo/licet origine quadaz ꝛ ordine nō iactari inordinate añ ordinez/sed erraturā fuisse ꝓcul ab ordine/quātuz in se est/nisi statiz desup ordinata fuisset. At ne qs hūc loquēdi modū improbet in Platone fingēte materiā ante mūdū inordinate iactatā/audiat ꝛ moysem añ mūdi distinctionē dicētez terrā fuisse inanē ꝛ incōposi tam/ꝛ sup faciē abyssi tenebras extitisse. Witto in pūtia poeticū chaos. Adducere iuuat in medium philonē iudeū similibꝰ vbis moysis genesim exponētem, Siqs causam/quare vniuersum hoc creatū sit uelit exq̄rere/nō errabit meo iudicio si id existimabit:qō quidā ex ueteribꝰ ꝓtulit:bonū esse creatorem ipsum ꝛ genitorē/ꝛ auctorē vniuersi: ꝛ bonitatis sue gratia nulli substātie inuidisse: que sua natura nihil boni haberet: ꝛ tñ fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata/informis/inanimata/oīno uaria/ icōgrua/icōcinna/icōstās aptaque in

que in cõtraria mutaretur: ꝛ optimarũ reruꝫ ratio nez ſuſciperet/fozme videlicet aiationis/ſimilitudi nis/cõgruitatis/ꝓcinnitatis:oiuꝫ veniꝯ rerũ idee meliozis. Item in ſecundo eiuſdem libꝛi uolumine. Cum inquit creatoꝛ ſubſtãtiã inoꝛdinatã ꝛ natura ſua ꝓfuſam in oꝛdinẽ ex inoꝛdinatione: ꝛ indiſcre tionẽ/ex cõfuſione traductã fozmare cepiſſet. Ter raꝫ atꝯ aquã medio loco firmauit. Hec philo. ꝓin de ſi gradus rerũ ſex in ſupꝛiozibus adductos cõſi deraueris/ſpicies fozte q̃ ſimilis ſit Plato moy ſi/ſex diebus mundi geneſim abſoluẽti. q̃ ſimilis ꝛ pythagoꝛas ꝓbans ſenariũ numerum geneſi nupti iſꝯ pꝛoꝛſus accõmodari/vnde ꝛ gamon appellat. ꝓpterea qõ partes ſue iuxta poſite ipſum gignant/ ſimilẽꝯ reddant genitum genitoꝛi.

¶ Duplex opinio de oꝛigine mundi. 13

Siquis interroget nũquid apud Platonez mundus fuerit ſempiternus. Reſpõdeo eã dẽ interꝑtib⁹ Seuero ꝛ Attico ꝛ Plutar cho/alꝫſq; ut Pꝛoculus narrat multis non fuiſſe ſemper. Sed interpꝛetantibus Crãtoꝛe. Plotino. Poꝛphyrio. Jamblico. Pꝛoculo ꝛ pleriſꝯ alꝫs/ ſemper quidẽ fuiſſe/ꝛ fuiſſe ſemp a deo/immo flu xiſſe. Deũ enim ſemper eſſe aiunt. Mundũ vo fie ri ſemper ꝛ fluere. Ac ſi initio tẽpoꝛis carentẽ con ſideraueris/ingenitũ/dici mundũ: ſinautẽ perpetu um adeo eius effluxũ/aſſidue genitũ. Neꝯ minus ex deo pendere/ſi depẽderit/pendeatꝯ ſemper/q̃ ſi aliquãdo ceperit depẽdere uel deſinat. Quemad modum lumen nõ minus a ſole ducit oꝛiginẽ neꝯ minus ſeruit ſoli/ſi ſemper q̃ ſi aliquãdo pꝛofluxe rit/effluatꝯ a ſole.

¶ Triplex coniectura platonice opinionis de mũ do ꝛ que ſit certitudo ſentẽtie platonice de mũdo. 14

Ceterum in rebus Platonicis uel coniectu ra incedimus uel ſcientia. Quantũ ad con ſecturam ſpectat / ita ꝛ ipſe loquit ꝛ ſui di ſputant/ut opinionẽ eius de oꝛigine mundi in tria capita colligere liceat. Aut enim putauit materiaꝫ aliquãdo ex nihilo a deo creatã ſimulꝯ fozmatam tẽpoꝛe: Quãuis in hoc opere quod cõponitur ex materia/ꝯ quendã pꝛoductionis oꝛdinẽ/materia ipſa pꝛius cogitetur fieri q̃ fozmari ꝛ eſſe materia pꝛius q̃ eſſe fozmatã: atꝯ ante opus ex materia fa ctum. materia queri ſoleat ex qua fuerat opus con ficiendũ. Aut deum materiã non aliquãdo nouam peperiſſe ſed ab eterno: ſimiliterꝯ oꝛnaſſe: q̃uis in oꝛnata pꝛius q̃ oꝛnata: fingatur. ſiquidẽ natura ſua caret oꝛdine: quem expectat ab alio cũꝯ res queli bet pꝛius cogitetur ꝑm id quod eſt q̃ ꝯ id quod ac cipit/merito ſeoꝛſum ab oꝛdine põt ipſa in ſe oꝛdi nis expers excogitari. Aut ut dixi materiam ſem per a deo fuiſſe. Atꝯ cõtinue: ſed non continue oꝛ dinatam immo per tempoꝛũ interualla: Ita ut dei ſit ſtabiliter oꝛdinare: Materie vo oꝛdinari mobi liter accipiatꝯ tẽpoꝛalem oꝛdinis ſui tẽperationeꝫ non aliter q̃ a fabꝛo accipit hoꝛologiuꝫ: peractiſꝯ pꝛo natura ſua certis tẽpoꝛum interuallis amittat oꝛdinem paulatim ac veniꝯ totũ: Redeatꝯ in cha os: ſed deus ſubito extremã confuſionẽ minime to lerans: in pꝛioꝛẽ diſpoſitionẽ vnico nutu retẽperet: Idꝯ fiat infinite viciſſim: nunq̃ mutato deo infini

te reformata materia: Hactenus humana in Platonicis pꝛeceſſerit coniectura: Quantum vo habemus ſcientia/affirmamus Platonẽ noſtrum affirmauiſſe: Mundũ non ex ſe exiſtere/ſed ex cauſa: nõ ex cauſa foꝛtuita/ſed ex certa: non ex naturali dũtaxat cauſa/ ſed intellectuali: non ex intellectu per modum nature determinato ſed potius uoluntario. Non uoluntate ex naturali quodam inſtinctu cõpulſa: ſed libera: Ni hil enim magis liberũ q̃ quod per ſe eſt/ꝛ per ſe agit oinoneꝯ tamen contingẽte aliqua uoluntate. Nihil enim contingẽs ubi idem eſt uolũtas atꝯ neceſſitas. Nihil iterum violẽtum ubi idẽ eſt viciſſim neceſſitas ꝛ uoluntas. ut autẽ id aperiret non minus replicauit in fabꝛicando mũdo uoluntatis diuine q̃ intelligentie nomen. Atꝯ addidit ipſam uoluntateꝫ boni eſſe ſum mam cauſam ꝛ certiſſimã cauſaruꝫ. Quã ex eo oſten dit liberã eſſe quod ſepe ait deum architecti moꝛe cõ ſultauiſſe atꝯ deliberauiſſe de opere cõſtruendo/qui bus in uerbis non ambigẽtem intelligi deũ vult ſed li bere eligentẽ. Pꝛoinde mundanũ opus non ſemel tã tum pꝛoceſſiſſe inquit a deo/ſed pꝛocedere ſeruariꝯ aſſidue. Quinetiã ſupꝛema mũdi numina vna cũ mũ do ex ſeipſis diſſolubilia foꝛe niſi diuina uoluntate re gantur. Satis ergo fuerit ꝛ id quidẽ q̃ maximuꝫ talia de affirmante philoſopho affirmaſſe. his enim cõceſ ſis facile poteris deũ dicere quãdo pꝛouidente ꝛ libe ra efficit uoluntate/mundũ abſꝯ nouitate ſui nouum cõpoſuiſſe. Ac ſi audiueris non aliquãdo nouum: ſed ab euo potius edidiſſe/poteris maieſtatẽ ſimul ſuam ſeruare deo cuius uolũtate ꝛ hac quidem libera mun dus non minus eget ꝛ pendet: ſi eget pẽdetꝯ ſemper: q̃ ſi quãdoꝯ pꝛoceſſerit. Quoniã vo Plato ſepe ait/ eatenus de diuinis aſſeuerãdũ/quatenus diuinis oꝛa culis cõꝓbetur/ꝛ nos ſacris litteris potius q̃ cõie cturis noſtris aſſentire debemus.

¶ Mundus boni gratia pꝛocreatus ad diuine rõnis uerbiꝯ diuini ſimilitudinẽ.

Mundum ergo fecit uolũtate. i. bonitate ſua taꝫ uoluntarie q̃ naturaliter ob immenſaꝫ fecun ditateꝫ exuberãte. que pꝛimũ quidem ſeipſa gaudet. ob idꝯ deinde ſua hac delectat imagine. ita tamen ut non in hac imagine/ſed in ipſo exemplari/ atꝯ pꝛincipio delectationis huius ꝓſtituat finẽ. Quo niam igitur bonitate fecit mũduꝫ/iccirco boni gratia fecit ipſuꝫ. nõ enim ut eſſet/viueret intelligeret ſimpli citer/pꝛocreauit/ſed ut ꝛ bene eẽt/viueretꝯ ꝛ bonũ/ intelligeret atꝯ cõpararet. Id illi moſayco ualde cõ ſonat. Vidit veus hoc ꝛ illud eſſe bonũ: ꝛ cũcta ualde bona. Et quia pulchꝛitudo ſplẽdoꝛ eſt bonitatis/ideo ſubdit/ab optimo deo mundũ eſſe pulcherrimũ pꝛo creatum. tempoꝛaleꝫ quidẽ/ſed ad eterni exemplaris imagineꝫ dicet ꝛ ſepe/quot ſpecies ſunt in archetipo: ideſt pꝛincipali mũdo: ideſt intelligibiles atꝯ imitabi les. totidem rerum foꝛmas in hoc mũdo diſpoſuiſſe/ atꝯ ita ſibi ſimilẽ effeciſſe. utpote qui intelligat ideas rerum non inter nubes/ut maledici quidam calũnian tur/ſed in mundani architecti mente ꝓſiſtere. Ubi vo ait in ipſa vita ideas eſſe/uaticinari videt euãgelicuꝫ illud/qõ factũ eſt in ipſo vita erat. ꝛ ubi ait repetitꝯ ſepe mũduꝫ diuina ꝓuidẽtia cõſtitutuꝫ. totam confir mat religionẽ. Qõ qdẽ cuꝫ obſeruaſſet theopꝛaſtus tanq̃ in philoſopho mirũ ait. Plato ſolus uel certe

maxime oiuz a diuina prouidentia rerum causas assi gnauit. Sed o theophraste quacūqz id mente de Pla tone dicas/ pculdubio confiteberis: Platonē solum uel oium maxime prouidentē esse atqz diuinū.

¶ Cur mūdus sit vnius z spicus: z moueat in spera. 16

OStendit vo deinceps diuinū ipsum mūdi exē plar/ quod euangelista se diuinioze sensu diui num appellat uerbū/ esse vnicū/ qz quod conti neat oia nihil relinquat extra seipsum: ideoqz sit neces sario vnicuz. Sed de hoc ipso in theologia diffusius. Cum autē mundus hic in ceteris quoad fieri potuit / mundū intellectūqz diuinum referat / adeo ut qui foz mas in hac materia cōspicit/ quasi diuinū vultuz con tueatur in speculo/ certe in ipsa etiā vnitate omnium effectrice atqz seruatrice repzesentat illū/ ut architecti vnius vnū sit opus. Unus igit dei vnius est mundus: pzofecto si posset architectus humanus / dñari mate rie: posteqz plura edificia effecisset/ quozum quodlibet in se sit vnū/ cuncta vno quodaz tandē circūuallaret: deus autē potest oino/ cum sit materie dñs/ neqz som niare licet mundos plures quasi pilas alios extra ali os. Sic enim diuinū opus dissipatum fozet: atqz inter mundos spatia/ uacua fozent. Pzobabilius existima bis si quot ozbes fingis per uacuū sparsos/ tot excogi tes speras potius itra speras ut quelibet spera sit mū dus in mūdo: Uniuersumqz opus vnū sit/ atqz inuicē ozdinatū/ nihilqz uel uacuū uel ozdinis vnionisqz ex pers reperiatur. sit aūt figura mūdi sperica: Sic eniz est maxie vnifozmis. capax. indissipabilis. agilis. atqz ita nec aliter potest moles in mole z sine uacuo collo cari/ z sine offensione moueri: idest si non quadrata quadratis aut circulis/ sed ozbes ozbibus inseratur. Beniqz precipua mūdane huius spere causa est/ qō z ozbicularis est diuini mūdi natura. que in seipsam in telligendo z amādo reflectitur. Motionis vo spericę ratio est tum figura ipsa que motū recipit/ tum mūda ne ipsius anime que mouet/ intima per intellectuales species reuolutio.

¶ Cur mundus diuidatur uel in quinque uel in sex plagas: z quomodo ei cōueniat septennarius: z nume rus circularis: z quomodo distribuatur ad intelligibi lis mundi similitudinem. 17

QUāobrem mūdane diuisioni non iniuria acco modantur numeri / in quibus radices prime sunt circulariū numeroz. Quinarius videli cet ex imparibus: ex paribus vo senarius. Dicim⁹ au tez numerū vigintiquinque ex quinario in circuli mo rem multiplicari: quoniā ab eodez quodāmodo rede atur in idem/ duz quinquies quinque cōputat viginti quinque. Item simili circulo numerū centū vigintiqn que. Quinquies enim vigintiquinque tot pficiunt. Ea dem est ad trigintasex/ itēqz ad ducentos sexdeciz/ cir cularis senarij ratio. Sexies enim sex implet sex atqz triginta. Item sexies trigintasex ducentos implet z sexdecim. Et si superiozes numeros ratione oztus sui alios quadratos alios oblongos nominat/ tamen ra tione casus atqz finis nuncupāt circulares. Itaqz per quinariū z senariū radices primas circulariuz nume rozuz mūdi corpus circulare diuidimus. Primo qui dem in partes quinque. s. ignē celestem. Ignem ethere um sub luna. Aerem. Aquā. Terraz. Que quidē diui sio in epinomide cōprobatur. Deinde distribuimus per senariū. ubi celestē ignē in non erraticū diuidi mus z erraticū. Que partitio a Platone frequēt⁹ usurpatur. Uerū sensibus mundi distributionē ab ipa exēplaris sui distributione cōmodius hūc imo dum moze Platonico deducemus. excogitat qui dem deus in mūdo penes ipsum intelligibili alterā quidem vim fozmabilē/ alterā fozmatricem. Illam ut dixi infinitudinē: Hanc terminuz pythagozici z Platonici noiant. Excogitat z mutuā harum viri um mixtionē. Intelligitqz tertiā quandam ex hac mixtione fozmā protinus coalescere. Sed z hanc ipsam fozmā quasi triplicē aīaduertit. habere enim non nihil infinitudinis: nō nihil z termini/ nō nihil z propzij. Quo fit ut post binarū numerum/ infini tatis. s. atqz termini/ ternarius e uestigio surgat/ ad dita his tertia fozma. Surgat quoqz quinari⁹/ eius modi fozma tripliciter distributa. Senari⁹ deniqz nascitur/ ubi mūdi illius munus ad iferioza produ cenda pozrigitur. Nascitur z septēnarius ubi mun dus ille uelut imago refertur ad patrē. In quo qui dem gradu septimo/ quasi die septimo cōquiescat. Si vo reddideris singula singulis. aīaduertes coz pozeū hunc mūdum ab ipso superni mundi termi no ceu fozmā habere ignez: ab infinitudine vo ceu materiā habere terram. A media vo illius fozma / humozē ignis terreqz conciliatozē. Qui z congluti net terrā/ natura ppria dissipabilē: z nutriat ignez ex se facile resolubilē z tria quedaz in seipso possi deat. Hinc quidē igneuz: inde vo terreuz. sed nō ni hil in medio propziū purūqz aereum: Cum aliūde per sublime uergat ad ignē/ aliūde per infimū uer gat ad terrā. Post hūc mūdi quinariū/ sit senari⁹ si cōmunē cuncto⁹ excogitaueris fozmā. Fit iterū septēnarius: si hanc ipam mūdi fozmā refozmaue ris exēplari. In quo quidē die septimo cōquiescat.

¶ Quare sint in mundo partes distincte: z quare contrarie: z de quatuoz elementis. 18

NOn solū vo distinctionē fozmarum/ sed eti am repugnantiā videmus in mūdo. proce dit eniz a primo/ z procedēdo degenerat/ processio quidē distinctionem facit: degeneratio re pugnantiā. Quinimmo diuisionis ipsius ozigo est fecunditas causę/ fozas exuberantis/ seqz propagā tis in amplū. procedente vo per gradus multos di uisione: in repugnantiā deniqz peruenit. presertim cum mundi materia ob imbecillitatē: nequeat ita in uicem fozmas cōciliare/ ut mundus ille superioz in seipso cōciliat. Quo factū est/ ut deus materiaz di mensione protenderit/ ut repugnaturas inter se foz mas hospitijs diuersis exciperet. Beniqz cum z il la dicamus inter se contraria/ que in eodez genere maxime distāt: z illa diuersa/ que inter se generib⁹ separantur: ex eo quidē quod cōtraria/ sunt in mū do/ apparet gen⁹ quodlibet/ species habere q̄ plu rimas: ex eo autē quod diuersa/ constat vniuersum genera possidere permulta. Quoniam vo z speci es oēs ad genera z genera ad vniuersum/ commu nemqz eius fozmam deniqz reducuntur / concludi tur/ sicut superioz mūdus vnifozmis est atqz omni fozmis/ ita hunc omnifozmem esse atqz vnifozmez. Conducit autē contraria elementoz celozūqz qua litas z figura ad nouas fozmas quotidie gnandas.

conferente

conferente videlicet motione. Siue enim vnicũ fuerit elementũ nihil utiq; generabit quod ꝛ Hippocrates asserit. Siue plura iter se similia/noui nihil efficiet qđ probat Heraclitus. Oportet tamen hũc mũdum perpetua nouarũ generatione formarum/eternã superioris offormisq; mundi actionem pro viribus imitari. Esto itaq; ut poesis canit empedocles/ꝓtraria inter se elemẽta. Esto ꝛ inter cõtraria mediũ. quãdo cõtraria ꝛ maxime distant/ꝛ absq; medio minime cõgruũt. At mediũ hoc indiuisibile esse nequit. Alioqn per ipsum ꝓtraria nõ distabũt. habet ergo dimẽsionẽ. Sed qua parte alterũ tãgit/nõ tangit alterũ. Et habet insup partem necessario mediã/per quam eque discrepet ab extremis. Propterea Plato inter ꝓtraria semp media saltẽ interserit duo: quẽadmodũ ex uerbis eius euidenter apparet. Interserit ꝛ tertiũ/ubi ait mediũ vim habere/per quã nõ solũ extremoꝝ/sed suã quoq; custodiat vnionẽ. Sed ponat manifeste duo / neq; enim nũc id ꝓtẽdimus/ceu inter ignẽ ꝛ terram/duo quedã/aerẽ. s. atq; aquã. Opus aũt eẽ duob⁹ saltẽ mediis inter ẽtia oĩno corpora/ostẽdit ex numeris atq; dimẽsionibus/que naturalia corpora quodammodo antecedunt.

¶ Numeri lineares/plani/solidi. ꝛ quare iter planos vnum sufficit mediũ. Sed inter solidos non satisfacit/ꝛ quomodo mathematice rationes ad physicas referantur.

TRiplices eẽ numeros apud pythagoricos alibi declarauimus: Lineares/planos/solidos. Lineares quidem quos sola metitur vnitas quasi pũctũ. ut Binarius/Ternarius/Quinarius/Septẽnarius atq; similes. Planos autem qui multiplicant ex numeris quasi lateribꝰ. Ceu sesquinarius ex bis tribꝰ fit terue duobꝰ. Atqui ex planorũ numero eos quadrangulos ꝛ equilateres appellamus/qui ex numeri alicuius in seipsum ductu cõficiũtur. Ceu quaternarius ex bis duobꝰ: ꝛ nouenarius ex ter tribꝰ. ꝛ sexdecim ex quater quatuor. In equilateres aũt qui ex ductu minoris numeri in maiorẽ: qualis fit senarius ex duoꝝ in tria deductiõe. Dicimus ꝛ oblongos/qui ex ductu numeri admodũ minoris/innumerũ lõge maiorẽ ꝓficiunt/qualis est denarius ex deductione duoꝝ in quinque resultãs. Siqđẽ ex bis q̃nque fit decẽ. Hunc si in decimo de re. p. appellauimus quodãmodo linearẽ/intelligi uolebamꝰ oblõgũ. Preter hos aũt/eos solidos dicebamus/qui ex deductione atq; reductione numeri alicuius in seipsum efficiunt/instar molis solide in trinã quasi ꝓducti dimẽsionẽ. ut bis duo / bis octo. Ter tria ter/vigintiseptem. Quater quatuor quater/sexagintaquatuor: Accipe duos planorum primos/qui videlicet a primis linearibꝰ ꝓcreãtur: utputa hinc quidẽ quaternariũ a binario: Inde vo nouenariũ a ternario ꝓcreatum: Hos sane planos duos nouenarium. s. atq; quaternariũ poteris/vnico cõpetenti medio inuicẽ deuincire: Hoc est senario. Que enim ꝓportio est nouẽ ad sex/eadem sex erit ad quatuor/utrobiq; enim est ꝓportio sesquialtera: siquidẽ nouẽ cõtinet sex ꝛ insup alteram eius partẽ. i. ternariũ: Similiter sex cõprehẽdit quatuor atq; insup binariũ/alteram. i. dimidiã quaternarij partem. Senariũ vo esse cõpetens/ medium inde patet quod ex utrisq; componitur. Latus enim quaternarij quidẽ est binarius: nouenarij vo ternarius. Ex multiplicatione autem binarij in ternarium fit senarius. Similiter si acceperis ultra nouem aliuz quadratum. s. sexdecim/medius erit duodecim: qui ex lateribus horũ nascitur. Latus enim nouenarij quidẽ tria/sexdeciz vo quatuor. At si tria ducas in quatuor/duodecim reportabis: qui horum medius pari utrũq; ratione cõnectit/sexquitertia videlicet ratione. Ma sexdecim cõprehendit duodecim ac tertiam insuper eius partẽ. Similiter duodecim ultra nouẽ includit tertiam nouenarij portionẽ. Cernis itaq; quod inquit Plato planos numeros vnico posse medio colligari. Accipe preterea numeros solidoꝝ primos/eos inq; qui ꝑmi ex primis efficiũtur linearibus in se ductis atq; reductis. Hinc quidẽ octo a binario: Inde vo vigintiseptẽ a ternario procreatũ. Hos utiq; nõ poteris vnico inuicez medio copulare: sed cogeris duo saltẽ accipere media. s. duodecim atq; decez ꝛ octo. Accipies enim duodecim ex bis duo ter/decem vo ꝛ octo ex ter tria bis. Perq; hos numeros cõciliabis extremos sesquialtera ratione. Hẽpe vigintiseptez numerus/decez ꝛ octo cõplectitur/ꝛ alteraz rursus eius partẽ. i. nouem similiter decẽ ꝛ octo exsuperat duodecim. Itẽ duodecim equaliter excedit octo. Per hec perspicuum est/solidos numeros/pluribus semp quibus congrue copulẽtur/medijs indigere. Quod autẽ exposuimus in numeris/idẽ possumus in dimẽsionibus tum planis/tuz solidis demõstrare/ostendentes inter plana comparabilia inuicẽ vnuz sepe sufficere mediũ. Inter solida vo cõparabilia/plura uera media esse ponenda. Quod quidẽ ꝛ prolixuz nimis foret: ꝛ satis a Iamblico/ꝛ Proculo/ꝛ Calcidio est ostensuz. Quoniaz vo Plato mathematica hec non propter seipsa quidem sed propter naturalia hic accepit: his pretermissis cõsiderem⁹ breuiter que potissimũ nature mysteria per mathematicas imagines subintelligat. Principio qđ in sacris litteris legitur/deũ oĩa in numero/mensura/pondere perfecisse: manifeste tangitur a Platone numeros/mensuras/solida in mediũ adducẽte. Per solida eniz cõprehendit ꝛ pondera: que etiam significat ubi post dimensiones/cõmemorat vires inclinationũ quasi ponderũ causas. Per numeros quidẽ intelligi vult ipsas rerũ naturaliũ species formasq; substantiales: quas etiam Aristoteles numeris cõparauit. Per mensuras aũt certas instrumẽtalesq; figuras uel magnitudines speciebus certis accõmodatas. Per solida deniq; atq; vires/significat qualitates/que ꝛ cum molibus penitus protendũtur/ꝛ prestant motionibꝰ actionibusq; momentũ. Judicant autẽ oẽs in vniuerso tuz rerũ species/tum specieruz figuras magnitudines q; tuz qualitates/geometrica inuicẽ ꝛ musica proportione cõpositas. ut qua ratione infime a medijs/eadẽ medie a superioribus excedãtur. Itẽ per numeros designat mediũ arithmetricum/qđ numerorũ paritate consistit. Per dimẽsiones atq; mẽsuras mediũ geometricũ/quod in rationis proportionisq; idẽtitate locatur. Per pondera ꝛ vires mediũ musicuz: qđ in portionis equalitate uel similitudine situ uelocitatẽ tarditatẽq; motionũ/ꝛ acumen grauitatẽq; uocũ virtute cõprehenditur.

¶ Prima discursio/quare quaternarius elemẽtorum numerus mundo conueniat.

Sed de his alibi latius. Jam vo ad partitionẽ mũdanarũ partiũ reuertamur/quo harmonicã ipsarũ cõpositionẽ cõspicere ualeam⁹. In supiorib⁹ qdẽ quinariũ ⁊ senariũ circulari mũdi figure ꝓgruere dicebam⁹. Hũc insup quaternariũ eiusdez plenitudini dicimus ꝓuenire. Profecto quaternari⁹ primus implet oẽm differẽtiã numeroꝝ. primũ parẽ ac primũ imparẽ in se cõplectẽs. Implet ⁊ simplicem numeroꝝ ꝓgressionẽ: qñ terminis quatuor explet denariũ/uno duob⁹ trib⁹/quatuor denariũ pfecte cõsummans. Implet ꝓcessum quoq; dimẽsionũ: terminis videlicet quatuor assequẽs/signo lõgitudine/latitudine atq; ꝓfundo. Implet musicã ꝓsonãtiã. Hẽpe itra quaternarij limites/dupla/tripla/quadrupla/sexqaltera sexqtertia/diapason/disdiapason/diapente/diatesseron/coercentur. Implet naturaz ad quatuor usq; terminos ꝓcedẽtez/substãtia/quãtitate/qualitate/motu. Implet deniq; vniuersum siue qõ in natura siue qõ supra naturã essentia/esse virtute atq; actione. Merito igit pythagorici quatrinitate plenitudinẽ mũdani tũ corporis tum animi designabãt: eãq; iureiurãdo testabantur nature ꝑpetuo fluẽtis fontẽ esse quatruplicez. Ex hoc nimirũ fonte manat quaternarius elemẽtoꝝ numer⁹. Hinc quatruplicitas in celo quatuplex. Hinc sub celo tẽpora quatuor. Hinc sub tempore/quatuor humores/cõplexiones/affect⁹. Hinc sup tẽpus quatuor virtutes surgunt. Hinc in eternitate quatuor exempla virtutum.

¶ Secunda ad idem probandum discursio.

Reterea nisi uererer partim ꝓlixitatẽ: partiz etiã nouitatẽ/recẽserẽ mira quedã Jãblici ⁊ Syriani Proculiq; cõmẽta/gradus quatuor sup mũdum supnũ ꝓstituẽtium. s. vnũ/terminuz/infinitudinẽ/mixtionẽ. Proinde supnũ mũdũ. i. primã itel ligibilẽq; mẽtem. Post eam ponẽtiũ mẽtẽ mũdumq; partim intelligibilẽ/partim quoq; intellectualez: post hãc intellectualẽ simpliciter mẽtẽ atq; mundũ. Quarto vo loco mẽtẽ iam mũdũq; aialem/sensibilis mũdi ducẽ. Itẽ supremã mẽtẽ ⁊ suspicere quatuor illa/vnuz s. terminũq;/⁊ infinitatẽ atq; mixtionẽ: ⁊ habẽ suapte natura quatuor: videlicet hinc qdẽ vnitatẽ: inde vo essentiã. Rursus vnitatẽ eẽntialẽ ⁊ essentiã vniformem: atq; oẽs oĩno reruz ideas quatruplicis similiter nature participes. Itẽ mẽtem ipsam itellectualẽ iouialẽq; mũdi opificẽ in fabricãdo mũdo suspicere in mentem intelligibilẽ atq; supremã uelut exẽplar/⁊ in bonũ ueluti finẽ. Et qua rõne in mũdo intelligibili qõ ⁊ ipsum ens ipsumq; viuẽs noiant: principia ⁊ ideas suspicit nature quatruplicis/in quatuor similiter plagas digerere mũdum/quarũ prima a primo celo postq; celuz per ignis spherã usq; ad aeris principiũ ꝓtẽdat/secunde inde ad aerẽ usq; mediuz. Tertia inde ad terram. Quarta vo sit terra: atq; huiusmodi partitioni quatuor in qualibet plaga rñdeãt exercit⁹ rõnalium habitãtium: deoꝝ. s. mũdanoꝝ. Item angeloꝝ: deinde demonum: postremo particulariũ aiaruz. Sed his omissis ad institutũ nostrum regrediamur.

¶ Tertia ad idem confirmãdum discursio.

Quatuor apud methaphysicũ sunt elemẽta/essentia/esse/virt⁹/⁊ actio. Quatuor apud mathematicũ: signũ/linea/planũ atq; ꝓfundũ. Quatuor apud physicũ/seminaria nature virtus/pululatio naturalis/⁊ adulta forma/atq; cõposituz. Red de vo singula singulis. Ẽntie qdẽ signũ atq; semẽ. Jpi vo esse lineã/pululationẽq;: virtuti planũ atq; formã: actioni ꝓfundũ atq; cõpositũ: ⁊ ubiq; extrema uelut solida duob⁹ cõcilia mediꝰ. Manifeste vo qõ in mathematicis signum est: Plato in physicis virtutẽ seminariã indiuiduãq; ⁊ stabilẽ esse putat. Qõ aũt in mathematicis linearis in lõguz ꝓductio: id in physicis germinãtis forme pululationez/ut ita loquar/existimat. Itẽ qõ ibi planũ/hic ꝓprie formã: ut enim planities corp⁹ terminat: ita forma materiã: deniq; qõ ibi ꝓfundũ: hic est cõpositũ/cõpositũ inq; duplex/tũ formale. i. ex plurib⁹ formis cõplexio quedã spere solide similis: tũ materiale. i. ex forma atq; materia/cubo similioz. Qõ ergo ait inter duo plana vnũ sufficere mediũ/intellige inter duas formas mediũ vnicum satisfacere. i. formale. Forme enim cũ formis deinceps ubi per extrema sui sese ꝓtingũt/vno quodã formali medio ꝓgruũt/utrinq; partim qdẽ ꝓuenientẽ/partim etiã differẽte. At vo qõ inqt solida solidis medio duplici copulari/significat iter cõposita naturalia duo diuerse nature gemina media interponi. Quoꝝ alterũ qdem formale sit/alterũ vo materiale. In quolibet enim cõposito: hinc ꝓncipalis forma: inde accõmodatũ forme subiectũ ꝓsideratur. Hinc efficit ut inter diuersa composita consurgat discrepãtia duplex/altera quidẽ magis ratione forme/altera vo magis ratione subiecti.

¶ Quarta ad idem discursio: ⁊ de viribus/ꝓportionibusq; elementorum.

Eadem hec alia insup ratione corroborant/si a quatrinitatib⁹ modo descriptis/ad quatrinitatem spere descẽdas. In hac utiq; cõsideratur natura medij. cõsideratur ⁊ natura circũferentie longissime inter se distãtes tam ꝓprietate/q; situ. Consideratur insuper hinc quidẽ spatiuz/quatenus ꝓpria virtus centri porrigitur: Inde vo spatiũ/quatenus ꝓpria magis circũferẽtie vis ꝓtenditur. hinc quatuor cõputantur plage mundi/⁊ quatuor similiter elemẽta. Quorum quod in circũferentia ponitur/naturã eius sequẽs amplissimuz. est/ideoq; oĩum subtilissimuz per substãtiam: per virtutez vo acutissimũ/penetrationisq; aptissimũ. per actionẽ deniq; ꝓmptissimum est ad motum. Quod autem situ est in medio/naturam quoq; sequens medij/angustissimũ est ⁊ densissimũ per substãtiam. per virtutẽ vo obtusum. per actionem deniq; ad motũ est ineptissimuz. Media vo duo medio in his modo se hñt. Proinde sicut maxime distãt in spera ambit⁹ atq; cẽtrũ/ita per situm: ⁊ naturã ignis terraq; plurimũ discrepãt. Ille eniz ita petit ambitũ/ut nunq; naturaliter mediũ. hec ita cẽtrũ/ut nunq; naturaliter ambitũ. Aer vo interdũ descendit/si videlicet in sublimi ignis regione ponat. Aq; etiã ascẽdit/si sub terrã cohibeat. Quẽadmodũ vo in igne ⁊ terra tria ꝓsiderant. s. substãtia/virt⁹/actio sic ⁊ tres potissimũ ꝓprietates/videlicet in igne quidẽ per substãtiã subtilitas. per virtutẽ acumen. per actionem mobilitas. In terra vo opposita. per substantiã

ſubſtantiã craſſitudo.per virtutem obtuſitas. per actionẽ immobilitas.Dicunt aũt hoꝛ nature apũ Platonẽ ſolide/qꝛ inſtar dimẽſionis trine/trinas poſſidẽt qualitates.quod ſi duas dũtaxat haberẽt planoꝛũ inſtar/vnũ ſufficeret mediũ: qũ videlicet in qualitate quidẽ vna ꝓgrueret cũ extremis / in altera vo differret. At quoniã tres inuicẽ oppoſitas hñt/duobus ut vinciant/opus eſt medĳs:quoꝛum utrũqꝫ cũ ꝓximo quidẽ tũ extremo/ tũ medio in duplici ꝓueniat qualitate/in vnica diſcrepet:cũ remoto vo extremo/in vna quidẽ cõgruat / ſed differat in duab⁹. Sic utiqꝫ ignẽ ſequit aer/in ſubtilitate ꝛ mobilitate igni perſimilis:ſed quadã virtutis obtuſitate diſſimilis/in qua etiaꝫ vnica quodãmodo cũ terra cõſentit:cũ aqua vo duabus ſcilicet obtuſitate atqꝫ mobilitate. Aqua ſequit aerem in duabus his aeri ſimilis/ſꝫ vna ſimilis igni: ſcilicet mobilitate duntaxat. At diſſimilis igni duabus/craſſitudine obtuſitateqꝫ ſimul.diſſimilis terre mobilitate quadã:ſꝫ craſſitudine/obtuſitateqꝫ ſimilis. Ꝓfecto qũ ignis ad terrã analogia quadã:ideſt rõnis ſimilitudine atqꝫ ꝓportione cõparabilis ſit / apparet.Quẽadmodũ enim ſe habet ſubtilitas ignis ad terreã craſſitudinẽ/ſic ignis acumen ad obtuſitatẽ terre/ſic iterũ ad imobilitatẽ terre mobilitas ignis qũ etiã cõparabilis ſit/ſꝫ potioꝛi aliqua rõne ignis ad aerem/aer ad aquã/aqua ad terrã: ex cõſenſione qualitatũ eſt manifeſtũ.Videt aũt elemẽti ꝓximi quidẽ ad ꝓximũ cõueniẽtia ad diſcrepantiaꝫ eſſe dupla:ad remotũ vo cõtra/dupla eſſe ad cõuenientiã diſcrepantia. Videt ignis aere duplo ſubtilioꝛ/triplo mobilioꝛ/quatruplo vo acutioꝛ. Item aer/aqua acutioꝛ duplo / triplo mobilioꝛ / quatruplo eſſe ſubtilioꝛ. Rurſus aqua ꝙ terra acutioꝛ duplo/triplo ſubtilioꝛ/quatruplo ad motũ eſſe parilioꝛ. Ꝓcedere vo inter cognata ad quatruplam uſqꝫ ꝓpoꝛtionẽ dũtaxat apud muſicos eſt conceſſum.Longioꝛi eniꝫ ꝓgreſſione aures offendunt/ quinetiã in his perfecte rõnes muſice cõtinent. In his utiqꝫ per tres qualitates quaſi per trinas dimẽſiones ꝛ ſolida quedã/ter quoqꝫ ſolideqꝫ ad ſolida uſqꝫ ꝓcedimus. Nã per duplã quarto gradu ad octo peruenim⁹/qui primus eſt ſolidus. Itẽ per triplas quarto ſimiliter gradu ad vigintiſeptẽ: qui ſolidus eſt ſecundus. Rurſus per quatruplas rõnes/ quarto deniqꝫ loco ad ſexagintaquatuoꝛ / qui tertiũ inter ſolidos numeros obtinet locũ.octo enim a binario ſolide:ideſt ter accepto ſiue ducto:vigintiſeptem a ternario ducto ter. ſexagintaquatuoꝛ a quaternario ſimiliter in ſeipſum ter multiplicato creat.Ceterũ ut notius ſit quãta apud Platonem ꝓgruitas mathematicis ineſt ad phyſica repetẽda ſunt duo illa primoꝛ media ſolidoꝛuꝫ. Poſuimus enim inter octo atqꝫ vigintiſeptẽ/cõpetẽtia media duo/videlicet duodecim atqꝫ decẽ ꝛ octo.Duodecim quidẽ numerus tũ ex octo/tũ ex vigintiſeptez naſcit.Lat⁹ ſiquidẽ ex quo multiplicant octo/binarius eſt.Latus aũt ex quo vigintiſeptẽ eſt ternari⁹ ſed ex binario atqꝫ ternario ita fit duodenarius / ſi egeris bis duo ter.ubi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera/vnũ vo a vigintiſeptẽ. Itẽ ex binario atqꝫ ternario ita fit decez ꝛ octo/ſi egeris ter tria bis.ubi decem ꝛ octo numer⁹ naſcens ab octonario ddẽ remoto latus accipit vnũ/ubi dicit bis.ſed a numero vigintiſeptẽ latera duo/ubi ter tria ſimiliter elementa duo inter ignẽ terrãqꝫ media/duꝫ ex extremis ꝓtẽperant/iterim a ꝓximo quidẽ naturas repoꝛtant geminas:a remoto vo vnicã mutuant.

¶Quod totus mũdus ex quatuoꝛ cõponit elemẽtis ꝛ quomodo hec alia rõne ſũt in celo/aliter infra lunã.

EX his quatuoꝛ elementis geometrica ꝛ muſica inuicẽ rõne cõiunctis vniuerſum mundum eſſe compoſitũ pythagoꝛici Platoniciqꝫ oẽs exiſtimãt:ita tñ ut cõſonãtia hoꝛ in celo nullaꝫ vnq̃ diſſonantiã patiat.ſub celo aũt diſſonantia quedã aliqui oꝛiri videat interdũ/ſed ſtatim per ſuperioꝛẽ cõcentũ in formã cõſonantem mirabiliter redigat.Eſſe utiqꝫ elemẽta hec ſub luna/nemo negabit. Eſſe vo in celo/phyſici nõnulli negabũt.Sed iſti audiãt methaphyſicos ꝓcoꝛ/ꝓbãtes elemẽta per ideas ſuas eẽ in ipo mundi opifice.eſſe inde in aia mũdi per rõnes ſuas. Eſſe in natura per ſemina. Ergo ꝛ in celo per virtutes / ꝛ ſub celo per formas. Quo enim pacto a cauſis celo ſupioꝛibus elemẽtoꝝ nature trãſeũt infra celũ:ꝛ ibi quidẽ ꝓtinus nutature:niſi virtutes hoꝝ moderatrices celo interim infundant:Quinimmo ſi cut agricola quidẽ nõ regit architectũ/quoniã architecture nullas cõtinet rõnes: geometra vo has poſſidens/regit illũ:ſic ꝛ celũ niſi elementoꝝ elemẽtaliũqꝫ cõprehendat vires/hec gubernabit nunq̃.gubernãs vo cõplectit:immo cõplectendo gubernat. Audiãt ꝛ aſtronomos tam in ſignis ꝙ in planetis naturas deſignãtes elemẽtoꝝ/ꝛ effectu ꝓbãtes.Audiãt deniqꝫ ſacras litteras ponẽtes ſepe in celis aquas.ponentes terraꝫ quoqꝫ viuentiũ.Quod ſi duo hec ibi celeſtiuꝫ diſſimilioꝛa ponunt/multo magis ignis ꝛ aer celeſtium ſimilioꝛes ibidẽ a ſacris litteris collocant. Rũdebunt ut arbitroꝛ/aliqui vires illic quidẽ elemẽtoꝛum excellentiſſimas per modũ cauſe ponẽdas eſſe:in ſperis aũt elementoꝝ ſub luna naturas eoꝝ ꝑm formaꝫ: in cõpoſitis tandẽ participatione quadã:ſed naturas ipſas elementoꝝ in celo eſſe negabunt. Ad hec addu cent Platonici virtutes ubiqꝫ ꝓpꝛias in ꝓꝛia natura fundari. Itaqꝫ ſi ſũt hoꝝ virtutes in celo:eẽ quoqꝫ naturas:ſed quẽadmodũ virtutes illic in genere quodã longe his excellẽtioꝛe cõſiſtũt:ita naturas in excellẽtioꝛe:immo ut rectius loquar/excellẽtiſſimo:Et naturam illã ignis eminẽtiſſimã ꝓbere celo ſenſibile lumen:viuificũ caloꝛẽ:motũqꝫ ꝓmptiſſimũ. Naturaꝫ terre largiri ſolidã firmãqꝫ ſtabilitatẽ. Itẽ ꝛ ſtellis dẽ ſitudinẽ qua videri poſſit:ꝛ lune qua radios repellat ſolares. Naturã aeris ꝓeſtare perſpicuã qualitatem quã noiant tranſlucẽtẽ. Naturã aque afferre delicatiſſimã ꝛ equabiliſſimã lenitatẽ:Et qũ maximũ eſt/ipſis ſperarũ labĳs quibus ſeſe cõtingũt inſerere virtutem illã frigoꝛis ꝛ humoꝛis:per quã fiat / ut q̃uis ex uelociſſimo motu rapidiſſime ꝛ uehemẽtiſſime ſe ꝓtingãt eſtus tñ illic reſolutioꝝ nõ accidat. Has ddẽ in celis aquas ebꝛei ualde ꝓbabũt. Ꝓbabũt etiã/ut arbitroꝛ/ſi audiuerint per naturã illic terre viuentiũ fieri ut materie alioquin tenuiſſime ex tãto motu nõ diſſipent:Deminiſſe vo oportet/tantã eẽ in celeſti ſubſtãtia virtutẽ tanqꝫ ad cõciliãdũ efficacẽ/ut qualitates ꝛ motiones que apud nos ſunt inter ſe repugnãtes / ibi

non pugnēt. Jtē ut reliqua illic elementa statiz a ꝑma genitura mundi in formā ꝓestātissimi: idest ignis redacta fuerint: quēadmodū per motū celestē elementa quatuor apud nos in quauis genitura ad vnā reducūtur mixti formā. Neqz miraberis in vnū illic elementa cōflari: si cogitabis etiā infra lunā in vnā molē esse cōpacta. z ignē esse soliditatis terrene participem/ne ob tenuissimā nobilissimāqz naturā cōtinuo diſpgat: terrā quoqz per se torpentē/ignis cōfortio actionē vitamqz non nāciſci. Quod si extrema miſcent/nimirū z media medijs extremiſqz miſceri. Jtē si tanta est infra lunā vnio/sup lunā eē multo maiorē: sed terre soliditatē siue stabilitatē illic absqz crassitudine in vaporea q̄si forma regnare. Rursus eq̄bilitatez lenitatēqz aque ꝓcul a lapsu: agilitatē aeris ab efflexu seorsuz efficaciā ignis in lumine salubriqz calore intelligentie viteqz persimili dñari/seorsum ab ea cōbustione: ad quā efficiendā apud nos cogit tū lumen inter cōcaua repercussum / tū calor igneus aspera quadā materia z mordaci ꝓclusus: qui certe quatenus a terrena crassitudine soluit/eatenus lucet purius caletqz salubri⁹. Ergo vna cū heraclito z empedocle / dicemus ignis ipsius/qui in idea est intellectuale lumen/in celo q̄dē visibile lumē ad oculos emicare: sub celo aūt in ethere purā ipsius z innoxiā vigere flāmam. Jn terra vo carbonez in aspa materia cōburentē. Dicem⁹ postremo cū orpheo esse insup apud inferos quatuor elemēta: pyriphlegetontē/acherontē/z oceanū/z cocytuz. Dicem⁹ cū Platone/quēadmodū in archetipo mundo oia sūt in oibus/ita in hoc imaginario mūdo oia in oibus esse: sed ꝓ natura suscipientiū ubiqz singula suscipi: ut celestia in elemētis elemētalia sint: elemēta in celo celestia: atqz tantā esse celestis regionis sup alias excellentiā: ut celestis ignis ꝓeter elementalem ignē triaqz reliqua elemēta/dici quintū ualeat elementum. Hinc mūdos quinque appellari posse ait. Siquidē oia rerū genera in quolibet horū quinque sint ꝓ sua cuiusqz natura. Cōcludem⁹ veniqz cōcordiā inter Moysem z Platonē: quē numeni⁹ alterū cogminat moysem. Q̄d eniz moyses ait/in principio fecit deus celum z terrā: Plato ait/deus primo ignē fecit ac terram: ignem intelligens precipue celū. Principio eniz in spera mundi centrum considerauit z ambituz. Reliqua horum gratia interiecit.

¶ Circularis motus ois spere semp mobili ꝓpri⁹ est. Jtē ignis maxime ꝓprium est lumen.

Sed neqz nos turbent qui celū iccirco igneum esse diffidūt/qz celi quidē mot⁹ sit circularis / ignis vo sit rectus. Naz etiā celi portio queli bet si forte ponat in medio/repēte ascēdet in rectuz / breuiori videlicet tramite patriam petitura: z tñ celi motus ꝓprius est circuitus/z terra si separet a centro/descēdet: z tñ eius ꝓpriū est q̄descere. Profecto quelibet spera mobilis tā elemētalis q̄ celestis pro figura sua naturaliter mouet in orbē: sic loco suo plenius fruitura. Motus aūt rectus ubicūqz est/nō taz naturalis est/q̄ reditus in naturā. Sicut vo corpori circuitus cōuenit/maxime conuenit igni. Cū enim a terra distantissim⁹ sit etiā per naturā/sicut terra est semper immobilis/ita ille semp est mobilis. Si semp mobilis/ergo in orbē. Quod enim mouet in rectū / peracto spatio qō finitū est/finit z motū. Moueri vo in circulū tā ignē q̄ aerē/ostēdit circuitus cometarū. Circuitū quoqz aque testat in fluxus perpetuus z effluxus. Manere vo oportuit terrā/ ut indiuisibili z stabili cētro foret similior/eoqz cōmodius frueret. Mouerī aūt superiora ut uaria semp ꝓ motionis varietate ꝓducerēt. Neqz negēt aliqui celum esse calidū/sed negēt potius esse urens. Neqz dicāt solis lumē sola repcussione calefacere/sed sola cōburere. Naz lune radij repercussi nihil calefaciunt: cū in ea virtus aquea dñetur. Calefaciūt aūt solis radij salubriter ꝓ ignea solis viuificaqz natura. Neqz obijciāt ex tardiori lune motu ꝓtingere ne lune radij calefaciāt. Mā z si ponit esse tardior/ tñ tanto ꝓpinquior est q̄ sol horibus/ut debeat si nō tantū/aliquantū tñ calefacere/si repcussione dū taxat ꝓueniat calefactio. Neqz adducāt estū esse ignis ꝓpriū. Siquidē quo minus aliene miſcetur materie/minus urit. Sed dicāt lumē ignis ꝓpriuz. Quo enim purius/eo lucidius/licet oculis quibusdam non manifesti⁹: z lucet longius q̄ calefaciat / z ꝓrius illuminat z momēto: z calorē largit calefacto post ignem ad tempus seruāte calorē: lumē vo largitur nulli/utpote sibi ꝓprium. Siquidē abeū te igne/simul abit z lumen.

¶ De spiritu mundi: idest de intellectu z anima/z intelligentia/z natura.

Postq̄ vo tractauit quēadmodum deus cor pus cōstruxit mundanuz/deinceps quēadmodū mūdanā aiaz temperauit/ aggredit disputādum. Ostēdit interea se añ oculos posuisse ꝓrius z informē molē q̄ formatā: z mox formataz quodāmodo ꝓrius q̄ aiatam/nō qz uel informitas añ formationē fuerit: uel formatio corporalis ante aiam: sed ut cognosceremus/tā formabilē naturaz formationis corporee gratia/q̄ corpoream formationē gratia aie tanq̄ finis/esse diuinitus institutā. Volens itaqz deus opus perfectū facere viuū z intellectu alē effecit munduz: atqz ut ex ipso spiritu z materia mūdi cōmodius aial vnū connecteret: materiā distinxit in quatuor/ut dixim⁹/elemēta / quasi aialis huius humores: qz z spiritū eius in quatuor voluerat esse distinctū. Quatuor enim ad mūdi spiritū pertinēt. Primū quidē intellectus in se manens immobilis spere motor siue rector ita regendis speris ab auctore rerū oium institutus. Secundū spere aia/motor mobilis quidē/ sz mobilis per seipsum. Tertiū intelligentia quedā huic aie a deo z intellectu superiore diuinitus insita. Quartuz natura: idest seminaria vitalisqz virtus ab aia passim infusa materie. Intellect⁹ quidē z aia substātie sūt. Intelligētia vo atqz natura sūt qualitates. Illa quidē aie. hec vo materie. Horū quatuor imagines sūt quatuor elemēta. Ignis eniz intellectū refert. Terra naturā. Intelligentia aer. Aqua veniqz aiam. Et sicut igni tria ꝓpria sūt/tria quoqz opposita terre medijsqz media quadā rōne ꝓueniūt/sic tria intellectui ꝓpria/eorūqz opposita ꝓpria sūt nature/medijs quoqz media. Intellect⁹ eniz indiuiduus est/vniformis/etern⁹. Natura diuidua/z multiformis/z tpalis. Aia vo iter hec media per intelligētiā quidē intellect⁹ magis ipsius particeps euadit q̄ nature: per animalē vo potentiā / cū natura potius q̄ cum

intellectu consentit. Quãobrẽ partim indiuidua dicit/partim quoq; diuidua. Itẽ vniformis similiter ⁊ multiformis. Rursus eterna partim ⁊ tẽporalis. Proinde quatuor vite ſm quatruplicẽ mundi ſpiritũ numerant. Saturnia quidem vita in intellectu ſuſpiciẽte patrẽ ſuũ celũ: ideſt deũ celi fabr̃. Iouialis aũt intelligẽtia ad actionẽ iaz mobilẽ declinãte. Uenerea in aĩali virtute iã amãte materiã. Bionyſiaca in natura quaſi ebria: ideſt immerſa materie. Preterea ſenſus ſimili rõne quatuor in vniuerſo connumerant. Primus utiq; ſenſus in aĩa mundi: cõmunis inq̃ ſenſus ⁊ vnus: ideſt imaginaria quedã virtus ſit intelligentiã eius comitans/⁊ formas rerũ particulares attingens/ut illa vniuerſales: attingẽs inq̃ intrinſecus: ideoq; nullis indiget inſtrumentis: neq; extra procedet uſq̃ neq; patit. Secundus vo ſenſus in aĩabus ſperarũ eſt atq; ſtellarum cõmunis certe impatibiliſq; ſimiliter: ſz extra procedens. Tertius in particularib⁹ aĩabus/ultra viz cõmunem/iã per inſtrumẽta ſingula diſtributus: ⁊ extra ſe porrigẽs/atq; a paſſione exoriẽs: ſed deſinens in iudiciũ. Quartũ veniq; ſenſum pythagorici p̃cedũt plantis: immo ſenſus ſimulachr̃/⁊ id quidem ſtupidũ/nullũ iã hñs iudiciũ qualitatis: ſed in ſola poſitũ paſſione/uoluptatis cuiuſdã atq; doloris. Senſus prim⁹ intellectũ repreſentat. Secũdus intelligentiam. Tertius vim animalem. Quartus veniq; naturalem. Meminiſſe vo oportet ipſam mundi materiam neq; aliter ſuſcipere animam q̃ per naturam: neq; aliter intelligentiam q̃ per animam: neq; aliter intellectũ q̃ per intelligẽtiã. Quẽ admodũ per terrã accipit aquã. per hãc aerez. per hunc ⁊ ignẽ. Ceterũ qõ deinceps his ſimile ſequit/aĩaduerte. Ait enim deus animã in medio poſuit: eãq; inde extendit per totũ: ac demũ per ipſam extrinſeca mũdi protexit. Primo q̃dẽ ſignificat aiaz ⁊ implere totã mundi molẽ/alijs ſcilicet virtutib⁹ alias mũdi partes moderantẽ. ⁊ ſuprema ſui circa mundũ virtute. i. intellectuali q̃uidẽtia mũdũ exſuperare. Quod aũt virtus aĩe ab ipſo medio porrigat per vniuerſum bis per quatuor gradus exponit. Primo quidẽ a media terra paſſim virtutem cõnectendi protẽdit/a media aqua diffundit vim vitalẽ: ab aere ſimiliter ſenſualẽ: ab igne rõnalẽ. Deinde a media mundi ſpera vim ut dixim⁹ cõnectendita ſpera lune generabiliũ ingenerabiliũq; media vim vitalẽ: a ſole mundi corde ſenſualẽ: a zodiaco medio firmamẽti rõnalẽ. Cũ vo duplex ſit ad deũ ordo rerũ: alter quo ab eo procedũt: alter quo procedentes cõuertunt ad ipſum/Plato proceſſionis ordinẽ ſecutus eſt: ubi ait. Deus intellectum in aĩa/aĩam locauit in corpore. Conuerſionis quoq; ordinem cogitans ait. Deus aĩam in medio poſitã/protendit eam inde per totum: ⁊ interim aliquid eius eduxit extra mundum: quo videlicet dum prouideret mundo/conuerteretur ad deum.

¶ De compoſitione aĩe: ⁊ qȝ per quinarium in ea componenda oportune proceditur.

Quoniã multa que pertinẽt ad ſperarũ aĩas mentes/motiones/cõpoſitionẽ aĩe/in theologia planius expoſuimus/ iccirco in illis exponendis hic ⁊ fuimus ⁊ erim⁹ breuiores. Ad nõnulla magis propria iam properamus. Principio quinariũ numerũ cõpoſitioni partitioniq; aĩe cõuenire tribus de cauſis arbitramur. Prima/q; ſicut quinarius ex primo pari primoq; impari cõſtat/ſic aĩa ex diuidua indiuiduaq; natura. Scis aũt parem numerũ appellari diuiduũ: imparẽ vo indiuiſibilem: quoniã in partes equales diuidi nequit. Secũda/quoniã genera etiã quibus a deo cõponunt oia per quinque diſtribuunt. Sunt enim eſſentia/idẽ/alterũ/ſtat⁹/motus. Aiam vo uelut oium mediã p̃cipua quadã rõne ex ipſis quinque oium generibus compoſitã arbitrant. Tertia q; cũ aĩa ſit mediũ vniuerſi/naturaliter quinariũ ſuſcipit. vniuerſi numeri mediuz. Eſt enim quinarius perfectũ denarij mediũ. Nã cũ quinquies rite denariũ diuidam⁹/mediũ eſt eque diſtans in qualibet diuiſione quinarius. Primo quidẽ ſi decẽ/in nouem diuiſeris atq; vnũ: videbis quinariũ inter vnuz nouẽq; eſſe mediũ pariter utrinq; diſtãs. Si ſecũdo in octo atq; duo partiri decẽ uolueris/ rurſus quinariũ equale inter hec mediũ reportabis. Si tertio in ſeptem atq; tria/uel quarto in ſex ⁊ quatuor/iterum medium uerũ accipies inter extrema quinarium. medium ubiq; dicimus arithmeticũ. Quod aũt quinto decem partit⁹ in quinque/atq; quinque/mediũ quinariũ habeas dictu ſupuacuũ eſt. Quas ob res Plato in diſtributione vniuerſi tũ corporis/ut ita dixerim/aĩabilis tũ animi: quinque potiſſimũ capita adducit in mediũ. Nã utrobiq; primũ agit de ipſa rei ipſius/ut ita dixerim/ſubſiſtẽtia atq; fundamẽto ſiue corporis inq̃ ſiue aĩe. Secũdo de partiũ utriuſq; p̃cordia. Tertio de ſpecie ex partiũ cõcordia reſultãte. Quarto de virtutib⁹ ſpeciei. Quinto de actionibus/que a virtutibus oriunt. Uolũt vo Platonici ad eſſentiam aĩe tria illa ſcilicet ſubſiſtentiã/p̃cordiã/ſpẽm pertinere. per hec ſequi virtutẽ ⁊ actionẽ. Concordiam inq̃ ideſt cõgruã contẽperantiã/⁊ hãc quinariã: ſcilicet generũ/partiũ/rõnum/viriũ/actionũ. Cõſtat enim aĩa ex illis rerũ quinque generib⁹: per que ⁊ partes eius proprie aſſignant. Suſcipit rurſus a deo rerũ oium rõnes. Habet hinc vires multas propriaſq; : per quas edit ⁊ actiones. Ubi vo aĩam appellat cõcordiam uel p̃centũ: memineris Platonẽ in phedone quidẽ negare aĩam eſſe harmoniã: ſcilicet partiũ corporaliũ: ex ipſis cõfectã: in eiſq; iacentẽ. Jn timeo aũt affirmare aĩam harmoniã eſſe: ſcilicet partium ſuarũ/ in ſe manentẽ: ⁊ ex ſe corpus contẽperantẽ. ¶ Preterea ubi ait. Cõpoſuit deus ex indiuiſibili ſemperq; eodez ſe modo hñte eſſentia/itẽq; ex illa que circa corpora fit diuiſibilis/mediã eẽntie ſpẽm: ideſt aĩam/expone hec per illa que dicit alibi: fecit deus mundũ viuentẽ/aiatum/intellectualẽ. Ubi enim dicit viuentẽ/deſignat vitam quãdã naturalẽ per mũdi corpora ſparſam/vnacũ corpore mundi extenſam/mobiliterq; agentẽ. Ubi vo ait intellectualẽ/itelligit intellectus angelicos/qui ꝓprie regẽdis ſperis p̃fecti: ⁊ idiuiſibiles ſũt ſz locũ/⁊ immutabiles ſm tempus: oppoſito ſe modo hñtes atq; naturalis vita formaq; corporea diuiſibilis atq; mutabilis. At ubi ait aiatuz/ſignificat ipſaz aĩe mundane ſubſtantiã: cuius eſſentiã quidẽ ⁊ idiuiſibilis eſt ⁊ immutabilis/ut intellect⁹. dici tñ põt quodãmodo diuiſibilis atq; mobilis: qr fons propri⁹ eſt viriũ quarũdã ad diuiſibilia ⁊ mobilia declinantium. Virtus

autē actioq; partim indiuidua ⁊ immobilis/quatenꝰ cōgruit cū diuinis/⁊ stabiliter agit. partim vo ⁊ diui sibilis est quodāmodo/tū q; multiplex/tuz q; ad coz pus multiplex diuisumq; declinat: ⁊ mobilis/q; tem porāliter operat. hanc itaq; aiam appellat essentie speciē tertiā inter indiuidua eternaq; ac rursus diui dua atq; tēporalia mediā. Quod aūt ubi mundū de noiat intellectualē/significare uelit intellectus angeli cos/ex eo probat: qō mundi coꝛpus per vitaz parat ad intellectū. ergo quēadmodū se habet ad vitā/simi liter ad intellectū. Itaq; sicut nō solū habet naturalē vitā in materia mundi iacentē: sz vitā etiā aialē: idest aiaz in se existētē/ita nō mō habet intellectualē quali tatē ifusaz aie/ uerūetiā itellectualē substātiā in seipa manentez. Ubiq; enim qualitates certe ad certas sub stātias reducunt: ut quēadmodū vitalis qualitas ad vitalē substantiā. ita intellectualis quoq; qualitas ad intellectualē substantiā referat. ¶ Cōponit aūt aiam quinque potissimū modis. Primū scilicet ex ipsis q̄n que rerū generibus. Itē ex numeris. Tertio ex concē tibus numerosis. Quarto ex initijs figuraruz. Quin to ex principijs motionū / videlicet ut possidens me thaphysicoꝛū mathematicoꝛūq; rōnes ita cuncta co gnoscat: scilicet essentias/numeros/pcētus/figuras⁊ motus. Itē quatenus aīa diuinis cognata est: ex re rū generibus que primo diuinis īsunt/dicit esse cōpo sitā. Quatenus cognata est naturalibus/miscet eaz fi guris ⁊ motibus. Quatenus aūt inter utraq; mediū obtinet numerosis eā cōcentibus rōnibusq; contēpe rat. Quinque vo illa: scilicet essentiā/idez/alterū/sta tū/motū genera rerū noiat: qō ex illis preter primuz oia cōponant. Essentia quidē manifeste significat rō nē rei cuiusq; formalē: innuit quoq; esse/tanq; actum essentie propriū. Idē vo dicit: quoniā quodlibet ⁊ se cū in primis ⁊ cū alijs pgruit. Rursus addit alterū: q; quandā tū intra seipsuz/tū ad alia differentiā habet. preterea status. Quippe cū aliquādiu suā quandā re tineat vnitatē. deniq; motus hoc in loco exitū quēdā ex potentia in actū/siue essendo/siue quomodolibet intrinsecꝰ extrinsecusue agendo significat. At sup hec quinque genera ponunt tria: terminus: ifinitudo: mix tio. Sup tria hec ponit ipsum vnū. Essentia quidē di uinū ipsuz vnū sequit. Idē vo statusq; terminū. Sed alterū atq; motus ifinitudinē comitat. Deniq; sicut ipa mūdi q̄tuoꝛ elemēta per sūmū gradū locauimus in celestibus: per mediū sub luna: per infimuz vo sub terra: sic genera quinque sūma quadā rōne ponimus in diuinis. Media in aia: infima vo sub aia. In diui nis enim ⁊ vnitas multitudinē ⁊ terminus ifinitudinē superat: ⁊ idez excedit alterū: ⁊ statꝰ preualet motio ni. In rebus aūt inferioꝛibus aia contra fit: ⁊ que ibi superabāt/hic vicissiz tā superant. In aia potissimuz equalis euadit singuloꝝ ad singula tēperatio: ut non immerito hāc precipue tū rerū mediā tuz musicis rō nibꝰ tēperatā esse uelint. Cōgruūt aie mathematica/ utraq; enim inter diuina ⁊ naturalia media iudicant. Cōgruūt musici numeri aie plurimū. Mobiles eniz sunt: propterea q; aiam/que est principiū motionis/ rite significāt. Non soluz vo per numeros/sed etiam per figuras describit aia: ut per numeros quidē icoꝛ poꝛea cogitet: per figuras aūt cognoscat ad coꝛpoꝛa naturaliter declinare. Conuenit triāgulus aie. Quia sicut triangulus ab vno angulo in duos protendit sic aia ab indiuidua diuinaq; substantia profluēs/ in naturā coꝛporis labit penitus diuisibilē: ac si cū diuinis pferat/diuisa videt. Que eniz illa per vnā ⁊ stabilē virtutē agunt/atq; subito: hec per plures mutabilesq; vires actionesq; pagit / ac tēporis in teruallis. Sinaūt cōferat cū naturalibus/indiuisa censet. Nō eniz alibi habet partes alias loco diuisū ctas/ut illa: sz etiā in qualibet toti⁹ parte tota. neq; omnia mobiliter tempoꝛeq; psequit / sicut illa: sed nō nihil etiam subito consequit: eterneq; possidet. Licet in hoc insup aiam cū triangulo cōparare: qō triangulus prima figura est/earūq; pluribus cōstā tes lineis producunt in rectū. Aia similiter prima oium in plures distribuit vires/que in ipsa itelligē tie subigunt: ac produci videt in rectū/dū a diuini tate labit in naturā: in quo quidē descensu ab intel ligentia sūma in tres profluit vires iferioꝛes: idest in discursuz quendā rōnalē/in sensum/in uegetādi virtutē. Quēadmodū ⁊ triāgulus a signo pductus in tres deducit angulos. Dico aūt aiam ex oiuz ge nere primā/⁊ ex pluribus quodāmodo viribꝰ cō misceri: ⁊ in rectū/ut ita dixerim / cadere. Mens enim angelica semp aiam inferioꝛibꝰ intra se nullis indiget viribus: sed pura mēs est/totaq; mēs atq; sufficiens. Itē ad inferioꝛa non uergit: sed in diuini tatē solā/vnde est/circuli moꝛe conuertit. Ideoq; eiꝰ actio circulo cōparat. Una eniz actio est ⁊ equa lis/sicut ex vna ⁊ equali linea circulus/⁊ mira que dā utriusq; capacitas. Preterea circulus pma est ⁊ ultima figurarū. Prima quidē/q; vna circū con tentus est linea. Ultima/q; figure ex pluribꝰ lineis constitute/quo plures subeūt facies/eo propinqus paulatim ad circuli formā quasi finez vident acce dere. Similiter ⁊ intellectus oium primꝰ procreat a deo/⁊ intellectualis vultus: idest absolutus oꝛdo rerū ultimus oium in speculo nature refulget. Ad quem naturales forme quasi finem magis gradatiz magisq; accedunt. Sed de intellectu alias. Nūc ad aiam reuertamur.

¶ Cur aīa rei cōposite cōparat. Cur consonantie musice.

TRia potissimuz de aīa in pñtia querimus. Primū: quā ob rē Plato aiaz fingit rei cō posite similē. Secundū: quā ob causam rei cōcoꝛdia quadā cōposite. Tertiū: cur cōsonātie mu sice. Principio aia ⁊ si idissolubiliter cōposita est/ tñ tāta est multiplicitate cōposita/ut naturali qua dā inclinatione ad ea uergat que sunt oino cōposi ta. Iccirco cōpositis/quibus cū naturali quadā nō dico cōsanguinitate/sed affinitate cōsentit/quodā modo similis figurat. Deinde quia media rerū est merito ⁊ exꝰ cōponit: ⁊ pcoꝛditer cūcta deuin cit: ideoq; cuidā uel cōcoꝛdie uel cōcoꝛditer cōpo sito cōparat. presertiz quoniā que in natura iter se pugnāt: aia cōciliat inuicē: cōciliata cōnectit: cōne xa cōseruat. Itaq; nō iniuria cōcoꝛdia quedā sub stātialis/siue substātia maxie pcoꝛs idissolubilisq; aia iudicat. At cū illa etiā que ceteris sensibꝰ appre hēdunt: sepissime pcoꝛditer cōposita sint: querebat tertio cur Plato cōcoꝛdie potissimū musice similē expresserit aiaz. Rūdet ad hec: musicā cōsonātiam

in elemẽto fieri oiuꝫ medio:percꝫ motũ/ꝛ hũc quidem orbicularẽ ad aures prouenire:ut nõ mirũ sit eã aie cõuenire tũ medie rerũ/tuꝫ motionis principio in circuitũ reuolubili. Adde qõ concẽtus potissimũ inter illa que sentiunt quasi aiatus affectum/ sensuũqꝫ cogitationẽ aie siue canẽtis siue sonantis perfert in aios audiẽtes. Ideoqꝫ in primis cuꝫ aio cõgruit. Preterea que ad visum quidẽ spectãt/ꝛ si pura quodammodo sunt/tñ absqꝫ motionis efficacia ꝛ per imaginẽ solã absqꝫ rei natura sepi⁹ apprehendunt: ideo parũ admodũ mouere aios solent. Que vo ad olfatũ/gustũ/tactuꝫ/quasi ualde materialia potius instrumẽta sensuũ titillãt/q̃ animi intima penetrent. Cõcentus aũt per aereã naturã in motu positã mouet corp⁹: per purificatũ aerẽ/pcitat spiritũ aereũ aie corporisqꝫ nodũ: per affectuꝫ afficit sensum simul ꝛ aiũm:per significationẽ/agit in mentẽ.deniqꝫ per ipsum subtilis aeris motũ/penetrat uehementer.per contẽperationẽ lãbit suauiter.per cõformẽ qualitatẽ mira quadam uoluptate perfundit.per naturã tã spiritalẽ q̃ materialeꝫ/totũ simul rapit ꝛ sibi uendicat hoiem. Et profecto si quis tanta musarũ arte diligẽtiaqꝫ cõcentus offerret auditui/quãta nature artisue cura/uel saporꝫ gustui/uel mollia tactui offerunt / proculdubio cognosceremus apollinẽ multo magis aiũm rapere melodia q̃ uel bacch⁹ vino gustũ /uel uenus pzuritu tactum/soleat occupare. Accedit ad hec qõ ubi Plato mundi fabzũ inducit loquentẽ tũ secũ ipso rocinãdo/tũ ad relíqua imperãdo/eloquiũ ipsum quasi apollineũ cantũ apprime musicũ:originẽ mũdani tã animi q̃ corporis eẽ putat:ꝛ aiam inde natã musica similiter rõne citharã pulsare celestẽ. Et pfecto qõ in celesti melodia est tuꝫ ex tardiori motu grauis tonus:tũ ex motu uelociori tonus acut⁹/ idẽ sub celo est grauitas ꝛ leuitas: Itez frigus ꝛ calor. Rursus humor siccitasqꝫ elementorꝫ. Idẽ in generatione rerũ materia est ꝛ forma. Idez in humanis ingenijs/mãsuetudo ꝛ magnanimitas/tẽperantia atqꝫ fortitudo: ꝛ quẽadmodũ ex graui acutaqꝫ uoce/sic ex geminis cunctis quas narrauim⁹ naturis ubiqꝫ fit vnũ. Cũ igit cõsonãtia musica quasi viua sit ꝛ rationalis ꝛ efficax. Itẽ utpote q̃ simillima aio q̃ gratissima. Rursus totũ sibi hoiem uẽdicet/ ꝛ qõ maius est/per ipsam factus sit aius/facta sint oia/per ipam cõseruent/per ipsam ꝛ moueantur: haud ab re Plato noster aiam effectricẽ/ seruatricẽ/motricẽ oiuꝫ naturaliũ musicis precipue numeris rõnibusqꝫ descripsit:numeris inq̃ nõ mathematicis accidentib⁹/ut q̃dã calũniant:sed idealib⁹ numerorũ methaphysicisqꝫ rõnibus constitutã.

¶ Propositiones ꝛ proportiones ad musicaꝫ pythagoricã ꝛ Platonicã pertinentes.

Ethongũ:idest sonũ melodijs aptũ uocãt: quo ꝛ grauiorẽ ꝛ acutioremꝫ facile qs edere possit/ut neqꝫ taꝫ profundus remissusqꝫ sit ut sit silẽtio similis:neqꝫ tã alt⁹ ꝛ intẽt⁹/ ut pstrepat. Grauẽ sonũ motu remisso ꝛ tardo. acutũ itẽtiore ꝛ uelociore creari putãt. Quẽadmodũ vo remissus admodũ ꝛ tardissim⁹ mot⁹/ad q̃tẽ q̃si videt accedere/sic sonus grauissim⁹ ad silentiũ. Rursus sicut uehemẽtissimus celerrimusqꝫ mot⁹ ad violẽtiã/sic ad offensionẽ sonit⁹ acutissim⁹. Interualla vo sonorꝫ appellãt certos excessus inter eos in acumine grauitateqꝫ mutuos. Cõpositiones aũt cõgruentiũ sonorũ ex oportunis proportionibus psonantiũ piũctiones. Coaptationes quoqꝫ fidiũ in musicis instrumẽtis:siue in vnico tetrachordo/q̃lẽ ꝛ iuenit mercuri⁹ ꝛ orphe⁹ pfirmauit. siue in duobus tetrachordijs per chordas septẽ vna coniũctis:qualia trepander dicit effecisse:siue in geminis tetrachordijs per chordas octo dispositis atqꝫ disiũctis:quorꝫ lycaonẽ samiũ fuisse asserũt auctorẽ:siue in tetrachordijs quatuor piũctis:atqꝫ ex fidibus q̃ndecim grecorꝫ tandẽ oium approbatione constãtibus. In his oibus tetrachordis gradatiꝫ dia tessaron resonat cõsonantia. Jã vo post sonorꝫ/interuallorꝫ/cõpositionũ mentionẽ ad pportiones ex quibus fiũt consonãtie/procedam⁹. Proportionẽ equalitatis noiant/que fit inter terminos oino inter se pares ꝛ equales:ut inter vnũ hoc atqꝫ vnũ illud/ꝛ cubitũ atqꝫ cubitũ. Ineqlitatis aũt/que inter impares uel ineqles:ut inter vnũ atqꝫ duo:ꝛ cubitũ atqꝫ bicubitũ. Et hec quidẽ altera maioris iequalitatis/ut dupla:altera vo minoris:ut subdupla. Preterea proportionẽ inequalitatis triplicẽ in pñtia considerare debemus. Primã q̃dẽ/quã multiplicẽ noiant/ut duplã / triplã/ quatruplã / que per maiorẽ numerũ nõ diuidit minorꝫ/sed resumit multiplicatqꝫ totuꝫ/siue bis siue ter: atqꝫ ita per modũ numeri ifinite multiplicabilis infinite procedit. Secũdã vo/quã supparticularẽ nũcupãt in qua maior numerus preter id qõ minorẽ cõprehẽdit semel totũ:diuidit ipsum deinde:partẽqꝫ diuisam supponit toti:sed partẽ quã uocamus aliquotã: idest ex qua aliquotiẽs replicata fit totũ. Haruꝫ prima est sexqaltera:iter binariũ ꝛ ternariũ. Ternari⁹ enim binariũ cõprehẽdẽs/addit isup vnitatẽ:que bis resumpta binariũ efficit. Secũda sexqtertia iter q̃tuor atqꝫ tria:atqꝫ ita in ifinitũ per modũ cõtinui diuisibilis infinite procedit. Tertia est suppartiẽs:que toti supaddit partẽ:que aliquotiẽs accepta totũ proprie creare nõ ualeat:qualis est inter q̃nariũ ꝛ ternariũ. Nã q̃narius ultra ternariũ adiungit binariũ:qui ꝛ semel sumptus nõ iplet ternariũ:ꝛ bis acceptus/excedit. Proportio hec qꝛ totũ diuidit in partẽ restitutioni totius ineptã/inepta videt ad psonantiã: in qua ois diuisio in totuꝫ ꝛ multiplicatio in vnum necessario restituit. Secũda vo apta censet:quoniã ꝛ si diuidit/tñ ab ipa restitutionis facilitate nõ errat:ꝛ in ipsa termini esse inuicẽ cõmensurabiles iudicant. Differẽtia enim iter duo atqꝫ tria est vnitas. hec vo cõmunis est utriusqꝫ mẽsura. Accepta enim bis metit binariũ:ter accepta ternariũ. Sed iter q̃nariũ ꝛ ternariũ differẽtia est binarius. hic aũt nõ potest aliquotiẽs accept⁹ uel ternarium uel q̃nariũ ullo pacto metiri. Proportio vo prima cõcentibus accõmodatissima est. Nõ enim diuidit:sed ꝛ multiplicãdo restituit:ꝛ restituẽdo multiplicat. Neqꝫ querit aliũde mẽsurã/ut superparticularis sed minor terminus maiorẽ metit:in dupla bis/in tripla ter replicatus. Neqꝫ ab itegritate:neqꝫ a simplicitate cadit. Superparticularis autẽ ab itegritate q̃dẽ labit. diuidit enim/sed seruat simplicitatẽ. per vnam enim quãdã diuidit partẽ. Suppartiẽs vo nõ modo amittit itegritatẽ:sꝫ etiã simplicitatẽ/ubi plures commiscet partes/in vnũ q̃ddã restitutioni totius ieptũ.

Diatessaron

Aliquota

Diapason

quid proportio

qd proportionabilitas

Iccirco hec a cõsonãtia dissonat/oue vo superiores consonãt. Magis aũt multiplex/maxime dupla. Nẽ pe in hac nõ videt aliud proprie aliud supare: sed superari quodlibet a seipso. Nam in dupla binarius superat vnũ vno. Quaternarius binariũ binario: similiterq deinceps. Adde qõ prima est inter primos numerorũ terminos/vnitatẽ scilicet binariũq progenita. Progenita inq̃ sola/absq aliarũ cõmercio quasi libera z ab oĩbus absoluta. Tripla vo oũ inter vnum ozit atq tria/sociã habet sexquialterã simul iter duo triaq nascentẽ. Quatrupla quoq videt sexquitertie cõmisceri. Nã cũ primũ quatrupla nascit quatuor inter z vnũ/ozit simul z sexqtertia quatuor inter z tria Itez dupla proxime ozit/ab ipsa equalitatis proportione/ab hac tripla z sexquialtera. Itez a tripla quatrupla z sexqtertia nascit: aliecq similiter. Quod quidem/nisi prolixitatẽ uererer/perspicue demõstrarẽ. Ad duplã igit tanq̃ ad principiũ atq finẽ oẽs alie rediguntcãq uel diuidũt/uel multiplicãt. Dupla enim prima/integra/simplex/absoluta/z equalissima est: ut nõ mirũ sit cõsonantiã ex hac ipa nascentẽ esse oĩum perfectissimã: z appellari diapason: qz z ipsa per oĩa ptẽdat: z oẽs pportiones reducant ad ipsam. Cuerũ anteq̃ cõsonantias prosequar: admonẽdi sumus: quẽ greci logon noiant/nos rõnez proportionẽq nominare: z quã illi analogiã/nos rõnis cõparationem siue similitudinẽ rõnis. Et proportionalitatẽ rursus/ appellatione uere tã elegãti q̃ propria. Et proportionẽ quidẽ inter duos fieri terminos. z qñ rite fit cõducẽs videlicet ad melodias definiri mutuã duarũ quãtitatũ inter se cõmẽsurabiliũ habitudinẽ / ut dupla inter vnũ atq duo. z sexquialtera inter duo atq tria: similesq deinceps. Proportionalitatem vo definiri mutuã duarũ proportionũ cõparationẽ. Leu qñ dicimus. Quẽadmodum se hñt duo ad quatuor/ita quatuor se hñt ad octo/per rõnem videlicet utrobiq duplã. Que quidẽ cõparatio/qz inter tres fit terminos/ continua noiat. Discreta vo est/quotiẽs inter plures efficit: ceu qñ ita cõferim⁹. Sicut duo ad quatuor/ita octo ad sexdeciz sese hñt. Itẽ cõparationẽ eiusmodi esse triplicẽ/scilicet arithmeticã/geometricaz/z harmonicã. Arithmeticã in numeri paritate cõsistẽ. Sic inter tria z septẽ medius est quinari⁹ / numero eodẽ scilicet/binario/alterũ terminũ superãs/ab altero superatus/per proportionẽ utriq bipartiẽtẽ. Geometricã vo in rõnis equalitate sitã esse/in qua sunt multiplex atq supparticularis. Añ uel ita cõparamus: sicut se hñt tria ad nouẽ/ita nouẽ ad septẽ atq viginti. nã utrobiq tripla. Itẽ qõ est nouenarius iuxta senariũ/idẽ est senarius iuxta quaternariũ. Nam z hic z ibi est proportio sexquialtera. Deniq proportionez harmonicã in q̃dã similitudine collocant: per quã tribus terminis in ordinẽ positis sicut maxim⁹ termin⁹ aspicit minimũ/similiter differẽtia iter terminos maior minorẽ respicit differentiam. Si enim ponas/tria quatuor/sex/differentia inter sex z quatuor/est binarius: differentia inter quatuor z tria/vnitas: sicut autem in sex z tria dupla ratio est: ita inter duo z vnũ est ratio dupla. Uiget hic altera quoq similitudo/scilicet portionum. Simili nãq extremorum portione medius terminus excedit/ atq excediturQuaternarius enim superat a senario per tertiã senarij partem: superat quoq ternarium tertia ternarij parte In hac utiq artificiũ uersat harmonicũ: qõ proportiones quidẽ suppartiẽtes quasi disgregatas dissonasq deuitat. Multiplices aũt z supparticulares admittit/componẽs duplas ex sexqaltera atq sexquitertia: per harmonicã qualẽ diximus rõnem cõcordi uarietate gaudentẽ. Amat vo quẽadmodum dicebam⁹ cõparationes multiplices / necnõ superparticulares ea insup rõne/quod in his tãta est ad idẽ restituendũ procliuitas: ut qñ plures rõnis eiusdem inuicẽ cõponunt/mediũ in se ductũ tantundẽ multiplicet / quantũ extrema si inuicẽ perducant. Pone/duo/quatuor/octo: sicut aũt bis octo/sic z quater quatuor/sexdecim procreãt. Itẽ pone/quatuor/sex/nouem: sicut ergo quater nouem/sic etiã sexies sex multiplicãt sex atq triginta. Similiter si duo iter extrema/media iteriecerĩs. puta iter duo atq sexdeciz posueris/quatuor atq octo: Omnes enim hi deinceps numeri dupla proximũ rõne cõspiciũt. Si ergo duo in sexdecim ducas/tãtundẽ reportabis/ac si quatuor in octo perduxeris. Idẽ cõtingit in ceteris tã supparticularib⁹ q̃ multiplicib⁹ In suppartiẽtibus aũt nõ fit idẽ. Dispone tria/qnque/septẽ. Sicut a septẽnario ad quinariũ est habitudo sup bipartiẽs: sic a qnario ad ternariuz. Utrobiq enim due quedã partes toti insup apponũtur. Si ducas ternariũ in septẽnariũ/nõ eũdẽ numerũ procreabis/ac si qnariũ in seipsuz. Primo itaq gradu sunt multiplices / quoniã pter id qõ modo dicebamus/per eas numeri oẽs respiciũt etiã vnitatez oũ aspiciũt numeros. Secũdo gradu supparticulares/qz z si vnitatẽ ipsam nõ spectãt/semp tñ vnam quãdã spectãt partẽ ad integrũ vnũ accõmodatã. Tertio sup partiẽtes: qz horũ neutrũ vident aspicere. Quãobrẽ hãc odit habitudinẽ facultas harmonica/tanq̃ cõcordie reluctãtez. Optat enim uel ex ipsa equalitatis pportione vniuocũ vnisonũq conficere: uel ex rõnali: idest multiplici z supparticulari inequalitatis proportione equiuocũ equisonũq cõflare. Talẽ vo equisonũ conflat ex dupla/qualis vnisono sit q̃ proxim⁹: qz in dupla z minor terminus maiorẽ metit: metiẽdoq adequat. z maior ubi minorẽ supat/nõ alio numero q̃ ipsomet minore/ ut ita dixerim/exsuperare videtur.

¶ Quod in musicis consonãtijs vnum ex multis efficitur: per quod consonãtia definitur.

Quemadmodũ medici peritissimi certos in uicẽ succos certa quadã rõne cõmiscẽt: per quã in vnã nouamq formã plurres atq diuerse materie coeãt: z ultra vim elemẽtalẽ/ virtutẽ quoq celestẽ mirifice nãciscãtur/qõ in mytridatis cõfectione z andromachi tyriaca est manifestum: similiter artificiosissimi musici grauissimas uoces quasi materias frigidas: uoces itẽ acutissimas quasi calidas: rursus mediocriter graues ut humidas mediocriter z acutas z siccas tãta rõne cõtẽperãt ut vna quedã forma fiat ex pluribus: que ultra uocalem virtutẽ consequat insup z celestẽ. Quod quidẽ ex eo qõ democritus theophrastusq aiũt/z pythagoras effectu probauit/euidenter apparet. Nã certis cõcentib⁹ morbi quidã tã corporis q̃ animi mirabiliter curati dicunt: ut non mirum sit uetercs

sapiẽtes in idẽ:idest apollineũ numerũ tã medicine ꝙ musice originẽ retulisse. Utraq; enim medicina est:Sed altera quidẽ ex corpore aiaz.altera vo ex aia curat corpus. Accõmodatissime etiã apollini melodie fonti uaticiniũ tribuerũt.Sola eniz melodia ab oibus quotcũq; distrahũt aium retrahens cõtrahit in seipsum:in auditũ quẽdã/ut ita loquar/interiorẽ/quo nõ uoces solũ/sed ⁊ rõnes uocũ percipiunt/sedatisq; perturbationib⁹ celesti ꝓtẽperat harmonie:diuinaq; celitus effundit oracula. ¶Sz ne quis forsan neget ex acuta grauiq; uoce tertiaz fieri cõmunẽq; uocalẽ formã:cogitãduz est graues uoces acutis pfectius cõmisceri posse ꝙ succis succi pmisceri dicant. Primo q; uocales materie ob subtilitatẽ suã continuũq; motũ vniformẽq; in cunctis corporis aerei qualitatẽ facilius cõsumatiusq; ꝙ succi ⁊ crassi ⁊ ad motũ ineptiores ⁊ qualitatib⁹ admodũ discrepãtes cõflant in vnũ:qõ si in vnuz/ergo ⁊ ad vnã nouãq; formã aptius parant concipiendã.Deinde quoniã instrumentũ uocis naturale/intrinsecũ/virtuti vitali/aiali / rõnali ꝙ proximũ atq; obediẽtissimũ facili⁹ perfectiusq; arti obtẽperat musice/ad vnũ ipsum quo spectat/ꝓficiendũ ꝙ extrinseca medicis instrumẽta.atq; etiã si pulsetur cithara digitis / fidelius obsequẽtur musici uoto fides ꝙ medicis herbe.Ac si in herbarũ cõgestã molem ultra industriã ⁊ operã medicoꝝ agit deinde natura:⁊ tẽpore quidẽ certo:multo magis in uocalem materiã tractabilẽ admodũ ⁊ formabilẽ agit natura subito/natura inq; ubiq; viuens viribusq; munita celestibus in materiã celo similiore ⁊ quasi viuã: cui quidẽ repẽte nouã/viuã/mirificam adhibet formã: per quam occulta virtute vires suas in corpore experiat ⁊ aium. Proinde quẽadmodũ in corpore ex elemẽtis quatuor naturaliter cõstituto qualitates elementoꝝ quatuor/vnã ⁊ ut quidã nominãt/quintã cõficiũt/cõplexionez videlicet subiecta virtuti speciali occultis modis celitus prouẽture/sic ⁊ uoces plures rite cõmixte vnũ quẽdã inuicem resonãt reboatũ virtutis noue atq; mirabilis fundamentũ. Nã si ex sonãte cithara in citharaz similiter tẽperatã/resonat repẽte nõ nihil:⁊ ex chorda vibrata/statim in chordã eque tẽtã trãsit vibratio similis/cui nã dubiuz sit ex plurib⁹ uocib⁹ vna quadã rõne cõflatis vnã subito nasci quasi formaz cõmunẽ cunctis:per quã plura sint vnũ / ideoq; ut vnũ percipiant a sensu/⁊ in vnũ quendã cõgrediãtur effectũ.Cõstat idez ex uoluptate sensus:in quo cũ vna forma sit ex multis/oblectatio plena prouenit ex vna silꝰiter forma que cõgrue cõficiat ex multis.Hinc fit ut audire diuti⁹ vnisonũ tedeat:in quo sine ulla iequalitate sentiat equalitas. Fit insup ut dissonus offendat sonus:in quo in vnum differẽtia nõ cõspirãt:ideoq; multa pspicue discernunt a sensu:⁊ ab ipso quasi gustant ut multa. Gustant inq;/q; sic ferme ad uocez/ut gustus ad sapoꝝ afficitur mixtionẽ.Hinc ꝓphetice illud.Dulciora melle ori meo eloquia tua dñe.Beniq; siue graues soni acutos absorbeat/siue acuti graues occupẽt/nõ prouenit delectatio:⁊ tñ vnio quedã ubiq; requirit.Cuz vo vnio uel ex absorbẽte uel ex occupãte nõ placeat/reliquuz est/ut sola placeat/que noua ⁊ efficax ex moderata quadã ꝓflatione resultat. Hinc igit consonãtia definit. Soni grauis ⁊ acuti mixtura vniformiter ad aures suauiterq; accedẽs.Est autẽ mixtura hec ei silis/que in saporib⁹ gustui satisfacit:in quibus sapor dulcis nimium atq; pinguis uoci remissiori ad modũ grauioriq; similis iudicat.Sapor aũt acutissimus acutissime.Sed dulcis sapor acrimonie mixtus uocẽ refert moderate grauez.Dixt⁹ vo salsedini uel acumini mediocriter acutã repugnare videt.Ac tũ demũ permixtio multiplex implet sensum/cũ nõ discernit ut multiformis:sed seipsam insinuat vniformem. Tradũt physici sonũ in orbiculatẽ figurã multis gradatim amplificataz circulis ad aures peruenire/non aliter ꝙ qui in stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multiplicant ad litt⁹. Cõcẽtũ vo ex grauib⁹ acutisq; cõflatũ/uelut vnã formã ⁊ hãc rotundã quidẽ/sz ouale illabi auribus arbitramur. In qua quidẽ octaua uox quasi per acutiorẽ uerticẽ/uocis ꝓme latitudinẽ sibi cõtinuãs/ex seipsa atq; prima vnã iã cõflat uocẽ. atq; sicut oculus oualẽ rotũditatẽ tanq; vnã videt figurã/quis hinc latã magis/ide minus / sic audit⁹ uocem ex graui octauaq; resultantẽ haurit/tanq; vnam ab amplo quodã ꝓfundo quasi in acutã sublimitatez oui instar gradatiz sese ac suauiter attollẽtẽ. Hinc fieri arbitramur / ut ⁊ natura eiusmodi quasi figurã audiendi instrumẽto tribuerint:similẽq; instrumento loquendi/⁊ ars preterea similẽ quoad fieri potuit musicis instrumentis.Ea certe ꝓsonantiora sunt /que ouali figure propinquiora.

¶Que cõsonantie ex quibus proportionib⁹ oriant. 31

Pythagoraz ferunt/cũ apud erarios fabros animotauisset/ex malleoꝝ ictibus cõsonantiã lege ponderũ ꝓuenire:collegisse numeros/quibus sibi cõsentiẽs diuersitas ponderũ cõtinebat:deinde tetẽdisse neruos tã uarijs põderib⁹ alligatis/ꝙ uaria in malleis fuisse didicerat / atq; hinc manifeste cõsiderauisse.ex neruo/qui sup aliũ sexquioctaua rõne protendebat aduersus aliũ discerni tonũ:idest plenũ integrũq; sonũ:qualis erat nouez ad octo proportio. Neq; potuisse tonũ in duo hemitonia iter se equalia distribuere:qñ neq; nouenarius in partes duas secaret equales.Sed inuenisse hemitoniũ alterũ quidem esse paulo maius dimidio:alteruz vo paulo dimidio min⁹.qõ ille diesiz: Plato limma uocauit.Quãtũ vo deficiat hemitoniũ minus ab itegro tono ⁊ a uero hemitonio Plato in iteruallo hoꝝ indicat numeroꝝ: scilicet iter ducẽta quadragintatria atq; ducẽta quinquagintasex.Cũ enim octaua pars minoris illius numeri sit triginta ⁊ ppe semis:hic vo maior numerus sup minorẽ illũ addat dũtaxat tresdecim:neq; tonuz reddit neq; integrũ hemitoniũ. Aduertit deinde pythagoras integrã plenãq; toni/ut ita dixerim latitudinem/duobus sonis ⁊ vno interuallo cõstare. atq; ita prima cõsonãtie adeptus est elemẽta.Quaruz prima diapason extitit ex ꝓma videlicet proportione:idest dupla resultãs:ubi scilicet chorda hec sup illã ex duplo pondere/duplo magis tẽta/dũ pulsarent ambe / duplo uehemẽti⁹ citiusq; in suã sese recipiẽs rectitudinẽ uoce lõge acutiorẽ vicissiz lõge grauiori reddebat adeo tñ amicã/ut quasi vnic⁹ appareret sonus seipso hinc angustior/inde amplior.Sonũ hũc ubi occurrebat acutior:modulãdo metit⁹ est in octauo altitudis

gradu a graui ꝓnumerato videlicet graui eē locatuꝫ. Itē octo quidē ſonis ⁊ interuallis ſeptē/tonis autem ſex ferme cōſtare. Preterea ubi inter fides ratio itentionis remiſſionisq; ſexquitertia erat/inuenit cōſonātiā diateſſaron:tonos quidē duos ⁊ hemitoniū minꝰ ſonos aūt quatuor/⁊ interualla tria cōprehēdentes. In ſexquialtera vo repperit diapētē: ⁊ in hac tonos tres ⁊ hemitoniū minꝰ/ſonos vo quinque ⁊ quatuor interualla percepit. Adaduertit deinde diapaſon/ex diateſſaron ⁊ diapente cōponi:qz ratio dupla que gignit diapaſon/ubi habet mediū / ex ſexq̄tertia ⁊ ſexquialtera/ex quibus ille fiūt/conſtituat. Prima enim dupla mediū hñs/duor eſt ad quatuor: cōpoſita ex ſexquialtera inter tria atq; duo:⁊ ex ſexq̄tertia/inter quatuor atq; tria. Sꝫ in habitudine tripla diapaſon diapentē cōſiderauit/hñtem ſonos quidē duodecim: ſed vndecim iterualla. Nā diapaſon quidē in dupla/ diapente vo in ſexquialtera ſedē habet. At ſexquialtera duple cōtinuata efficit triplā. Sex enim aduerſus tria dupla eſt. Adde nouē/vnde ad ſex naſcit ſexq̄altera/ſtatim triplā a nouem habebis ad tria:neq; tñ fit tripla/ſi duple adieceris ſexquitertiā: utpote ſi illi ſenario adiunxeris octonariū. deeſt enim ſexq̄octaua: ſcilicet nouē ad octo. Et quoniā ſexq̄tertia duple addita fit ſuppartiēs/ut octo ad tria:eſt enim hic habitudo dupla ſupbipartiēs per biſexquitertiā: ideo Pythagoras prohibuit ultra duplā:ideſt diapaſon repete cōtinuare. per ſexquitertiā diateſſaron:q̄uis Ptolemeus alicubi ſubiūctionē hāc admittat. cōmode vo adiūgit ſexquitertia triple. hinc enim fit ꝓportio quatrupla ⁊ per quatruplā cōſonantiā diſdiapaſon hñs ſonos quindecim ⁊ quatuordecim interualla:puta ſi poſita tripla inter nouē atq; tria/ſubiunxeris duodenariū/qui eſt aduerſus nouenariū ſexquitertius/acq̄res ſubito quatruplā ex duodeciz ad tria naſcētē. Ultra vo quatruplā progredi uetat gratia melodie:non ſolū qz ex uehementiori motu fractioneq; in ſenſum prouenit violentia. ſed etiā qz cū primū ultra primaꝫ quatruplā quincupla naſcit inter q̄nque atq; quatuor erit ſimul ſupbipartiēs iter quinque atq; tria/que diſſonantiā intermiſcet. Sꝫ ut citra quatruplā redeam? uetat etiā vitādi torporis gratia infra ſexquitertiā ſepe deſcēdere. Uetat ſexquitertias ſepe duas ꝓtinuare tū qz alioquin diſplicēt/tū qz nō iplent duplā atq; diapaſon. Si diſponas nouē/duodecim/ſexdecim/ſexq̄tertias q̄dē duas habes:duplā vo nequaq̄. deeſt enim ſexquioctaua:ſcilicet decē ⁊ octo ad ſexdecim/ut dupla ad decem ⁊ octo naſcat ad nouē. Neq; libēter geminas cōtinuat ſexquialteras. he nāq; cōtinue duplā ſuperāt ſexq̄octaua. Quod quidē ſi quatuor / ſex nouem deſcripſeris/deprehēdere poteris. Hic enim due ſunt proxime ſexquialtere a quatuor uſq; ad nouem. Nouenarius aūt octonariū/qui duplus eſt ad quatuor/ſexq̄octaua ſuperat portione. Ex hoc apparet potentiā ſexquialtere vo duple dimidio eſſe maiorē. ex quo etiā patet potentiā ſexquitertie tātundē dimidio eſſe minorē:q̄nquidē ex ambabus dupla creat. Superat quidē ſexquitertia a ſexquialtera per octauā vnicā portionē. Ab octo enim ad ſex habes ſexquitertiā: ſed a nouē ad ſex habes ſexquialterā. At vo ad nouē ad octo ſexquioctauā:⁊ hac ipſa ſexquioctaua parte cōprehēdis ſexq̄tertiā a ſexq̄altera ſuperi. Heminiſe vo oportet diateſſaron:ideſt cōparationē ſonoꝝ quatuor ad quartā altitudinē aſcēdentiū per ſe quidem auditā nō approbari:recipi tñ ex eo libenter qz facile tono addito fit diapente gratiſſima uocis quinte cōcordia. Itē qz ſi cū diapente cōnectit/diapaſon cōficit oium perfectiſſimā. Neq; vo turbare quenq̄ debet:qō cū dixerimus diateſſaron quidez q̄uor:diapēte vo quinque ſonos hēre:tū diapaſon ex utriſq; cōpoſitā ſonos non plures dicam? habere q̄ octo. Nā ubi de cōpoſitis agimus cōſonātijs ita in quatricordijs inuicē cōiugatis fides ipſas diſponimus/ſonoſq; cōtinuamus:ut ultim? prime cōſonantie ſonus/ſit primus ſecūde in ipſa cōpoſitione ſequentis. Hinc ergo res admonet / ut ad ſeptichordium trepādri regrediamur:in quo q̄rta chorda bis pulſat / ut quodammodo euadat octochordiū. Quā quidē cōiugationē propterea ſecutus/ut arbitror/eſt trepāder:qz multiplicatio uocū manifeſte inter ſe diſcrepātiū ad ſonū uſq; ſeptimum auget. Octauus aūt tā mira quadā ſimilitudine redit ad primū/quēadmodū ⁊ ratio dupla per quā creatur/reſtituit minorē quē ſuperat numerū: dū eūdez excedit eodem. Nonus reuertit ad ſecūdū:⁊ diſſonat ut ſecūdus. Decimus ad tertium:⁊ conſonat ſicut tertius. Undecimus ad quartū. Duodecim? ad quintū. Ad ſextū tertiuſdecimus. Sed quartuſdecimus redit ad ſeptimū. Deniq; quintuſdecimus ad octauū:⁊ cū octauo ſimul ad ꝑmū. Primū vo graueſſimūq; ſonū hypaten noiant. Sequentez/parhypathen. Tertiū/lycanon. Quartū/meſen. Quintuꝫ parameſen. Quintū parameſen aut triten. Sextuꝫ paranetē. Septimū vo/netē. Preterea ſi in q̄libet motuq; diuturno cōparatio fiat. hypaten cuꝫ ſaturno/ſequēteſq; ſequētibus planetis ordine ꝓferem?. Sinautē in motu diurno eiuſq; celeritate uel tarditate viciſſim hypaten cū luna:ſequēteſq; deinceps cuꝫ planetis ſuperioribus cōparabimus: Inueniemuſq; graues in celo ſonos mixtos acutis:eoſdēq; orbes altero quidē motu acutū tonuꝫ edere:altero vo graue. Itē ex ingentibus globis ingētes:ex diuinis diuinos:ex multiplicibus reuolutionibus pari rōne multiplices. Et quēadmodū ultra ſeptimū ſonū reuolutio fit in idē:ſic ſup planetarū ſeptē diſtinctos orbes:oīa reuolui in vnū orbez:in ſeipſo eiuſmodi ſeptēnariū mirabiliter cōplectentē. Sꝫ de ijs alias. Redeamus ad conſonātias:eaſq; iā fine quo dā proprio cōcludamus. Me quidē tres apud ueteres numerant. Prima diatonica:in qua quodlibet quadrichordū per hemitonium minus procedit:⁊ tonū atq; tonū:quā tū ſapientes alij tuꝫ Plato uel maxime añ alias cōprobāt:tanq̄ maxime oiuꝫ naturalē / q̄nquidē ab hemitonio minore quaſi molli materia ritu nature ꝓcedit ad ualidiorē toni materiā formāq; hēt ſimplicē ⁊ manſuetā ſimul atq; robuſtā. Adde qō potiſſimū cōuenit quadrichordo: in quo diateſſaron ex geminis tonis ⁊ hemitonio procreat. Secūda conſonantia/cromatica nūcupat: que per hemitoniū minus atq; hemitoniū maiꝰ ⁊ triemitoniū/diſcurrere conſueuit. Sꝫ hāc utpote molliorē philoſophi reprobāt. Tertia noiatur harmonica/progrediēs per quartā ferme toni partē / rurſuſq; per quartā ſimilē atq; vitonū. Hāc quoq; nō probant

q̄dē seruit⁹ amicitiā.i. ⁊ beniuolētiā populi erga p̄n cipē ⁊ charitatē erga patriā e medio tollit/adeo ut leui de causa uel p̄inceps uel patria pereat. Liber tas ꝺo nimia lasciuiā p̄imo parit/deinde cōtēptuz legū/post hec frequētes seditiones ⁊ extremaz de niq; seruitutē. Nemo ꝺo miret Platonē ⁊ hic ⁊ se pe alibi ludos siue potius studia musice magnifice re.quasi ad pmutādos in utrāq; partē mozes tam publice q̄ p̄uatim possint q̄ plurimū. Nā ea tēpe state ⁊ familiare oīb⁹ ⁊ palā frequētissimū erat eius modi studiū. qō aūt ab oīb⁹ fit atq; cōtinue nō mi nozem ferme in aīum vim habet q̄ aer in cozpus. Preterea que apud medicos parū cautos habent leuia/apud Platonē obseruātissimū humani gene ris medicū haud ꝓtēnēda cēsentur. Descendit post hec ad supiozē epiloguz. In quo epilogo posset ꝺs piā clausulā illā. si ꝺo quicq̄ ⁊ que sequunt ita fozsi tan legere. An ꝺo q̄cq̄ conferimus nec ne: Quis redarguet: Cuz inter nos omnia dicta fuerint. Sz ista tu videris.

¶ Tertius de legibus.

Principium ciuilis vite.

Hec quidē ita se habeāt. Ciuilis autē discipline initium qō nam fuisse dice mus: An nō hinc facilime ip̄m quis optimeq; inspiciet: CLI: Unde naz: ATHE: Unde ciuitatū quoq; incre mētū ⁊ ad virtutē ⁊ ad vitiū licet in spicere. CLI: Unde dicis: ATHE: Reoz eq̄dez a lō gitudine infinitateq; tp̄is/rerūq; in eo mutatiōib⁹. CLI: Quo pacto id ais: ATHE: Age dic si habes ex quo urbes ciuilesq; hoiuz institutiones cepunt/ quanta tp̄is p̄cesserit multitudo. CLI: Nequaq̄ id facile. ATHE: Inexplebile utiq; hoc ⁊ impossibi le cogitatu. CLI: Sic est oino. ATHE: Nōne innu mere in hoc tpe cōdite sunt ciuitates: Totidēq; de structe: que omni ciuilis vite cōditione passim use sint. Factaq; modo e minozibus/mō minozes e ma iozib⁹/peiozes quoq; ex meliozib⁹ ⁊ cōtra ex peio rib⁹ meliozes: CLI: Necessariū id q̄dē est. ATHE NI: Hui⁹ igit mutationis causam excogitem⁹ si pos sum⁹. Fortassis enim p̄imā vite ciuilis causam mu tationemq; nobis ostendet. CLI: Probe loqueris. Quare ⁊ te oportet q̄d hac de re sentias diligēter exponere: ⁊ nos attēte auscultare: ATHE: Nū igi tur p̄isci sermonis vitatē aliquā hēre vident: CLI NI: Qui nā: ATHE: Multos videlicet hoiuz ite rit⁹ ex diluuiis morbis alīsq; pestib⁹ olim accidisse ex q̄b⁹ pauci hoies supstites fuerint. CLI: Valde id cuiq; visile. ATHE: Age iā de multis vnuz hoc exi tiū qō illuuione factū est p̄spiciam⁹. CLI: Quid in hoc cogitare nos iubes: ATHE: Nēpe eos qui cla dē tūc euaserūt/mōtanos quosdā ⁊ pastores fuisse in mōtiū cacumin⁹ pauca semina ad ppagādū ge nus hoiuz p̄seruata. CLI: Patet. ATH: Atq; neces se est eos ⁊ aliarū artiū fuisse exptes/⁊ auaritie p̄tē tionisq; studia iter ciues/ceteraq; aduersus alios astutias ignozasse. CLI: Cōsētaneū id q̄dē. ATHE NI: Ponam⁹ etiā cāpestres ⁊ maritimas urbes su bito illo tpe pīsse. CLI: Ponam⁹. ATHE: Instru mēta igit oia ⁊ quecūq; artiū siue ad disciplinaz ci uilē siue ad facultatē aliā ptinētiū/extabāt inuēta/ꝓci disse illis tp̄ib⁹ asserem⁹. Quō enī o vir optime si hec in sempiternū ita se ut modo hīnt ia pmāsissent/nouuz q̄cq̄ alicui eēt iuētū: CLI: Nēpe q; inumerabilis que dā multitudo annoz ignozabat ab illis. Mille autez anni uel duo milia ex quo q̄cq̄ dicebat inuētū partim dedalo partim ozpheo partim palamedi patebāt. Si cut que ad musicā ptinēt/marsye ⁊ olympo: que ad ly raz/amphioni attribuunt: aliaq; alīs multa/ut ita di cā/heri ⁊ nudiusterti⁹ adinuēta. ATHE: Uides ne cli nia p̄termissū abs te eē amicū: qui uere heri fuit: CLI NI: An epimenidē dicis: ATH: Hūc eq̄dē. Lōge enīz hic in nouarū rerū excogitatiōe oīb⁹ apud uos excel luit o amice. Qō sane vbis olim hesiodus diuinauit: re aūt epimenides ipse p̄fecit ut uos asseritis. CLI: As serimus plane. ATHE: Ex ea utiq; deuastatione ma gnā terribilēq; humanis in reb⁹ desolatiōnē accidisse tūc arbitramur. Fertiliū agroz magnitudinē desertā: ceteriq; aialib⁹ corrupris vix boum caprarūq; gen⁹ ⁊ illud q̄dē rarū relictū fuisse: q̄b⁹ pascēdis tūc hoies nitā agebāt. CLI: Cui dubiū: ATHE: Ciuitatis vo ⁊ disciplīne ciuilis ⁊ legū de q̄b⁹ p̄ns a nobis sermo ha bet/nunq̄d memoriā q̄dē ullā/ut ita loquar/fuisse pu tamus: CLI: Nullā p̄sus. ATHE: An nō ex illis ita dispositis nobis hac oia puenerunt: ciuitates disciplī neq; ciuiles/artes/leges / ⁊ vitioz atq; virtutis non parua copia. CLI: Quo pacto id ais: ATHE: Nun quid arbitramur o vir mirifice eos hoies/cū multoz que inter ciues honesta hīntur uel turpia ignari eēnt / summos uel in virtute uł in vitio extitisse: CLI: Pro be dixisti: ⁊ qōuis itelligimus. ATHE: Lpe igit pgre diēte ac genere hoium multiplicato/ad eū quē nūc vi dem⁹ habitū/puecta oia sunt. CLI: Recte admoduz. ATH: Neq; tū subito ut visile est/sz paulatiz lōgoq; in tpe. CLI: Valde sic decet. ATHE: In cāpos enim ex cacuminib⁹ mōtiū recēs fozmido descēdere phibe bat. CLI: Certe. ATHE: Nōne ⁊ ꝓpter paucitatez il lis tp̄ib⁹ mutuo iter se aspectu cōgratulabant: p̄sertim cū neq; terra neq; mari trāsit⁹ ad alios facilis fuerit/ oībus ferme ad trāsitū istrumētis deletis vna cū arti bus. Quapropter iuicez p̄uenire nō poterāt. Ferrum nāq; ⁊ es ⁊ metalla oia cōfusa pierāt: ut inueniri ⁊ in lucē erui nō posset: vñ ⁊ lignoz fabri nō erāt. Nā ⁊ si aliqō istrumētū/relictū q̄q; in mōtib⁹ supfuerit/cito tñ p̄tritū euanuit/nec alia fieri poterāt/anteq̄ ars me tallica hoib⁹ iterū iueniret. CLI: Quo enim pacto ali ter fieri potuisset: ATHE: Quot aūt gnātionibus po stea id factum esse putamus: CLI: Prosecto multis. ATHE: Igit artes quecūq; ferro utuntur ⁊ ere cete risq; huiusce modi oīb⁹ eodē tpe/imo etiaz maioze ig rātie tenebris obsite ignozabant. CLI: Certum id est. ATHE: Quietiā neq; seditio illo tpe neq; bellū erat CLI: Qua rōne: ATHE: Primo qō ꝓpter desolatio nē ardēti se iuicē beniuolētia cōplectebatur. Deide qō cib⁹ bellū nō p̄citabat. Pascuoz eni nulla erat iopia/ nisi forte q̄busdā paucis ab initio. Pascuis aūt pluri mū illis tp̄ib⁹ vitā agebāt. Lactis ite ⁊ carnium copia nō deerat. Ac uenatio facile alimēta nec illa q̄dē mala suppeditabat. Uestit⁹ p̄terea stramētoz/hitacloz ua sculoz q̄q; tā igneoz q̄ nō igneoz copiā hēbāt. Artes q̄ppe fingēdi atq; texēdi ferro nō idigēt: q̄bus hec oia dei nutu cōsequmur: ut siqñ hoies in talē calamitatem

Dedalus Orpheus palamedes Amphion Heri et nudiustertius Epimenides

decíderit: ꝓpagari gen⁹ humanū possint. Hac de causa nō ualde inopes erāt: neq; inopia cōpellebātur ad bella. Diuites etiā fieri minime poterāt: cum neq; aurum neq; argētū haberēt. In quocūq; ẏo hoiuz cetu nec inopia neq; diuitie sunt: huic iustissimi mores aderunt. Neq; enim ibi cōtumelia neq; iniuria/locuz haber. Emulatio quoq; z inuidia ꝓcul abest. His igit de causis boni erāt: ac maxime ꝓpter simplicitatē. Que cūq; eniz audiebāt honesta esse uel turpia/ꝓpter simplicitatē credētes esse uera monitis obtemperabant. Nec ullus ꝓpter sapiētie opinionem/ut modo fit/de mēdacio suspicabat: sed que de dīs z hoib⁹ dicebant uera putātes/dete ad hec vitā suā instituebāt. Quāob rem tales erāt oīno/quales paulo ante narrauimus. CLI: Ego dē z iste tibi in his ꝓsentim⁹. ATHE: Dixim⁹ porro generationes multas ita viuētes/tam illis qui añ diluiū fuerūt q̄ hodiernis hoib⁹ minorem peritiā habuisse cū ceterarū artiū tum bellicarū/que uel terra uel mari hodie exercent. Judicioz quoq; z seditionū que in ciuitate z ẏbis z opibus sedulo cōtendūt ad iniuriā alīs inferēdā. Simpliciores aūt fuisse z fortiores/ac simul modestiores/z in oib⁹ iustiores. Horz ẏo causam iam diximus. CLI: Recte loqueris. ATHE: Dicta igit ita hec nobis sint: z que sequūtur/iccirco exponant oīa/ut intelligam⁹/cur illis op⁹ legibus fuerit: z qs leges eis cōdiderit. CLI: Probe dixisti. ATHE: An igit illi nec legū latoribus idigebāt/neq; dum illis tpib⁹ id fieri cōsueuerat. Litteras enim nōdū habebāt/illius tpis hoies: sed cōsuetudinē z mores maiorz sequētes viuebāt. CLI: Verisimile est: Sz ciuilis disciplīne quis modus fuit. ATHE: Hic. CLINI: Quis. ATHE: Dēs mihi vident disciplinā viuendi ciuilē illius tpis/impium appellare: qō etiam nunc multis in locis z apud grecos z apō barbaros viget: qō dē in habitatione ciclopū extitisse ita testat Homerus. His cōsiliarie nulle sunt cōciones: neq; rostra iudiciorz. Sed in altis mōtib⁹ caua antra inhabitant: spretisq; publicis priuatim quicq; uxorib⁹ filīsq; dant iura. CLI: Jocūdus hic poeta uobis fuisse videt. Atq; z alia nōnulla ipsius ꝓcurrimus ualde illa dēz urbana: non multa tñ. Nos dppe cretēses alieno poemate parū utimur. ME: Nos aūt utimur. Uideturq; nobis poetas huiusmodi supasse: q̄uis non laconicā/sz ioni cā vitā potius ubiq; doceat. Bene aūt modo ẏbis tuis attestari videt: cum antiqtatē hoiuz per fabulas ad siluestrē viuēdi modū reduxerit. ATHE: Attestat nimirū. Quapropter testimonio illius inducti credam⁹ gubernatiōes huiusmodi aliquādo fieri. ME: Recte. ATHE: Nōne gubernationes he fiūt ex hoibus ipis qui per habitationes singulas singulaq; genera ꝓpter egestatē ex uastationib⁹ factā dispsi viuūt: in qb⁹ sem per antiqor dñat; ex eo qō ꝓncipiū ex patre matreq; sumpserūt: quos dē quasi aues secuti gregē vnū cōficiūt/patris uolūtate/pro lege utētes/z regno oīum iustissime gubernati. ME: Ita ꝓsus. ATHE: Postea ẏo coīter pluresq; cōfluētes maiores ciuitates cōstituunt: atq; ad agriculturas primū in mōtiū radicib⁹ cōuersi macerioso ambit⁹ quasi muros urbiū ferarum causa cōdūt: Una domū amplam cōmunēq; cōdētes. ME: Verisimile id quidē videt. ATHE: Quid autem hoc: nōne etiā ẏsimile: ME: Quid nā: ATHE: Cum habitationes iste maiores e minoribus primisq; sunt facte/ꝓueniens est adesse paruarū singulas generatim/hñtes sigillatiz seniores principes ꝓpriosq; mores: ex eo qō seorsuz vixerint z iccirco alios ab aliis parētib⁹ educatoribusq; mores suscepint/quib⁹ assueti sunt singuli ad deos colēdos seq; ipos curādos: modestiores dē a modestis/a fortibus fortiores: z in ceteris oīb⁹ ꝓut singuli filios aut nepotes erudierūt: quoz rit⁹ quasi leges ꝓprias ad maiorē habitationē ferūt. ME: Quid ꝓhibet: ATHE: Atq; necesse est leges suas cuiq; in primis placere. Alioruz ẏo leges loco secūdo. ME: Ita est. ATHE: Sz videmur iam in ipsam quasi legū lationē clā icidisse: ME: Utiq;. ATHE: Post hec necesse est/ut qui ꝓueniūt/aliquos ex seipsis coīter eligāt/qui oiuz instituta nouerint: z que maxime ex his ꝓbauerint/ad cōes quosdā populi duces quasi reges deferāt: Earum ẏo legū que cōprobate fuerint/ipsi latores noiabunt: cōstituētesq; optimatū gubernationē ex impīs aut regnū aliqō/in hac ciuilis disciplīne mutatione ꝓuiuēr. ME: Ita certe cōueniēti successione ꝓtinget. ATHE: Tertiā itaq; disciplīne ciuilis figurā tā dicam⁹: in qua spēs oēs z affect⁹ rerū. p. z ciuitatū repiunt. ME: Que nā ista est: ATHE: Ea certe est/quā homer⁹ post scōaz tertio factā ita significauit. Bardaniā ẏo tūc terrā ille edificauit: Nōdū eniz sacra illi menia erecta in cāpis stabant: multarū gētiū ciuitas. Sz ad radices mōtis ide fontiflue bitabāt. Profecto carmina hec z supiora illa de ciclopib⁹ diuinit⁹ z ꝑm nām ipsaz ꝓscripta sūt. Diuinū eniz poetarū gen⁹ est: dīs agit/z sacros ꝓcinnit hymnos. Uñ uera passim cū musis atq; gratīs tangere solēt. ME: Sūmope. ATHE: Prestātē igit fabulā ꝓsequamur. Forte eniz aliqd ex ea patebit ex his que uolum⁹. An nō sic oportet: ME: Sic ꝓrsus. ATHE: Cōditum igit ex altioribus in magno pulchroq; cāpo iliū accepim⁹/in colle quodā non alto quo multi desup ex ida fluuū defluebant. ME: Sic traditū est. ATHE: An nō lōgo post diluiū tpe id factū putam⁹: ME: Quis non ita putarit. ATHENI: Magna igit eos deuastationis illi⁹ cepisse videt oblīuio: qñ iuxta multos fluuios: z ab altioribus locis fluētes urbē cōdiderūt: seq; ipsos collib⁹ exiguis credidere. Uñ ꝓspicuū est multis seculis eos post illuuiōis uastitatē fuisse. Alie ꝓterea multe urbes iā tūc lōgi⁹ ꝓpagato genere hoīum colebātur. ME: Quid ni: ATHE: Que. s. z aduersus ilion militarūt. Atq; per mare/forsan q̄si iā oēs eo itrepide uterent: ME: Appet. ATHE: Decennio aūt achiui troiā oppugnātes euerterūt. ME: Plane. ATHENI: In eo igit decēnio quo troia obsidebat/multa mala domi obsidētib⁹ achiuis ꝓpter seditiones inuenū acciderūt: qui nec honeste nec iuste in sua redeūtes milites recepe. sz ita ut multi morte/multi exilio afficerent. Qui rursus expulsi deducti sunt: dori pro achiuis mutato noie appellati: ꝓpter doricū quēdā a quo exules ꝓgregati z restituti fuerūt Atq; hec omnia uos o lacedemoniī hinc enarratis ME: Proculdubio. ATHE: Cuz sermo nobis de legibus institutus esset/in disputationē de musica z ebrietate digressi sumus. Nunc tandem quasi diuinitus ad idem nobis oratio reuoluta est: nobisq; quodāmodo ansas prebuit. Ad eam enim ciuilem

disciplinā

disciplinã delapsa est/quam ꝛ in lacedemonia ꝛ in creta recte quasi fraternis legib⁹ institutã asseritis. Tãtũ vo ex hac orationis digressione lucrati sum⁹ ut oũ per disciplinas ciuiles urbiũq; habitationes trãsueheremur/primã ꝛ secundã ꝛ tertiã ciuitatez perspexerim⁹/alterã ab altera in tractu quodã lõgissimo tpis/ut nostra fert opinio/depẽdentẽ. Nũc vo quarta hec nobis ciuitas venit / aut si vultis q̃r tuz hoc hoium genus/qõ ꝛ qñq; alicubi habitabit ꝛ nũc iã habitat. Ex quibus oibus si intelligere poterimus/quid bñ uel cõtra in habitatione sit instituti/ꝛ que nã leges ipsoꝝ cõseruãt ea que cõseruãtur/ꝛ que corrupta corrũpũt/ꝛ qualis institutionũ ciuiliũ cõmutatio/beatã o megille ꝛ clinia efficit ciuitatẽ/satis nobis factũ putabim⁹: hec oia inq̃ rursus tanq̃ ab initio nobis tractãda sũt/nisi forte aliquo pacto que dicta sũt/respuam⁹. ME: Sicq nobis hospes deus polliceret/qõ si disputationez rursus delatione legũ aggrederemur/neq; pauciora/neq; peiora his que dicta sunt/audirem⁹/lõgũ ipse hac de causa iter facerẽ: ꝛ breuis mihi hec dies videret q̃uis ab estiuali solstitio ad hiemalia de⁹ mõ vtat. ATHE: Cõsideranda igit ista vident. ME: Maxime. ATHE: Illa deniq; tẽpora cogitatione cõplectamur/in quib⁹ lacedemon/argi/messeneq; ꝛ eis piuncta oia maioribus uestris megille subiecta fuerunt. Tũc enim illud fabule ipsis/ut dicit/placuit: ut tripartito exercitu diuiso/urbes tres hibitarẽt argos/messenem/lacedemonem. ME: Sic factum. ATHE: Et argoꝝ quidẽ rex Temenus factus est. Messene vo cresphontes. Lacedemonis aũt eurysthenes simul atq; patrocles. MEGIL: Sic utiq;. ATHE: Jurarũt itez oẽs se illi repugnaturos/qui cuiuspiã regnũ deuastare aggrederet. ME: Plane. ATHE: Dic vo per iouẽ nunqd regnũ uel pncipatus aliquis deponat/uel depositus q̃q; ab alio sit q̃ a seipsis: An paulo añ cũ in hũc sermonẽ incidemus/id ita esse putabam⁹. nũc aũt obliti oino sumus: ME: Minime. ATHE: Nõne idẽ magis nũc cõfirmabim⁹: ab historia eniz rerũ gestarũ/in quã incidim⁹/ ad hoc affirmãdũ admonemur. Quare nõ circa uanũ aliquid/orationẽ reuoluemus/cũ rẽ gestã ac uerã dicam⁹. Facta vo hec sũt. Tria regna ꝛ tres gubernate regno ciuitates legib⁹ cõmuniter de iperãdo parẽdoq; positis iurarũt inuicẽ: reges quidẽ ne genere ac tpe progrediẽte violẽtius regnarent: populi aũt si reges iusiurãdũ cõseruarent: ne vnq̃ regno deponerẽt: immo vo defenderẽt siquis vnq̃ aggrederet. Reges quoq; regibus ꝛ populis: atq; etiã populi populis ꝛ regibus se mutuo ppulsaturos illatas iniurias cõiurarũt. Nonne ita: MEGIL: Ita prorsus. ATHE: Qd aũt in cõstituenda disciplina ciuili maximuz est/id siue reges siue alĩ leges tulerint / tribus illis ciuitatibus adfuit. MEGIL: Quid illud: ATHE: Ut oue simul cõtra vnã surgerẽt que positas leges trãsgredieret. ME: Manifestũ id quidẽ. ATHE: Illud etiã legis latoribus multi precipiũt/ut leges huiusmodi ferãt: q̃les multitudo ꝛ populus libẽter suscipiãt: perinde ac siqs gymnasiũ magistris medicisue preciperet ut cuz uoluptate corpora curent: eisq; iocunde medeantur. ME: Sic oino. ATHE: Satis tñ sepi⁹ est/siqs paua cum molestia bonã habitudinẽ ꝛ sanitatez corporibus reddat. ME: Quid ni: ATHE: Hoc preterea ipsis aderat nõ paruũ ad ferendarũ legũ facilitatem. ME: Quid nã: ATHE: Nõ erat illarũ legũ latoribus bonoꝝ equalitatẽ efficiẽtib⁹ maxima illa difficultas que cõueniẽtibus in vnã legẽ ciuitatibus multis solet accidere: si agroꝝ querãt possessionem turbare/ꝛ nouas tabulas introducere: quoniã videãt nõ satis posse absq; his equalitatẽ fieri. Nã aduersus eũ qui mouere ex his aliqd tẽtat/oẽs reclamãt/ne moueat non mouẽda. Agros quippe diuidẽti ꝛ nouas tabulas introducẽti aperte oẽs maledicũt: ut dsq; quo se uertat ignoret. Boris aũt hec difficultas turbatioq; nõ fuit. Nã agros abũde sine controuersia possidebãt: debitaq; ipis eris alieni prisca ꝛ magna nõ erãt. ME: Vera narras. ATHE: Quo nã igit optimi viri ita male cõstitutio illa ꝛ legis latio ipsis abiuit: ME: Quo id pacto: Quidue culpas: ATHE: Quod ex trib⁹ ciuitatũ cõstitutionibus/due cito ꝛ disciplinam ciuilez ꝛ leges perdiderunt: ꝛ uestra ciuitas vna relicta est. ME: Haud facile est/qõ iterrogas. ATHE: Atq; op⁹ est ut id modo psiderãtes / disseręteseq; de legib⁹ senili quodã modestoq; ioco/iter hoc quẽadmodũ a pncipio diximus sine molestia cõficiam⁹. ME: Procul dubio faciẽdũ est/ut dicis. ATHE: An igit pulchrio rẽ de legibus cõsiderationẽ habere possumus / q̃ de his legibus que ciuitates huiusmodi exornarũt: aut etiã ciuitates ullas institutioneseq; honestiores ac maiores his cogitare: ME: Nõ facile dspiã his alias añ ponat. ATHE: Nemo aũt ambiget quin illi ita pciuncti nõ peloponẽssum tantũ uerũetiã vniuersã greciã/ si barbarus quispiã iniurtã intẽtaret defendere posse crediderint: troianoꝝ exẽplo cõmonit⁹ qui assyrioꝝ potẽtia freti que a nino traxit originẽ/bellũ contra se cõcitarũt. Erat enim adhuc principatus illius nõ ptẽnenda potẽtia. Quare quẽadmodũ nũc regẽ nos magnũ formidamus/ita gentiũ illarũ cõspiratiũ in vnuz potẽtiã tũc oẽs expauescebãt. Magnã vo aduersus eos criminationẽ secũda troie euersio prebuit. Assyrioꝝ enim principatus particula quedã/troie potentia fuit. Aduersus igit eã potentiã in tres diuisus ciuitates exercitus a fratrib⁹/herculis filiis tũc regnantibus optime atq; ornatissime factus videbat: ꝛ multo melius instructus/q̃ qui troiã obsedit. Primũ enim herculidas excellẽtiores pncipes q̃ pelopidas habere arbitrabant. Deinde hũc exercitũ illi qui troiã pepẽrit/virtute pstare. Nos enim vicisse: illos ab istis fuisse superatos/a doris achiuos. Nõne sic illos cogitasse: istaq; de causa sic se pparasse credim⁹: ME: Oino. ATHE: Verisimile igit illos firmã quoq; cõstitutionẽ hãc suã fore putasse/longũq; tps duraturã/presertim qz multa pericula ꝛ labores vna subierũt: ꝛ a fratribus regib⁹ gubernabant. Necnõ multis usi fuerãt uatib⁹/tũ aliis tũ apolline delphico. ME: Verisimile admodũ. ATHE: Hec vo que maxima fore existimabant/breui tũc ut videt euanuerũt: preter paruam ut modo diximus partem/que uestrã habitat regionez. Hec vo nunq̃ ad hũc usq; diẽ a bello ptra duas partes susceptо cessauit. Nã si facta tũc cõstitutio pcoris mãsisset: inuicta profecto in bello fuisset. ME: Cur nõ: ATHE: Quomõ igit ꝛ qua rõne dissoluta est: Nonne cõsideratione dignũ est: que nam fortuna tantã ac

nõ monẽda monet

talē cōstitutionē euertit? ME: Nunq̄ profecto aliud considerans quispiā/uel leges uel res publicas alias intelligere poterit: quib⁹ pulchre magneq̄ res seruē tur/uel cōtra perdant/si ista neglexerit. ATHE: Feli riter ergo insufficientē hāc cōsiderationē incidisse vi demur. ME: Sūmope. ATHE: Nunqd ergo noster nos oēs latet error ꝛ in pñtia maxime/duꝫ putamus singularē quādā perspicere rē/quā mirabiles sequen tur euētus/siquis bñ illa uti modo debito nō ignora bit. Nos aūt modo neq̄ recte forsan neq̄ ſm naturā de hoc ipso sentimus. Et alij oēs in oibus errant/de quibus similiter cogitāt. ME: Quid ais? Et qua de re istud maxime dicis. ATHE: Ipse me o bone vir nūc certe deriſi. Cū enim illū exercituꝫ de quo modo ser mo habitus est/cōsiderassem/egregius profecto atq̄ mirandus mihi visus est/ꝛ preclara quedā facinora grecis gesturus/sicq̄ tūc ipso bñ usus fuisset. ME: An nō prudēter ꝛ tu cūcta dixisti? ꝛ nos probe laudaui mus? ATHE: Fortasse/puto tñ oēs qui magnū aliqd ꝛ ingēti potētia p̄ditū viderint/statiꝫ sic affici/ut opi nentur/si sciret qui ipsum possidet tanta re taliq̄ uti/ multis p̄clariſq̄ inde reb⁹ gestis felicē fore. ME: Nō ne ꝛ hoc rectū? uel quomodo dicis? ATHE: Cōsidē ra iā quoꝫ respiciēs qui sic laudat singula recte di cat. Ac primū de quo dicebam⁹ quo pacto si recte sci uissent exercitū ordinare/qui tūc preſuerūt/feliciter usi occasione fuissent? nōne si tutiorē illo tpe cōstituiſ sent/semp seruassent? ita ut ꝛ ipsi liberi eēnt/ꝛ alios quos uellēt/subiugarēt? atq̄ oīno ꝛ ipsi ꝛ eoꝝ poste ri tā apud grecos q̄ apud barbaros/quicqd cuperēt cōsequerent? An nō omnia huius gratia cupiebant? ME: Immo etiā ualde. ATHE: Quicūq̄ igit cū diui tias ꝑgētes pspexerit: aut honores generis excellētes: aut aliquid eiusmodi/eadē ipsa dixerit/ad hoc respi ciens dicet: quasi per hoc ipsi futura sint oia que desi derat/uel plurima atq̄ potissima. ME: Ita videtur. ATHE: Una certe oium horuꝫ cōmunis quedā cupi ditas est: quā pñs sermo significauit. ME: Que nam? ATHE: Ut ſm animi sui desideriū oia/uel saltez hu mana gerant. ME: Cui dubiū? ATH: Qñ oēs semp hoc uolumus/ꝛ in pueritia ꝛ adulta etate ꝛ senio se dulo id proculdubio habere precamur. ME: Utiq̄? ATHE: Amicis etiā hec p̄camur que ipsi quoq̄ sibi precarent? ME: Et hoc. ATHE: Amicus aūt filiꝰ pa tri/cū puer sit/viro. ME: Profecto. ATHE: Atqd eo rū que puer ꝓtingere sibi precat/multa pater/ne acci dāt/deprecat. ME: An id fieri dicis/qñ iuuenis est ꝛ amēs filius qui precatur? ATHE: Immo etiaꝫ qñ pa ter siue senex siue admodū iuuenis cū nec honestoꝝ neq̄ iustoꝝ quicq̄ cognoscat/sic affectus ut theseus ad infelicē hippolytū impēsius imprecat/filius aūt co gnoscit: putas ne tunc filiū cū patre eadē oraturum? ME: Intelligo qđ dicis: Dicere enim mihi videris/nō esse p̄cādū conādūq̄ ut uolūtatē nostrā cūcta sequā tur/sz ut prudētiā nostrā uolūtas. Idq̄ tā ciuitati q̄ singulis/precib⁹ petēdū/studēdūq̄/ut mētē habeāt. ATHE: Idq̄ ꝑsus inq̄: Quinetiā qđ ciuilis vir le gūq̄ latoꝛ ad hec semp respiciēs/leges ferre debēt/ꝛ ipse recordatus sum/ꝛ uos nūc recordari uolo. Nē pe uos in disputationis principio dicebatis/probum legū latorē ad bellū oia referre debere. Ego aūt dice bā ad vnā solūmodo virtutē cū tñ sint quatuor/id re spicē: respiciēdūq̄ nō ad vnā tātū sed oēs: maxime vo ad primaz: que ꝛ ceterarū oium dux est. hec vo prudētia est/ꝛ intellectus/ꝛ opinio/vna cū amore ꝛ cupiditate ista sequēte. Eodē iā oratio nostra re uertit. Et ego qui tūc ea dicebā/eadē nūc etiā dico siue ioco vultis: siue serio. Assero equidē nō esse tu tū/uoto uti ꝛ ad uotū cōsequi/si mentē nō habeas sed ꝺia eoꝝ euenire que petis satius esse. Si serio dicta hec existimare vultis existimate. Spero eniꝫ nūc uobis persuadere qđ paulo añ proposuimus/ perditionis regū/totiusq̄ ꝓstitutionis illius dissol uende causaz nō timiditatē fuisse: nec rei militaris ignorātiā seu principū siue subditoꝝ: sz vniuersam reliquā prauitatē ꝛ p̄sertim circa humanarū rerū maximaz ignorātiam. Qđ hec tūc ita cōtigerint/ꝛ nūc sicubi fiāt/aut futura qñq̄ sint/nō aliter eueni ant/si vultis conabor: ut ratio deinceps ostēdet ad inueniré: nobisq̄ tanq̄ amicis/pro viribꝰ explana re. CLI: Verbis te hospes laudare molestū. Re aūt ualde laudabimus. Libēter enim tua dicta suscipie mus: qua in re/liberalis quedā laus est/que nō ma xime patet. ATHE: Optime tu quidē clinia. Qua re qđ ais efficiamus? CLI: Erit ita si deus uoluerit Tu modo dic. ATHE: Censem⁹ ergo/per sequētē disputationis huius viā deinceps ꝑgredientes/ ma xima tūc ignorātia potentiā illā fuisse perditā: simi lesq̄ rerū euēt⁹/ꝛ nūc eadē ex causa ꝓficisci. Qua propter si hoc ita se habet/legis latoꝛ conari debet prudētiā quoad fieri pōt ciuibus dare: ignorantiaz q̄ maxime auferre. CLI: Manifestum id quidem. ATHE: Que nā igit maxima iscitia iure dicetur? Cōsiderate si mihi assentimini. Ego enim hāc cen seo. CLI: Quā? ATHE: Qñ aliquis qđ honestū si bi aut bonū videt/nō amet/sz oderit. qđ aūt malū atq̄ iniustū/id diligat atq̄ amplectat: hāc uolupta tis doloriſq̄ dissēsionē aduersus eā que rōnē sequi opinionē/extremā esse inscitiā assero: quā etiā maximā dico/qꝛ in multitudine animi est: Qđ eniꝫ in eo doloribus uoluptatibusq̄ mancipatū est/quasi plebs ciuitatis est atq̄ multitudo. Qñ igit scie/uel opinioni uel rōni que natura oñant/aius aduersa tur/hoc ego ignorātiā appello: ꝛ ciuitatis q̄dez/qñ principib⁹ legibusq̄ multitudo non paret: ꝛ vnius etiaz viri/qñ licet bone in aio rōnes sint/nihilo tñ magis ſm ipsas agit: sed cōtra oia peragunt. Has equidē ignorātias pernitiosissimas esse assero ciui tatis cuiuslibetq̄ ciuis: nō aūt opificū ignorātias: si modo qđ dico hospites intelligitis. CLI: Et intelli gimus o amice hec ꝛ p̄cedim⁹. ATHE: Hoc itaq̄ ratū habeat/qđ ciuib⁹ qui hoc mō ignorant/nihil ad principatū pertinēs cōmittēdū sit. Immo vo ut ignorātes ipsoꝝ tādi/etiā si acutissimi ꝛ disertissimi sint: ꝛ que ad ornamentū ꝛ acumē ingenij spectant cūcta cōplexi. Qui vo ꝓtra affecti sunt sapiētes hñ di/etiā si neq̄ litteras ut dicit nouerit neq̄ natare sciāt: magistratus quoq̄ istis quasi prudētib⁹ com mittēdi. Quomodo enim o amici uel minima pru dētie spēs sine ꝓsensu ꝓsistere poterit? CLI: Nullo modo. ATHE: At vo pulcherrim⁹ maximusq̄ cō sensuū oium: maxima iure sapiētia esse dicet. Cui⁹ quidē particeps sit necesse est qui ſm rōnez viuere debet. Quisquis aūt expers est/ꝛ sue dom⁹ euersor/

ꝛ ciuitatis nunq̄ seruatoꝛ: sed contra oīno ad hec semp ignarꝰ esse videbit. Hec igit/ut paulo ante diximꝰ/ita se hēant. CLI: Ita ꝓrsus. ATHE: Impantes vo ꝛ parentes nōne in ciuitatibus esse debēt ꝛ CLI: Utiq;. ATHE: Esto: rōnes aūt pro dignitate imperādi atq; parēdi/quales sūt/ꝛ quot tā in ciuitatibꝰ magnis ꝛ paruis q̄ priuatim in domibꝰ similiter sunt: Nōne prima dignitatis recta rō erit/ut pater ac mater ꝛ simpliciter genitoꝛes ubiq; natis ꝓerēt: CLI: Maxime. ATHE: Scōa ut ignobilibꝰ generosi. Tertia/ut iuniorib⁹ seniores: CLI: Et hoc. ATHE: Quarta ut dñi seruis. CLI: Procul dubio. ATHE: Quinta ut potētioꝛes dñent: imbeciliores seruiāt. CLI: Principatū modo dixisti ad modū necessariū. ATHE: Immo vo qui plurimꝰ ꝛ fm naturā ut thebanus pindarus ait/in oībꝰ aialibꝰ repit. Maxima vo dignitas sexto collocanda est. qua ignorātes q̄dē seq̄ iubent: prudētes autē ducere atq; dñari. Nō ego q̄dē ꝓperiū o sapiētissime pindare/nō ꝓter naturā: sed fm naturā legis ꝛ spōte susceptū nō violēter/fieri affirmarē. CLI: Pro be dictū. ATHE: Septimū principatū ad sortē aliquā ꝓducamus/eū dei gratia ꝛ felicitate quadā obtingere asserētes ꝛ iustissimū eē ducamꝰ/ut is quē sors delegerit/impet: ille vo quē reppulerit pareat. CLI: Vera narras. ATHE: Bicemꝰ ergo ioco quodā ad aliquē eoꝝ qui facile ferēdarum legū munus aggrediūtur. An vides o legū latoꝛ quot circa imperātes dignitates ꝓsiderant: ꝛ quō iter se opposite sunt: Profecto nūc fontē aliquē seditionū iueniemus: a quo tibi cauēdū est. Primū igit nobiscū diligēter ꝓsidera/q̄d nā ꝛ quō ꝓter hec male agentes agroꝝ messe neq; reges seipos simul ꝛ grecoꝝ potētia que tūc mira erat/euerterūt: Nōne qꝛ rectissime dictū ab hesiodo ignorarūt. Dimidiū nōnunq̄ plus esse q̄ totū. An videlicet totū cōprehēdē nouit est: dimidiū vo moderate se hēt/tūc sane moderatū imoderato plus eē cēsuit: utpote deteriore melius. CLI: Rectissime. ATHE: Utrum regibꝰ hoc pnitiosum ineē priusq̄ plebi credimus: CLI: Probabile est regū maxime hūc morbū esse/qui supbe ꝓpter delitias viuūt. ATHE: Perspicuū igit hoc primū reges eos habuisse: qō plus q̄ posite leges posse uoluerūt: nec in eo cōcorditer pmanserūt: qō uerbis ꝛ iureiurādo laudauerāt. Verū dissēsio/ut nobis videt/que cū maxima ignorātia sit/sapiētia tamē apparet/ea oīa ꝓpter errorē ꝛ amarā inconcinnitatē/euertit. CLI: Videt. ATHE: Quid igit hoc de morbo timētē oportuit legis latorē cauisse: An per deos neq; sapiētie laudē habet nūc huius agnitio/neq; difficile dictu: Siquis autē id tūc preuidisset/ certe his nobis sapientioꝛ extitisset. MEGIL: Quid illud dicis: ATHE: Licet nūc megille qō olim a uobis factuꝫ est aīduertere/atq; inde rē ipam cognoscere: facilliusq; ita qō tūc fieri oportuit/dicere: ME: Dic planius. ATHE: Ita certe aptissimū fiet. ME: Quo nā pacto: ATHE: Siqs minoribus maiorē potētiā neglecta mediocritate prebuerit/uela nauibꝰ/cibū corporibꝰ/animis principatus/oīa puerunt: Nā supra modū elata lasciuiunt ꝛ alia quidē in morbos incidūt: alia in iniurīā elatioris lasciuie filiā. Quid itaq; dicimus: Nōne hoc: Quod nulla est o dilecti viri anime humane natura: que si iunioꝛ sit ꝛ nulli referēde rōnis iure subiecta: possit principatū inter hoīes maximum ita ferre: quin ignorātia morbo extremo mētē occupāte a ꝓximis amicis odiū consequat. Nō ita factū cito ipsum corrūpit: oēsq; vires eius deponit. Hoc autē cauere/mediocritatis ipsius obseruatione/excellētiū legūlatorū opus. Quod igit tūc factū/facile modo ꝓspectu est: hoc esse videt. ME: Quid naz: ATHE: Deus q̄s pia ut arbitroꝛ uestri curā habuit: qui cū futura prescireꝰ/geminā uobis ex vnica regū generationē cōstituit: atq; ita ad mediocritatē magis cōtraxit. Prętera natura quedā humana viribus diuinis cōiuncta tumētē uestrū ꝓspiciēs principatū/moderatas vires eoꝝ qui in iudiciali foro uersant/superbe nobilitatis potētie iūxit/viginti ꝛ octo senū sentētia/in rebꝰ maximis regū potentie adequata. Ad hec tertius seruator affuit: qui luxuriātē adhuc ꝛ fremētem cōsiderās principatū/e phoroꝝ cēsura ꝓxime ad potētiā sorte electā conducta quasi frenū ipsi imisit. Hac igit rōne regnū uestrū/ex quibꝰ decebat cōpositū/ꝛ moderate cōstitutū/ꝛ ipsum q̄dē seruatū est/ꝛ salutis aliorū causa fuit. Alioqn temeno ꝛ cresphōte ceterisq; qui leges eis cōdiderūt/quicūq; fuerint/nec factio quidē ipsa aristodemi seruata esset. Neq; enim satis erāt ferendarū legū periti. Quoniā si fuissent/nunq̄ iuuenilē animū accepto principatu vnde tyrānis fieri poterat/iureiurādo se moderaturos existimassent. Hunc autē deus ostendit/qualē oportebat oporteq; potissimū/constitui principatū. Nō quidē a nobis intelligi postq̄ factū est/ut dixi antea nihil mirū. Nō enim arduū est videre/si exēplo cōmoueris. At siquis id tūc ꝓspexisset/moderariq; principatus ꝛ vnū ex tribus ꝓficere potuisset: magnificas oēs eoꝝ cogitationes/fuasset: nec ꝓsica classis nec alia ulla vnq̄ ꝓtēptis nobis ut nulla re dignis in greciam nauigasset. CLI: Vera narras. ATHE: Turpiter ergo illis repugnarunt o clinia. Turpiter autē dico/nō qꝛ qui tunc terra mariq; vicerūt minus q̄ deceret fortiter in pugnādo se gesserint. Sed turpe illud inq̄ qō vna de tribus illis ciuitatibꝰ pro grecia decertauit. Huc autē ita deprauate fuerūt: ut altera lacedemonē quoq; ne succurreret/ꝓhiberet/nō paruo ipsi bello illato. Altera argiuoꝝ quāuis prima illis distributionis tēporibus in grecia eēt: tamē ad depellēdū barbarū accersita/ nec orantes audire uoluit/neq; defendit. Multa referre possem que ea tēpestate in grecia facta/ut turpia possunt accusari. Neq; qui greciā se defendisse dicūt/uere dicūt. Nisi enim atheniēsium lacedemoniorūq; cōmune cōsiliū atq; potētia iminētē seruitutē ꝓpulisset: ferme iā oīa cōfusa eēnt/ꝛ greca cū grecis inuicē cū grecis ītē barbara: grecaq; cuz barbaris. Quēad modū greca illa que nūc psarū tyrānidi subiecta sūt: sine ordine ullo ꝓfusa sunt inuicē: ac male etiā dissipata. Hec habemꝰ o clinia ꝛ megille: que tam priscis viris ciuilibꝰ legūq; latoribꝰ q̄ iunioribus opponamꝰ: ut causas eoꝝ rimātes/quid ꝓter hec aliud fuerit agēdū inueniamꝰ. Quale est qō nūc expositumꝰ/qō videlicet nō oporteat magnos merosq; principatus cōstituere. Illud semp memoria tenētes qō liberā ciuitatē ꝛ prudentem ꝛ sibiipsi amicam esse oportet. Ad que respiciēdū est illi/qui leges laturus est. Ne miremini

Mediocritas optima

Pindar

Sors

Democritus plus q̄ totum

+ A capite vsq; ad calcem

autē/si sepe tā alia quedā ꝓpoſuim⁹:ad que ſit legū la
tori reſpiciēdū:que quidē nō eadē eſſe atq; hec appa
reāt. Sed meminiſſe oportet/quādo ad tēperātiā uel
prudētiā uel amicitiā reſpiciēdū dicim⁹/nō aliā atq;
aliā/ſed eādē nobis eſſe intētionē:ac ſi multis etiā ali
is huiuſcemodi ꝟbis utemur/ne turbemini. CLI: Co
nabimur ita facere/uerba ordine repetētes. Sed nūc
expone qō dictur⁹ eras:quādo amicitiā/libertatem/
prudentiāq; ſpectare leguz latorem debere dicebas.
ATHE: Audiatis modo. Due gubernationū ciuiliū
quaſi matres quedā ſunt: ex quib⁹ ſiqs alias dixerit
originē ducere/recte utiq; dicet. Quarū alterā ꝓnci
patū uni⁹/alteram populi appellare decet. Alterius
quoq; ſummū tenere pſarū gen⁹ alteri⁹ nos putādū.
Cetere ꝟo ferme oēs hinc / ut dixi/uarie cōponunt.
Neceſſe eſt aūt harū utrarunq; participē foze ciuita
tē:ſi libertas in ea atq; amicitia cū prudētia futura ſit
Dō quidē ratio precipere nobis vult cū dicit/ciuita
tē hoz exptē bñ gubernari nunq; poſſe. CLI: Quo
enim pacto? ATHE: Cū igit altera monarchiā uni⁹
ſcilicet principatū/altera libertatē dūtaxat magis q̄
oportuerit/cōplexa ſit/neutra mediocritatē ſeruitu
tis libertatiſq; ſeruauit. Ueſtre autē/laconica dico ꝛ
cretica/magis. Sed atheniēſes ac perſe/quondā hoc
fere pacto:nūc ꝟo minus. Sed cauſas quoq; dicem⁹
an nō? CLI: Dino:ſi modo qō propoſitū eſt/abſolue
re cupimus. ATHE: Audiam⁹ ergo. Perſe q̄dē quā
do cyri tēpoze ſeruitutis libertatiſq; mediocritatem
magis hēant/primū ipſi liberi fuerūt/deinde multos
alios ſubiecerūt. Nā cū principes ipſi libertatē ſubdi
tis imptirēt/ꝛ rē ad equalitatē magis reducerēt/mili
tes ducib⁹ magis erāt amici:paratoſq; ſe in periculis
exhibebāt. Ac ſiqs iter eos prudētior erat/cōſilioq;
ualebat / cū rerū inuidus nō eēt ſed libere dicendi fa
cultatē oībus daret/honoraretq; conſilū cōpotes/fa
cultatē prudētie cōmunē in mediū deducebat. Cūcta
igit tūc illis/libertate/amicitia/mentiſq; cōmunione
facile reddit. CLI: Uident hec ut dicunt/ita geſta fuiſ
ſe. ATHE: Quo pacto igit cābiſe tēpoze regnū id fe
re cecidit:ꝛ rurſus darū tpe reſtituturum eſt? Uultis ne
ut q̄ſi diuinatione uſi dicam⁹? CLI: Quid ni uelim⁹?
Cōfert enim hoc ad illud quo tēdim⁹. Ita igit de cy
ro uaticinor:in ceteris q̄dē ip̄m ꝛ ducē bonū ꝛ ciuilis
vite amicū fuiſſe: Rectā ꝟo diſciplinā nullo pacto at
tigiſſe:nec ad rei familiaris adminiſtrationē animuz
vnq; applicuiſſe. CLI: Cur ita? ATHE: A iuuēta per
totā vitā militia occupat⁹/mulieribus filios tradidit
educādos:que ip̄os ut felices ſtatim pueros atq; bea
tos nulli⁹ indigētes rei ſic educabāt/ut ꝓhiberent ne
quis eis utpote beatis aliqua in re aduerſaret:cogen
tes oēs quicqd ipſi dicerēt aut facerēt/laudare. Ita
ip̄os tales quoſdā educauerūt. CLI: Bellā certe edu
cationē narraſſe videris. ATHE: Feminā nēpe: quā
induxerunt regie mulieres nouis elate diuitijs:deſer
teq; a viris bello ꝛ piculis occupatis. CLI: Conſenta
neū id quidē. ATHE: Pater ꝟo ipſoꝝ/ouiū/boium
multoruq; alioꝝ quoruz ad eos ſpectabat poſſeſſio/
greges multos habebat:ſed ignorauit qō filū quibus
hec relicturus erat/paternā ipſam perſicāq; artē nō
docebant:cū per ſe paſtores eſſent in regione aſpa ge
niti: ꝛ ip̄a ars pſica dura eēt ſufficiēſq;/robuſtos eoa
paſtores efficē:qui ꝛ cuſtodias agere ꝛ vigilare poſ
ſent: ꝛ militare ſi res poſtularet. Permiſit autē ut
mulieres ꝛ eunuchi medoꝝ ritu filios ei⁹ nutrirēt:
quoꝝ educatio ab ea que vulgo exiſtimat felicitas
corrupta eſt. Unde tales euaſerūt/quales fieri con
ueniebat eos:qui in ſumma rerū licētia nutriti fuiſ
ſent. Cū igit mortuo cyro/rerū potiti ſunt utpote
qui reſolutis delitijs nutriti eēnt primū alter equa
litatē nō ferēs/alterū interfecit. Deinde ipſe ignora
tia ebrietateq; furēs ꝓncipatū pdidit. Medi eniz
ac quidā eunuchus tūc dictus / ipſum quaſi amētē
cōtempſerūt. CLI: Sic ferē: atq; ſic ferme cōtigiſſe
videt. ATHE: Atqui ꝛ hoc ferē/per darīū ſeptēq;
illos viros principatū in pſas iterū redijſſe. CLI
NIA: Plane. ATHE: Inſpiciam⁹ igit/rationē ſe
quētes. Darius nec regis erat filius nec in delitijs
enutritus. Is cum ad principatū peruenisſet/ſepti
muſq; ipſum accepiſſet/ſeptē in partes ipſum par
titus eſt:quoꝝ hodie adhuc parua quedā ſonia re
ſtāt:cēſuitq; viuēdū eſſe ſub legib⁹ ad cōmunē quā
dā cōferentibus equalitatē:atq; id ita ſanxit:diſtri
butionēq; illā quā cyrus perſis pollicit⁹ fuerat / le
ge cōplexus eſt:amicitiā cōmunitatēq; pſis oibus
prebēs:ac perſarū populū pecunijs ꝛ munerib⁹ at
trahēs. Ita dilectus a militib⁹/nō pauciores q̄ cy
rus reliquit regiones ipſe ſubiugauit. Poſt darīū
xerxes:qui regijs eſt delitijs quidē educatus. Sed
te nūc iurę apello darī/qui cyri malo cōmonit⁹ nō
fuiſti:ſed in eiſdē xerxē moribus educaſti:in quibus
cābiſem cyrus nutriuerat. Ipſe igit utpote imbut⁹
alimonia/ſimilia quoq; ꝓpeſſus eſt. Ex illo tpe nul
lus vnq; ferme pſarum rex magnus/niſi noie fuit.
Neq; fortunā fuiſſe cauſam arbitror:ſed vitā ma
lā: qua filij ualde diuitū tyrānoruq; ut plurimū vi
uūt. Hunq; enim puer ꝛ vir ꝛ ſenex ex huiuſmodi
vita virtute preſtās euadere poterit. Que quidē ꝛ
legū latori conſideranda ꝛ nobis in pntia aiaduer
tēda cēſemus. Atqui ꝛ uobis par eſt o lacedemo
nij id tribuere: qō pauptati/diuitijs / regno priua
tis/nullos excellētes honores muneraue prebetis:
que uobis ab initio dei alicuius oraculo dicta non
int. Neq; oportet in ciuitate excellētes cuiq; cōfer
re honores qz diuitijs preſtet:aut qz uelox aut for
moſus/aut robuſt⁹ ſit/ſi virtute careat: Sed neq;
etiā ſi virtutē aliā habeat quādā/tēperantiā ꝟo nō
hēat. ME: Quo pacto id hoſpes ais? ATHE: Nō
ne fortitudo vna quedā pars virtutis eſt? ME: Eſt.
ATHE: Tu ipſe igit cū audieris/ iudicato. Uelles
ne vicinū aut domeſticū quēpiā hēre/fortē q̄dē ma
xime:minime ꝟo tēperatū:q̄netiā impudicū? ME
GIL: Dij melioza. ATHE: An ꝟo/artiū quidem
multarū pitū/ꝛ in his ſapiētē:ſz iniuſtū? ME: Nul
lo modo. ATHE: At ꝟo iuſtitia ſine tēperātia ori
ginē habere nullam poteſt? ME: Quō enim aliter?
ATHE: Sed neq; etiā ille/qui modo ſapiens a no
bis dictus eſt:qō uoluptates atq; dolores recte ra
tioni cōcordes ꝛ obſequētes habeat. ME: Nō cer
te. ATHE: Id ꝓterea cōſiderem⁹/ut quomodo in
ter ciues honores recte uel nō recte diſtribuant/in
ſpiciam⁹. ME: Quid nā? ATHE: Tēperantia ſi ab
oi alteri⁹ virtutis genere in alicui⁹ aio deſtituta ſit
honorāda ne iure eſt/an cōtra? ME: Nō hēo quid
reſpōdeā. ATHE: Modeſte ſatiſq; reſpōſum eſt.

Alterutro ēnim illoꝝ cōcesso / inconcinne ut arbitror respōdisses. ME: Bene igit factū est. ATHENIENSIS: Esto. Nepe accessio ipa ꝛ honores ꝛ obprobria nō dictu sed silētio potiꝰ irrōnabili digna erunt. ME: Temperantiā dicere mihi videris. ATHE: Hanc ipsam dico. Qō igit ex alijs nobis pdest plurimū/si cū additione maxime honoret/rectissime honorabit: ꝛ qō secūdo loco pdest/secūdo honorādū. Atq; ita secūdū successiōis rationē si quodlibet honore s qui deinceps ordine sequunt nāciscat/recte utiq; nāciscet. ME: Est ita. ATHENIENSIS: Qui d porro? an hec quoq; a legis latore distribuenda esse dicemus? ME: Maxime. ATHE: Uis ne partionē cūctoꝝ in opa singula ꝛ minima queq; illi relinquam? Tripartitā vo diuisionē/quoniā ꝛ ipsi legū quodāmō studiosi sum?/tenemus: maxima ꝛ media ꝛ minima inuicē secernem? ME: Sūmope. ATHE: Oportere itaq; dicimus ciuitatē/que pro humanis viribus salua felixq; futura sit / recte honores ꝛ obprobria distribuere. Recta autē distributio est/ut prima ꝛ maxime honorāda cēseant ai bona/si adiūcta illis tēperātia sit. Secūdo dignitatis gradu corpis bona ponant. Tertio externa possessio ꝛ pecunie. Hec sicq; legis latoꝝ ciuitasue trāsgredit/uel pecunias preceptoris honorādo/uel posteri? aliq̄d honore prius collocādo neq; sācte neq; ciuiliter faciet. Rata hec nobis obabēda? an quomō? ME: Prorsus quidem ATHE: Hec lati? dicere nos induxit plice gubernationis cōsideratio. Inuenimus aūt eos peiores adhuc factos eē. Causāq; eē ducimus: q nimiū populi libertate sublata/dñandiq; potestate magis q̄ oporteret/adaucta/societatē in ciuitate ꝛ amicitiā substulerūt. Quib? corruptis/principes quoq; nō subditis ac populo sed ꝓprio impio cōsulūt. Quin etiā sepe exigui sui cōmodi gratia/fundit? euerti ciuitates gētesq; amicas igne absumi non curāt. Ita hostiliter ꝛ absq; misericordia/oderunt: ꝛ odio similiter habent. Ac siq̄n opus sit ut pro eis populi pugnēt/nullū rursus cōmunē in ipsis cōsensum inueniunt: ut uelint ex aīo subire picula ꝛ pro principibus dimicare / sed cū innumeris pene hoibus dominent/inutiles tamē oēs habēt ad bellū: Et tanq̄ hoium indigētes/alios mercede cōducūt/per mercēnarios extraneosq; milites saluos se fore putantes. Preterea ꝛ ilanire cogunt cū re ipa p̄dicēt nugas cē ea que in ciuitate/honesta eē ꝛ honoranda dicunt/si ad argentū ꝛ aurū cōferant. ME: Ita fit. ATHE: Sed de reb? psarū/qō propter nimiā dominationē seruitutēq; non recte modo se bēant/iā satis sit dictū. ME: Dino. ATHE: Attica deinceps gubernationē similiter percurrere decet: ut pateat quēadmodū libertas nulli subdita magistratui nō paulo deterior est q̄ illa que mediocritatem/magistratuū dñatione cōsequitur. Nobis enim tpe quo pse greciā imo vniuersam pene europā aggrediebant/prisca quedā erat res. p. ꝛ magistrat? alicq ex cēsu quadrifariā diuiso erāt: pudoreq; inerat/quasi dñs: cui? causa legib? subiecti viuere uolebamus. Preterea magnitudo terrestriū maritimarūq; copiarū/usq; adeo nos exterruit/ut obseruātius nos legibus ꝛ magistratib? obseq ꝛ obedire coegerit.

Quibus de causis maior inter nos exorta est beniuolētia. Ferme nāq; decēnio anteq̄ bellū nauale in salamina gestū sit/datis ipse a dario missus classem pricā in atheniēses eretriēsesq; duxit. Cui moꝝ a dario nisi has gētes dictioni sue subiceret/est indicta. Datis igit ipse eretriēses breui tpe innumerabili militum copia penitus expugnauit: terribilisq; ide rumor ad urbē puenit nostrā: neminē eretriēsiū effugisse. Sed manibus iuicē milites iunctis/atq; ita vniuersa regione eretriēsiū circūdata/oēs peni? cōprehēdisse. Hic rumor seu uerus siue nō: cū ceteros grecos: tū uel maxime atheniēses pterruit. Quib? cū vniuersam greciā passim legationib? missis ad opē ferēdā cohortarent nemo pter lacedemonios auxiliari uoluit. Et isti qui dē seu bello qō aduersus messenē gerebāt ipediti siue alia quadā causa: nō enim scimus: sequēti post pugnā marathonicā die opitulaturi uenerūt. Post hec magna indies parare/multaq; minari rerū dicebat. Interea darius nature cessisse nūciat: ac filius ei? atrox iuuenis impiū accepisse: nec a ceptis paternis desistere uelle. Cuius appatus oēs in se cōuerti atheniēses propter marathonicā stragē credebāt. Porro audiētes defodi athon cōiungi bellesportū / classis imēsam magnitudinē cumulari nec mari nec terra salutē sibi fore putabāt: psertim qr in nullius presidio p̄sidebāt: quippe qui memoria tenerēt/neq; tunc cū primo illorū ingressu capti eretriēses fuerāt/quenq̄ sibi opē ferre ꝛ pro eoꝝ salute subire piculū uoluisse. Idē igit tunc terra sibi euēturū putarūt. Mari vo nullā prorsus salutē inueniebāt: cū naues plus q̄ mille aduehe rent. Una vo salutē quāuis tenuē dubiāq; solūmodo videbāt. Nā cū respicerēt que antea gesta fuerunt/ꝛ qō desperata salute/tamē vicerūt/hac spe euecti/in seipsis ac dijs tātum inuenerūt sibi refugiū fore. Hec igit oia eos maiori inter se beniuolētia copularunt: presens inq̄ metus: ꝛ qui a legibus iampridē inerat: quē seruientes legib? assecuti sunt. Hunc sepe pudorē in superioribus noiauimus: cui seruire oēs oportere diximus/q̄cunq; boni futuri sunt. Quo quisq̄s afficit/liber est ꝛ interitus. Ac nisi presens ille metus pudori huic iūctus fuisset / nunq̄ ex huiusmodi p̄cursione illi prouocati ꝛ vna cōuenientes/deorū tēpla/maiorū sepulchra/patriam ipsam/ ceteroscq; familiares atq; amicos defendissent: ut fecisse narrant: sed sparsi ali? alio abijsset. ME: Probe hospes: ac sicut te patriāq; decet/dixisti. ATHE: Uera hec sunt o megille. Nam que tūc gesta sunt/ea par est tecū/qui parētū naturā seruas/referre. Sed ꝛ tu ꝛ clinias attēte cōsiderate: si que ad legū lationē ptinēt/dicim?. Neq; enim cōfabuladi gratia hec enarro/Cuius aūt gratia ista dico inspicite. Ut scilicet videam? idē nobis ac psis quodā modo accidisse: Dū illi quidē in oēm seruitutē plebē traherēt/nos cōtra in merā libertatē. Quomō vo ꝛ quid deinceps dicam?/habita iam vba ꝛ cōmode dicta quodāmō demōstrāt. ME: Probe loqueris. Sed conare qō modo dicebas aptius eloqui. ATHE: Facilā. Non erat o amici apud nos ex ueterib? legibus alicuius rei plebs dña: sed spōte quodāmō legib? seruiebat. ME: Quibus legibus? ATHE: Illis inq̄ que de musica posite fuerūt: ut incremētū vite nimiū libere a principio repetam?. Distincta enim nobis tunc per species ꝛ figuras erat musica. Fuitq; vna species

Datis

Xerxes

Athenā gubernādo

cātus ad deos ꝑcibus placādos/quos hymnos uocabāt. Huic altera cantus cōtinua spēs. Querulos hos cātus quis maxime appellaret. Alia spēs peon. Alia dionysꝫ generatio/quā dithyrābū arbitror appellatā. Erat ꝛ alia cātus spēs:quā leges citharedicas nominabāt. His itaqꝫ alꝫsqꝫ quibusdā lege statutis non licebat alio genere cantus pro alio abuti. Auctoritas autē cognoscēdi hec iudicādiqꝫ:ꝛ damnādi siquis cōtra feciſſet nec ſibilo nec ineptis clamoribus multitudinis ut modo tribuebat:nec rursus laudādi licentia plaudēti strepētiqꝫ turbe: ſed ꝑstantibus in doctrina viris id erat conceſſum:dabaturqꝫ ipſis ad finē usqꝫ magno cū ſilētio audire. Adoleſcētes autē/pedagogi ꝛ plebs vniuersa castigatione virge ammonebantur. Hec cū ita ordine fierēt/multitudo ciuiū libēter parebat:nec audebat tumultuoſe quicqꝫ iudicare. Ꝑpe deinde ꝓcedēte prīcipes qdē transgreſſionis a muſica aliene poete ipſi fuerūt:qui natura qdē poetici erāt: ſꝫ qd iuſtū atqꝫ legitimū in muſa nō ſatis itelligebāt: debachātes uticqꝫ ꝛ uoluptati magis qꝫ oportuerit/indulgētes. Hi ſane ꝛ lugubria hymnis ꝛ dithyrambis peonas cōiunxerūt. Lybiarūqꝫ ſonos ꝛ cātus/citharе cātibus imitati ſunt:oibus oia cōmiſcētes. Qui ꝛ ꝓeter ſentētiā ex iſcitia cōtra muſicā mētiti ſunt:aſſerētes eā quidē nullā rectā in ſe normā habere:ſed audiētis uoluptate/ſiue ꝑbus ille vir ſit/ſeu contra/rectiſſime iudicari. Cū igit huiuſmodi poemata cōponerēt/ꝛ talia vulgo dicerēt/iniquā adeo ꝛ audacē aduerſus muſicā/multitudinē effecerūt/ut ſe ſufficiētes ſniam ꝓnūciare de muſica crederēt. hinc ſpectacula frequēter exclamare ceperūt/cū ſilere antea cōſueuiſſent:quaſi quid pulchrū in muſis quid nō/acute ſentirent:atqꝫ ita ex optimatū poteſtate/in prauā theatri potētiā res ipſa deſiluit. Si enim popularis potentia ſolū liberorū hoīum extitiſſet/nullū uticqꝫ ingēs malū fuiſſet. Nūc aūt ex muſica nobis incepit oium ad oia opinio ſapiētie ꝑuaricatioqꝫ ſecuta eſt ꝛ libertas. Intrepidi enim erāt/quaſi ſciētes/hec licētia impudētiā pepit. Hēpe ſi melioris opinio ꝓpter audaciā non timeꝫ/idipſum pene pnitioſa eſt ꝑudētia. que a libertate quadā temeraria ꝓficiſcitur. ME: Veriſſima loqueris. ATHE: Hāc libertatē ea licētia ſequit/que facit/ne magiſtratib⁹ ſubeſſe uelimus. Ex hac originē hēt ꝛ illa/per quā patris matriſqꝫ ꝛ ſenioꝝ ſeruitutē ꝛ ꝓcepta cōtēnimus. Cūqꝫ prope trāſgreſſionis huius extremū ſimus/legibus quoqꝫ parere recuſam⁹. In ipſo aūt extremo/iuſiurādū/fidē/ꝛ oino deos negligimus. Unde ad priſcā illā tyrānicāqꝫ reuoluti nām/eadē illa iterū patiemur/duraqꝫ ſecula rurſum dege mus:nec maloꝝ finē ullū repiemus. Sed cur hec nobis dicta ſunt/repetēdū mihi videtur:ut oratio quaſi equus retrahat:ne ſi os effrenatū hēat/dicēdi cōcita ipetu/ab aſino ut ꝓuerbio ferūt/excutiat. Interrogādū eſt igit/cuius cauſa hec dicta ſunt. ME: Eſt uticqꝫ. ATHE: Hec ergo illoꝝ gratia diximus. ME: Quorū? ATHE: Diximus nēpe ad tria quedā cē latoꝝ legū reſpiciēdū/ut ciuitas que legib⁹ inſtituit/libera ſit ſibi ipſi amica/ꝛ mētē habeat. hec dicta ſunt:an nō? ME: Dicta ꝓſus. ATHE: Propterea duas gubernationū ſpecies in mediū adduximus. Unā in qua arctiſſima ſeruitus/alterā in qua reſoluta libertas: Cōſiderauimuſqꝫ utra recte gubernaret. Perſpeximus.

impudentia

Os inſrenę
Ab aſino delapſus.

Vt Libera
Vt amica Ciuitas
Vt mētē habeat
Gubernus

aūt mediocritatē alteri dominādi/alteri libertatis addita/feliciter nimiū utraſqꝫ ſe habuiſſe:infeliciter vo/cum ſeruitus in altera/in altera libertas ad extremū uſqꝫ ꝓcreuit. ME: Vera narras. ATHE: At qui huius quoqꝫ ipſius gratia dorici exercitus cōſtitutionē cōſideraūimus:ꝛ radices montiū darda ni/habitationemqꝫ maritimā/primos ꝓterea illos qui a uaſtitate diluuiꝫ relicti fuerāt. horumqꝫ cauſa de muſica ꝛ ebrietate/deqꝫ prioribꝰ etiā habita nobis oratio eſt. Hec enim oia ob eā cauſā dicta ſunt/ut intelligamus quomō optime gubernari ciuitas poſſit:ꝛ quo pacto priuatim qſqꝫ optime ſuā vitā diſponat. Si vo quicqꝫ cōtulimus/que nam nobis ipſis aduerſus nos o megille ꝛ clinia redargutio erit? CLI: Ego hoſpes mihi video:ꝛ nō nihil iſpicere. Secunda qppe fortuna ſuperora oia nobis dicta vident. His enim ego quodāmō idigebā. Quocirca oportune ambo/ut dico ꝛ megillus iſte me reppiſtis. Hecqꝫ celabo uos qō mihi accidit. Quaſi enim augurio his ſermonib⁹ confirmat⁹ ſum. Maxima ꝓfecto cretenſiū pars coloniā mittere quādā cogitat:ac gnoſꝫe eius rei curaꝫ cōmittit. Gnoſioꝝ vo ciuitas mihi alꝫſqꝫ nouē viris id mādat curandū. Leges autē ponere iubet/ꝛ que nobis ex cretēſib⁹ placeāt/ꝛ que aliunde colligi poſſint. Edicitqꝫ nobis ne pegrinas leges horreamus/modo ꝓbentur. Nūc igit ꝛ mihi ꝛ uobis hāc gratiā ꝓbeam⁹. Collectis undiqꝫ legibus/oratione cōdamus ab initio ciuitatē. Sic enim ꝛ illud/qō a nobis querit/diligētius conſiderabit:ꝛ mihi fortaſſitā diſputatio hec ad future ciuitatis cōſtitutionē cōferet. ATHE: Non bellū indicis o clinia. Quare niſi id megillo incommodū/mea qdē pro viribus tibi parata ſunt. ME GIL: Probe dicis: ego quoqꝫ paratus ſum. CLINIA: Optime ambo dixiſtis. Quare conandū eſt primum oratione ciuitatem condere.

Argumētū Marſilij ficini in libꝝ 4ᵐ de legib⁹.

Quartus hic liber/quēadmodū ꝛ tres ſuperiores/ac etiā pars quinti prima/in ipſo cōditoris legum cōſilio officioqꝫ uerſat. Huius vo cōſiliū circa ciuitatis materiā atqꝫ formā: materiā inqꝫ/ſitū ꝛ cōpoſitionē/diſpoſitionēqꝫ urbis: formā vo modū publice gubernationis ꝛ ordinē. At quoniā forma hec formoſa eſſe nunqꝫ pōt/niſi ciuiū ai ſint formoſi/iccirco in formādis a tenera etate perqꝫ oēm vitā ſuoꝝ ciuiū aīs legifer iuigilare iubet. Materiā igit ciuitatis paucis expedit uerbis/formā vo eius/ꝛ aioꝝ ipſoꝝ formationē accuratiſſime tractat. Utpote qui pre aioꝝ dignitate exterioꝝ oia quāuis ampliſſima videant/nihilipēdit. Profecto plato noſter ſi corpoꝝ eſſet medicus/in eligēdo aere ſaluberrimo ad firmā ualidāqꝫ corporis habitudinē cōferēte incūberet diligētius. Sed qui in eligēda pro ſe academia in ſalubri loco/non corpori ſed aīo morbuſqꝫ cōſuluit/is nimirū in urbe cōdēda nō admodū accurat⁹ apparet/in formandis vo vna cū etate moribus tanqꝫ medicus aioꝝ/ut ita loquar:curioſiſſimus. Preterea ſi tāti fortune faceret bona/quāti ceteri ſolēt/certe agrū/ꝛ ſitū/ꝛ modū ad diuitias cumulādas amplificādūqꝫ imperiū cōmodiſſimū diligēter exquireret. Cōtra vo facit

oino. Sit ergo urbs procul a mari atq; portu: non mercature pſertim cauponarie dedita/nō luxurio ſa: non diues. Sit tēperata ciuitas ⁊ ſobria ⁊ pudi ca: pre ceteris ỽo pia. Quid nā aliud mādaturum putas ſanctū aliquē religioſe vite pontificē in edifi cādis templis habitaculiſq; ſanctoꝝ/ꝙ qō Plato noſter iubet in urbe condēda: Et qui pauca hic de urbis corpore uerba facit: idē in beata illa republi ca decē libris expreſſa/nullū de urbe cōdēda fecit uerbū/neq; id quidē iniuria. Illā nāq; reliqt celo: hāc in terris/edificat ad exēplaris illius quoad fie ri pōt imaginē. ¶ Propoſitū igit erit legiferi: que ꝑter ai bona ſunt pro bonis ai paruifacere: in oiq; eius inſtitutione ad vniuerſam virtutē tanꝙ ad ſi gnū intēdere. Ideoq; nihil uel in ciuitate uel circa urbē ꝑmittere/vnde ciues malis aliqñ moribus aſ ſuescere poſſint: etiā ſi inde victoria multarū gētiū potētiaq; ampliſſima/⁊ copia rerū oium abundā tiſſima cōſequatur. Lex enīz nō extra aium/ſed in aium ipſum acie ſuā dirigit oi ex parte perficiēdū. Itaq; iubebit ne ciues habeāt ſummo in ꝓcio falſe huius vite ſalutē. Neq; tā ut ſint ſaluiq; ſint procu rent: ꝙ ut ꝙ diu ſunt/optimi ſint. ¶ Ad vniuerſum ỽo legiferi inſtitutū perficiēdū tria in primis cōdu cere arbitrat: deū videlicet fortunāq; ⁊ artē. Que tria humana oia gubernare dicunt. Et quo diffici lioza ꝙ ceteri auctor legū molit/eo maiori ab his tribus ꝙ ceteri idiget patrocinio. Qō aūt plato oi cit deū ⁊ fortunā atq; artē ſimul cum deo humana oia gubernare/breuiter ſic expone. Deus in oib⁹ per oia mouet oia. Mouet mundi ſperas: Quarū cōcurſio fatū quidē alicubi/ſed hic fortuna libenti us noīat. Hinc caſus uarꝝ circa externa corpaq; ꝓueniūt. Mouet ⁊ aīas/lumē mētibus inſpirādo: vnde ars nō ſpeculādi ſolū accēdit/ſed agēdi. Ab arte tandē diſpoſitio externoꝝ ⁊ corpis ꝓficiſcit. Quāobrē a deo quidē cūcta dependēt. Qui ut ait Paulus/oia in oibus opat. Verū ab ipſo deo alia quidē per fortunā procedūt/alia ỽo per artē. Quo fit/ut neq; fortuna neq; ars aliqñ deo ualeat aduer ſari. Quippe cū ſemp ab ipſo utraq; moueant. In ter ſe ỽo duo hec ita ſe habēt. Aut enīm cōſentiunt inuicē/aut forte diſſentiūt. Si diſſidēt/aut fortuna ſupat artē/aut ars fortunā. Id aūt accipe hoc exē plo. dū mouet deus ſperas/interdū per fortunā/in mari cōmouet tēpeſtatē. Tēpeſtas quatit nauē. In terea mouet deus idē eandē nauē per aium quoq; gubernatoris: ideſt per artē ipſam a deo continue dependentē. Quando igit ars nauē ad certū dirigit portū: atq; ad eundē tēpeſtas quoq; uehit/tūc ars ſimul cū fortuna cōſentit. Añ ỽo alio quidē impel lit uētus/alio ỽo ars certat ducere: tunc ars ⁊ fortu na diſſentiūt: ac tādē uel ars cedit fortune/uel arti fortuna: interim ꝓuidētia dei utrobiq; agit utrūq; ad finē ſibi ſoli notū/cui nihil vnꝙ diſſonat/cūcta videlicet in vniuerſam ſui opis harmoniā occultis modis cōtemperāti. Ceterū illa ipſa cōcurſionum celeſtiū diſpoſitio/qñ talis ꝓuenit/ut artē neceſſa rio ſupatura ſit/fatū dicit potius ꝙ fortuna. qñ ỽo talis ut exſupare inertē poſſit/⁊ ſuperari ab arte/ fortuna potius noīat. Neq; diffidas artē qñq; vin cere poſſe fortunā. Ut enīm fortuna/ſic ⁊ ars ꝓce dit ex deo. ¶ Aduerte ỽo ubi Plato de occaſio ne diſputat: quā vir magnus nouas cōditurus leges exoptet/ad id magnope oportunā/ſub illius tyranni noīe iuniorē dionyſiū ſignificare. ſeipſum ỽo ſub ap pellatione legiferi: atq; indicare fauorē fortune ſibi in tegrū defuiſſe. Itē platonē in ſicilia apud dionyſium quedā harū legū prohemia inchoaſſe: ut ex epiſtolis itelligi pōt. Opus ỽo id legū expulſo dionyſio perfe ciſſe. Beniq; per hec dicta reditū in ſicilia ſuū ab ifa mia vindicaſſe. Scito autē platonē in eo itinere atq; reditu nihil aliud cōtēdiſſe: ꝙ ut ſalua dionyſij ꝓſpe ritate violēta tyrānis in regnū moderatū cōuerteret Inter hec aūt ubi de tēperātia ⁊ prudētia principis loquit/memēto/platonē/mediocrē quidē tēperantiā a prudētia manifeſte diſtiguere: mediocrē quoq; pru dētia a ſapiētia ſimili ratione diſcernere. Cōſumatā ỽo tēperātia ſepe appellare prudētiā: abſolutā quoq; prudētiā/nōnunꝙ ſapiētiā noīare. Qō quidē in phe done ⁊ tertio legū ⁊ hic ⁊ alibi ſepe patet. Adducit preterea naturales quaſdā ingenij dotes/virtutibus quidē ſimiles. Sed tūc demū/qñ recte fuerint exculte ad virtutū munera cōducētes. Qua ꝙdē de re latius in re. p. diſputat. Mādabis interea memorie: quales ſunt principū mores/tales quoq; fieri ciuiū reliquo rū. Neq; ulla de cauſa mores ciuiū facilius citiuſq; ꝙ ex hac mutari poſſe. Itē beatū eſſe prudētē ⁊ tēpe ratū doctorē populi: beatū quoq; populū qui audit uerba ex ore doctoris eiuſmodi ꝓfuētia. Preterea neq; rēpublicā felicem fore: neq; leges bonas exoritu ras/prius ꝙ in gubernatore potētia vna cū ſapientia tēperātiaq; cōcurrat. Proinde diuinū ad ciuitatē cō ſtituēdā auxiliū inuocādū. ¶ Hactenus quart⁹ hic li ber munus legiferi circa materiā ciuitatis ⁊ formam cōmunius ꝓtractauit. Pergit ỽo deinceps ad figurā muneris hui⁹ diſtinctiorē. Querēs utrū ciuitatis for ma regnū eē debeat/an optimatū ſenat⁹/an potentia paucoꝝ: an popularis. Quoniā ỽo nihil inter hoies bonū reuera dici pōt/niſi diuinū imitet bonū/non in iuria formā pri⁹ diuine gubernationis exponit/ꝙ ex humanis gubernationib⁹/alīs alias añponat/videli cet diuine ſimiliorē abſq; controuerſia ceteris ꝓfectu ris. Probat aūt gubernationē diuinā eſſe regnū opti matūq; ſenatū regno cōiunctū. Cenſetq; ex oibus ci uibus illos eligēdos eē ad gubernādū/quotcūq; ſint qui tātū ceteris prudētia ⁊ tēperātia preſtāt/quantū viri pueris ꝓſtare ſolēt. Atq; ſiquis inter electoꝝ nu merū ſimili ferme interuallo ceteros añcellat/regē eē cōſtituendū. Id ỽo tū ex pñti ſaturni myſterio/tū ex ſimili quodā in politico/tū ex epiſtolis ⁊ re. p. pōt eē conſpicuū. ¶ Ceterū ut pñs ſaturni myſteriū aptius intelligi poſſit/meminiſſe oportet/platonicos conie ctare mūdū a vita quadā ⁊ aia cōtineri atq; duci/ex tribus potiſſimū argumētis: ex firma videlicet diuer ſarū mūdi partium copula: ex mirabili motu celi: ex ꝑpetua rerū generatione ſub celo. Cōiectare rurſus mūdū a mēte regi ex triplici quodā ordine/ſcilicet ex ordine qui ⁊ in ipſa partiū mundi copula/⁊ in ſparū motu/⁊ in rerū generatione cōſpicit: utrunq; ỽo ſcili cet aiam atq; mētē platonicus ille noſter breuiter cō prehēdit. Spirit⁹ intus alit/totāq; infuſa per artus/ mēs agitat molē. Cōiectare tādē ⁊ aiam ⁊ mētem ab ipſo bono vnoq; dirigi ad regendū/ex eo ꝓcipue qō

ꝛ cõnexio ptiũ motuſq; ꝛ generatio ꝛ ois hoꝝ triũ
ordo in vnũ tẽdit bonũq; dirigit. Quãobrẽ ſub ipſo
bono regnũ geminũ cõtinet intellectus videlicet atq;
aie. Illud q̃dẽ ſaturni/hoc aũt iouis regnũ ois appel
lat antiquitas. Que iouẽ iccirco fingit ſaturni regnũ
occupauiſſe: quoniã utriſq; ad regnũ ꝓpriũ uocãti
bus aias ſcilicet illinc ad itelligibile/hinc ad ſenſibile
bonũ/pauciſſime quedã aie ad itelligibile ſaturni bo
nũ conteplationẽq; ſe cõferũt: q̃ plurime vo ad ſenſi
bile iouis bonũ actionẽq; quotidie cõfluũt. Tradunt
antiq̃/aias quondã beatas: ſub ſaturni regno vixiſſe.
Duob⁹ id modis itelligẽtes. Primo q̃dẽ dũ iter di
uinas angelicaſq; mẽtes viuebãt/anteq̃ in corpa la
berent. Deinde etiã quotiẽs ꝛ quotcũq; uoluptuoſã
quidẽ vitã negligẽtes/actiuã vo parũ admodũ diligẽ
tes/cõtẽplatiue vite ardẽtiſſimo amore ſe dedunt: Ut
cũq; vo accipiãt in vita itellectuali beate/ in aiali ſũt
miſere. Accedit qõ ſub hac miſeria ita fallunt / ut cũ
duo in celo planete ſint/primus quidẽ ſupiorꝭ ſatur
ni nũcius: ſecũdus aũt nũcius iouis ſupiorꝭ / laudẽt
quidẽ iouis ſtellã/ſaturni vo vituperent. Cũ tñ hec q̃dẽ
ad tẽporanea magis ꝓuocet bona/illa vo reuocet ad
eterna. At quoniã homo gregabile aial a cõmuni ho
minũ cõmercio ſegregat⁹ mediocrẽ viuẽdi habitum
ſeruare nõ põt: Logiturq; /ut ita dixerim/uel ĩtra ho
minẽ deſcẽdere/uel aſcẽdere ſup hoiem/factũ eſt / ut
ſaturnus hoium ſegregator crimẽ ꝛ infamiã apud in
ſcios reportauerit/eorũ videlicet culpa/qui uel mix
tione quadã ineptiori uel educatione peruerſa tales
euadũt/ut qñ a ſaturno extra hoiem ſeuocãtur: De
ſcẽdãt ab hoie poti⁹ q̃ aſcẽdãt. Uerũ de his alibi di
ligẽtius: reuertamur ad argumẽtũ. Addit Plato
ſaturnũ quõdã hoies diſtributos in greges cuſtodie
demonũ cõmẽdaſſe. Id aũt plurib⁹ modis exponit.
Primo quidẽ diuinã mẽtẽ aias hoium ut Time⁹ ait
in uarios ordines ab initio diuiſiſſe ſtellariũ aiarum
numerũ comitãtes. Differẽtiã vo noſtrarũ iter ſe aiã
rũ/alĩ inter platonicos numeralẽ tãtũ eſſe putãt/alĩ
etiã ſpecialẽ / ut vnũ aiarũ noſtrarum ſit genus: in eo
multe aiarũ ſpẽs: ſint etiã multe ſub eadem ſpecie: Ut
cunq; vo diſtribuant/diuerſis non ſolũ ſtellis/ſed de
monib⁹ etiã accõmodari dicunt. Alioq; modo expo
ni põt myſterium: ut videlicet uel ab orbis initio/uel
ſtatim poſt diluuiũ rudiores hoies diuina ꝓuidẽtia
angelor̃ ſiue demonũ melior̃ miniſterio rexerit/do
nec paulatim facti peritiores ipſi ſe regerẽt. Rationi
vo cõſentaneũ eſt/recti⁹ feliciuſq; a ſupis q̃ a ſe ipſis
hoies gubernari. Exponit inſup tertio hũc in modũ
ut quotidie quicunq; vite rationẽ eligũt ab alĩs quo
dãmõ ſegregatã/riteq; educati fuerint/ſtatim in cõtẽ
platiuũ beatumq; ſaturni regnũ cõmigrare dicãtur.
Sed quatenus ſub cõtẽplationis officio in ritus uari
os diſcernunt/eatenus ꝛ in multos greges ſecerni vi
dent/ꝛ alĩs atq; alĩs ꝓ vite ſimilitudine inſpirari
numinib⁹ atq; regi. Platto in pñtia multas preſtãtiũ
philoſophorũ ſcholas q̃ſi greges ſub ſaturno paſto
re mirabiliter congregatos. Sub ſaturno inq̃ tribus
precipue modis. Sub mẽte diuina ꝛ angelica primũ:
deinde ſub aia planete primi eiuſq; ſpere: tertio ſub
ipſius planete corpe, Sed mẽs ipſa facit. Aia cõficit.
Planeta portẽdit/portẽdit inq̃: qñ in magnis ſatur
ni cũ ioue cõiũctionib⁹/Saturnus ipſe uel exaltatio
ne ſua uel domicilio gaudet: ꝛ tanq̃ cõiunctionis
dñs foueꝛ quidẽ ab ioue: Utiꝛ ꝛ ſolis mercurĩq; ꝛ
ueneris beneficio. Sic magicã Zoroaſtris eiuſq; ſe
ctatorũ pepit/ſeu portẽdit potius diſciplinã. Triſ
megiſti quoq; theologiã. Orpheiq; myſteria. Ar
chana pythagore. Socratica ſanctimoniã. Platoni
cã maieſtatẽ. Ita eſſe manifeſtis q̃buſdã argumẽ
tis cõpertũ habemus. Hinc ꝛ plato in pñti libro ſa
turnũ eſſe affirmat oñm eor̃ qui mẽtẽ hñt. Gu
bernationẽ vo eiuſmodi ſub ſaturno regiã optima
tũq; extitiſſe demõſtrat. Siq̃dẽ genus humanũ ab
ipſo deo tanq̃ rege per electos optimoſq; demo
nes aſſerit gubernatũ. Hos multi angelos appella
rẽt: ꝛ plato in critia uocat deos: facilitatẽq; guber
nationis ꝛ hic idicat ꝛ in critia/dicẽs occulta qua
dã ꝓſuaſionis iſpiratione fuiſſe hoies gubernatos
gubernãdos quoq; ſimiliter/quotiens ab inferiori
bus uacãtes motib⁹ ſeſe ſupis ſubiecerint ꝓducen
dos. In his Plato monet: primo diuinã ꝓuidẽtiã
nunq̃ deeſſe hoibus/modo ſibi ipſi nõ deſint. De
inde humanũ ingeniũ in ſumma rerũ licẽtia poten
tiaq; laſciuũ ſupbũq; euadere. Tertio ſicut beſtie
nõ poſſunt a beſtijs abſq; humano quodã paſtore
ſic neq; hoies ab hoib⁹ abſq; duce deo optime gu
bernari/ꝛ q̃ diu mortalis aliq̃s ſine deo dñabit/tã
diu laborioſam miſeraq; vitã fore: quaſi fruſtra vi
gilaturus ſit q̃libet ciuitatis cuſtos / niſi deus ipſe
cuſtodiuerit ciuitatẽ. Quarto ipſam mentis diſtri
butionẽ eſſe legẽ: eiq; in oi ꝛ priuata ꝛ publica gu
bernatione/ſemp obtẽperandũ: ut per noſtrã men
tẽ feliciter a diuina mẽte ducamur. Quinto nullas
cõſtitutiones appellãdas eſſe leges/niſi cõmune ci
uitatis totius bonũ ꝓcurẽt. Sexto qui obſeruãti⁹
parẽt legib⁹ his magiſtrat⁹ maxime diuinisq; cult⁹
munera cõmitti debere. Septimo interitũ ciuitati
paratũ eſſe/in qua nõ leges magiſtratib⁹/ſed magi
ſtrat⁹ legib⁹ dñentur. Octauo/iuuenes q̃dẽ ut plu
rimũ hec obtuſe videre: ſenes aũt acute ſpicere:
niſi forte q̃nq; deus uel iuuenilẽ ꝓbet pietatẽ/uel ſe
nilẽ reprobet impietatẽ. Multa tã vba Plato
facit ad ipſum legis latorẽ pro ſuo officio inſtruen
dũ. Nonnulla facit deinceps ad populũ leges eiuſ
modi ſuſcepturũ/ut ꝛ accipiat libẽti⁹ ꝛ ſeruet ipẽ
ſius. Cohortat aũt ad ſacras leges in ꝑmis: perq;
illas ad humanas a diuinis inuẽtas ꝛ cõfirmatas.
Sed vna cũ exhortatione uenerationẽ terroremq;
cõmiſcet. dicẽs deũ mũdi totius artificẽ/totum in
ſeipſo cõplecti. Ideoq; iſpicere ſingula: ne quis cõ
fidat ꝑuaricãdo poſſe latere: perq; oĩa circũuolui
ne ds ſperet manus eius poſt delictũ ſubterfugere
poſſe: Hũc eſſe oſtẽdit legũ oĩum fidatorẽ: ubi ait
recta definit ꝛ pagit: ideſt recta quadã legis regula
determinat ſingula. Determinat inq̃ primo ſingu
lis nature ſue modũ: que qualia quot quãtaq; ſint:
ꝛ ubi ꝛ qñ ꝛ quomõ moueant: Deinde ais q̃d agẽ
dũ ſit/q̃due cauẽdũ. Determinationẽ eiuſmõi legẽ
eẽ cõſtat rerũ oĩum penes deũ oĩum auctorẽ. Eãq;
eodẽ actu ab ipſo deo ſanciri/quo ꝛ oĩa ab eo itel
liguntur ꝛ fiunt/actu ſcilicet circulari/quẽ Time⁹ ait
eſſe diuine itelligẽtie naturalẽ ex ſeipſa videlicet ſe
ipſam reſpiciẽti/ſeq; reſpiciẽdo oĩa ſemp cõſpiciẽ
ti. Forſan vo ultra circularẽ/ut ita dixerim/motũ

deo

deo intimū/subinsinuat motū quoq; rectū.i.reruz a deo processum:deiq; per res oēs influxum/ideo recta dixit:z peragit.Et motū rectū a circulari pē dere signauit.Item ubi ait deū rerū principia z fi nes z media cōtinere/intellige deuz esse causam re ruz efficiērē atq; finalē:seruare oia/oibusq; adesse: Ac ne quis putet irritā fore legē/addit hāc semp iu diciū comitari / quo z perspicaciter seruatores le gis preuaricatoresq; discernant: z efficaciter qui potissimū debeat/cuiq; decernat.Nō quidē iudici um/quoniā potēter z discernit z decernit ieuitabi lis sequit ultio peccatoz z pmiū obseruantiū.Ser uari vo maxime diuinā inquit legem ab his qui hu milime ceruicē suaz diuine legis iugo subgciūt:quo ruz premiū futura beatitudo cēsetur:respui vo ma xime a supbis:qui mox sicut dei legē dereliquerūt. Ita deserunt a deo.Deserti aūt z peccāt atrocius: z miserabilius cruciantur.Tu vo euāgelica hec au reaq; precepta seruabis alta mēte reposta.Nō au tē mysteria hec antiquo ait sermone cōstare.Nos sayco possumus itelligere. Possumus quoq; mer curiali quodā z orphico:apud quos eiusmodi mul ta perlegimus:z illa quidē euidētissima.Que recē sere grādius iam phibet argumētū.At si orphicos de ioue/de lege/de iudicio z iustitia z nemesi hym nos legeris/hec ad uerbum inuenies oia. ¶Post *hec Plato populuz exhortat:ut vnusq;q; magno pere studeat in eoz numero esse.qui deū sequunt/ ptendens in oibus placere deo:atq; ut id cōsequat similē deo se reddēs:similē inq; per tēperantie puri tatē / qua tanq; regula examussim sua oia metiat. Siquidē mēsura quod z pythagoras inquit oium optima iudicatur:similimūq; deo efficit animum. Quippe cum deus oium sit mensura/precipue no bis/qui videlicet eatenus uel psequi uel fugere de bemus singula/quatenus diuine mēti uoluntatiq; uel psonare uel dissonare cēsent.Hinc illud in Pla tonis epistola.Sapiēti quidē viro lex deus est.insi piēti vo libido.Ambiguus vo hic legit text⁹.Alibi enim legit ut traduxi.Quib⁹ vbis Plato videt pro tagoraā futare dicētē rerū mēsurā hoiem esse. Cu ius error in libro de sciētia subtiliter cōfutat.Alibi vo legit nō q; quis homo sz siqs homo/hūc in mo dū/deus oium nobis est mēsura/multoq; magis si quis/ut ferūt/homo est.Tu hanc particulā siqs/ut ferūt/homo est:exponere potes/siqs homo mēsu ra est/multo magis deus est mēsura:nō enim nobis sed deo per quē viuimus/debem⁹ viuere. Posses forsan exponere si deus aliqs homo est.i. siqn fiat homo/ut ferūt.i.oracula pphetarū. Que qdez ex positio utinā q; pia est apud multos/taz accepta fo ret apud Platonicos. ¶Ut aūt appareat quanti fructus sit obseruatio legū/subdit solis harū obser uatoribus licere atq; expedire uota vīs facraq; fa cere.Ceteroruz vo preces z munera a deo respui. Hoc ipsum vo qō est placere deo/dicit esse signuz/ quo singulas vite actiones quasi sagittas debem⁹ intēdere.Sagittas aūt ad hanc ipsam dei gratiā at tingēdā esse ait/sedulū religionis cultū:In quo eos dez disponit gradus/quos z in carminibus pytha goricis legimus.Jubet enim hic sicut z ille/ut cele stes primū oēs colamus deos:illos precipue quib⁹ patria quasi patrōnis est dedicata.Deinde sequentes sub celo deos.Quos oēs terrestres appellat. Nos enim Platonis est/etsi oia sub celo elementa ponit/ oiaq; in celo modo celesti/tñ oia sub celo appellatio ne terre cōprehēdere/oia itez in celo celi igniscq; noīe. Celestes quidē deos tum angelos intelligit supiores/ tum speraruz celestium stellarūq; aias:deos vo terre stres/tum inferiores angelos/tum elemētoz quatuor animas.Tertio mādat coli demones.s.puriores qua si deoz ad nos interpretes.Quarto heroas.i.hoium aias deo acceptoz a corpore separatas.In his oib⁹ ita distribui precipit/cultū/ut maioribus numinibus maiora/minoribus minora/equalibus equalia mune ra conferātur.Quinto nō tam coli z adorari q; ora ri z quodāmodo honorari deoz patrioz statuas im perat/legibus consecratas.Quoniam vo omnem ad diuinuz cultum exhortationē ab vno inchoauit deo/ euidēter ostēdit cetera numina:neq; per se / sed parti cipatione primi dici deos/neq; ppter se/sed illius gra tia esse colēda.presertim cum vniuersuz eiusmodi cul tum/dūtaxat ut illi vnico placeas/dicat suscipiendū. Sexto parētes quasi dei vicarios precipit uenerari. Septimo ppinquos genere/z familiaritate cōiūctos z hospites pegrinosq; ex diuino iussu / amare chari tate nō ficta.His aūt preceptū inserit euāgelicū/uano rum.s.uerboz exactā rōnem diuino iudici esse reddē daz:cuius angelus nobis preest quasi supioris iudicis vicarius z minister:ut nos a turpib⁹ reuocet:puocet ad honesta:z psentiētes quidē trāquilitate cōscientie nutriat z delectet:dissentiētes vo/pturbatione psci entie uexet:ubi delectat:ab antiquis gratia noīat.ubi ue xat furia.Et gratia quidē triplex:quoniā pteriti psen tisq; z futuri gratia bonos oblectat. Furia quoq; tri plex/qz malos similiter cruciat.Et utrobiq; fatum/z parca triplex cognominat.Dicit z nemesis / psertim ab orpheo/ubi in supbos animaduertit. Profecto uete res ut indicarēt supbiā deo maxime oium dissonare obediētiā humilimā exigēti/dixerūt supbos nō soluz diuina cēsura/ut cetera vitia:sed etiā indignatiōe pu niri: ppriūq; ad punitionē eiusmodi numē introduxe rūt:nemesis noīe nūcupatū:qō quidē facit potentiam in brachio suo:dispergitq; supbos mente cordis sui. ¶Collige e multis noibus precipue quatuor:legem/ iudicium/iustitiam/nemesim. Horū exēplum accipe in teipso.Habes in mēte legem quid agēdum sit/quid non/cōmuni norma dictātem.Et honestū quidez pro sequendum esse.Turpe vo vitādum.Habes z in ratio ne iudicium distinctioni quadam argumētationuz dis cursione discernēs/id quod in hac uel illa actione po situm est honestum esse uel turpe.Habes in uoluntate iustitiam/eligentē:ita prosequi/ita fugere/ut ratio per mentis leges prosequēdum iudicauit uel fugiendum. Habes in imaginatione eiusq; affectu nemesim turpi bus actionibus uerbisq; succensentem / atq; legitime indignantem:Similiter in deo lex iudicium iustitiaq; z nemesis/sed modo diuino:Distinctius autē in deo quidem lex angelisq; superioribus.In anime vo mū dane ratione/iudicium.In eiusdez uolūtate/iustitia. In angelis inferioribus seu demonibus medys neme sis.Utcūq; distribuas hec omnia diuine legi mirabili quadam connexione subseruiunt ad virtutū premiuz z supplicium peccatorum.

gratia triplex
furia
fatum parca
Nemesis

lex Iudicium
Iustitia Nemesis

¶Quartus legum.

ATHENIENSIS:HOSPES: CLINIA : MEGILLVS.

HEIam/quã nam fore ciuitatẽ cogitare debemus? ¶Neq; vo nũc de ꝑnti ei⁹ nomine/aut de futuro interrogo. Id enĩ forsan aut colonie auctor dabit/aut locus. Uel etiã fluuĩ aut fontis aut deor̃ qui ea in regione sunt alicuius/ciuitatẽ nouã suo cognomine nũcupabit. Sed illud poti⁹ quero/utrũ maritima erit/an mediterranea? CLI: ¶Distat fere hospes a mari hec/de qua loq̃mur/ciuitas/stadiis octuaginta. ATHE: ¶Port⁹ vo sunt ne ꝑpe? an mare illud penitus importuosũ? CLI: ¶Portuosa est hospes ea regio/q̃ maxime fieri pot̃. ATHE: Heu/quid ais? Ager aũt ille fert oia? An aliquor̃ indigus? CLINIA: Fert pene oia. ATHE: Ciuitas vo aliqua ne illi ꝓxima? CLI: Nõ ualde/atq; iccirco habitatores illuc cõducere cogitamus. ꝓisca enim quadã boium in de facta ꝓpulsione: magno tẽporis spatio iacet regio desolata. ATHE: Quo ad cãpos aũt montesq; t siluas ptinet quo pacto disposita est? CLI: Similis est reliqũe totius crete nature. ATHE: Asperã igit ipã3 potius t siluestrẽ q̃ cãpestrẽ esse dicis? CLI: Aio eq̃dem. ATHE: Nõ est igitur ad acquirẽda virtutez in cõmoda. Nam si mari ꝓxima esset t portuosa/nec ferret oia/sed multarũ rerum egeret: maximo sibi salutis fundatore opus esset/diuiniscq; legũ latorib⁹ /ne multos ac uarios mores/simulq; prauos huiusmodi regionis natura cõtraheret. Nũc vo iuuat/q; stadiis octuaginta remota est a mari: ꝓpinq̃or certe q̃ oportet mari/eo ferme qd̃ portuosior est/ut ais. Satis tñ t hoc esse videt. ꝓfecto mare ciuitati ꝓximũ quotidiana quadã iocũditate eaz afficit. Uerũtamẽ vicinitas ea nimiũ reuera salsa est atq; amara. Naz cũ mercibus t pecunijs cauponãdo ciuitas repleat/ dolosi animi instabiles t infidos mores parit. Unde parum t ipsa ad seipsam t ad gẽtes alias fidẽ t amicitiaz colit. Aduersus hec tñ illud habet remediũ qd̃ oia fert. Cũq; siluosa sit t aspa/licet oia ferat/non tñ abunde oia. Nam si esset ad oia fera3 atq; fecunda multũ auri atq; argẽti ex emissione reruz colligeret. Qua vna re nihil/ut breuiter dicã: pernitiosius est: si vnũ vni cõferas ad generosos iustosq; mores. ut in superiorib⁹ quoq; si recordamur est dictũ. CLI: Recordamur quidem. Et illa tunc t nunc ista recte dicta concedimus. ATHE: Materia vo ad fabricãdas naues/nunquid illic abũdat? CLI: Neq; illic abies est mẽtione digna: nec arbor picea. Cupressi itẽ copia parua: pinumq; t platanũ illic rarã inuenies. Quib⁹ necessario fabri nauium ad interiores nauiũ partes utunt. ATHE: Atq; in his etiã non male se habet regionis ipsius natura. CLI: Quid ita? ATHE: Quoniã opepreciuz est ut ciuitas facile imitari hostes improba imitatiõe nõ possit. CLI: Cuius naz supradictor̃ potissimũ gratia ista dicis? ATHE: Obserua me vir preclare. Nẽpe illius gratia qd̃ est ab initio de cretẽsiuz legibus dictũ: quas uos ad vnũ aliq̃d. i. bellũ aspicere dicebatis. Ego aũt adieci eas/quoniã ad virtutẽ quodãmodo referrent: ꝓbe positas eẽ: qm̃ vo nõ ad vniuersam/sed ad virtutis partẽ ferme eq̃dẽ nõ ualde laudabã. Nunc igit me quoq; uos in pñti leguz latione diligenter obseruate: siq̃d/aut qd̃ ad virtutẽ nõ ꝓtineat/aut qd̃ ad partẽ solũmodo/legib⁹ sancio. Eũ q̃ppe solũ recte ferre leges existimo: qui ueluti sagittarius illuc aiuz semper itẽdit: vnde ꝓtinuo aliq̃d semp̃q; sequat eorum que bona sunt. Cetera vo relinq̃t / siue diuitias seu huiusmodi aliud: qd̃ a virtutib⁹ sit separatũ. Imitationẽ vo hostiũ improbã tunc fieri dicebã: cũ iurta mare q̃spiã habitãs/ledat ab hostib⁹. Quale illud fuit. Dicã enĩ/nõ tñ ꝓterite iniurie cõmemorande studio. Minos olim nauali copia fret⁹: crudele acce tributũ imposuit. Atheniẽses vo nõdũ naues ut nũc ad bellũ paratas hẽbant: nec illa in regione arbor̃ copia erat/vñ naues facile fabricarent. Qua re nõ potuerũt/rerũ imitatione naualiũ ipi quoq; naute facti statiz hostes tũc suos ulcisci. Deliusq; secũ actũ eẽt/si sepius septẽ adolescẽtes amisissent: q̃ qd̃ illis accidit ꝓpeti. Nã pro terrestrib⁹ firmisq; copijs/nauales facte ꝓsueuerũt cursiz naues ilico ire ac cito decedere/nihil turpe facere arbitrãtes/cuz nõ audeãt hostiũ impetũ expectare/ac mortisq; occasiones hẽant paratas/ut armis amissis/minime ut aiunt/turpiter fugiãt. Huiusmodi vo ex nauali bello uoces audire ꝓtingit/nõ laude q̃dẽ ulla/sz virtupatiõe summope dignas. Nunq̃ enĩz malis moribus/ꝑsertim optimã ciuiũ partẽ assuefacere decet. Apud homerũ quoq; nauiũ refugiuz hoc reprobatum videt. Ulixes naq; agamẽnonez reprehẽdit/qui ꝓlio grecis apud troianos occupatis naues in mare deducere iubebat. Qd̃ moleste ferẽs ulixes ait. An iubes instãte belli turbine bene tabulatis istructas naues in altũ deducere: ut troianis ad uotum cũcta succedãt: nos aũt pnitiosa strages cladesq; se quat: neq; enim graui sese pugne cõmittẽt/cum naues mari ad fugã paratas aspiciẽt: sz neglecto bello cedẽt: atq; ide uolabũt. Ubi quale ꝓsiliũ hoc tũ fuerit/apparebit. ¶Patet igit homeruz quoq; sensisse/ obesse triremes ad pugnãtiũ fugaz paratas. Quippe uel leones his mor⁹ib⁹ usi ceruos fugere ꝓsuescerẽt. ¶Preterea ciuitatũ potẽtie que nauali⁹ copijs frete/salutẽ ꝓsequunt: haud quaq̃ honores optime bellicarũ rerũ parti retribuũt. Nam cũ arte gubernatoria/t q̃nquaginta virorr̃ ꝓncipatu/t remigio virorũq; t viliũ boium ope res naualis gerat/ nõ pot̃ q̃spiã recte honores singulis reddere. Quomõ vo recte se hẽre ciuitas pot̃/si hoc ipso priuata fuerit? CLI: Ferme impossibile. Uerũtñ hospes nauale apud salaminã grecorr̃ aduersus barbaros pliũ vniuersam nos cretẽses greciã seruasse putamus. ATHE: Atq̃ multi istud tã grecorr̃ q̃ barbarorum affirmãt. Ego aũt o amice t iste megillus pedestrẽ in marathone t in plateis pugnã/alterã ꝓncipiũ salutis/alterã finẽ fuisse dicim⁹. t his q̃dẽ pugnis meliores grecos factos fuisse/alijs nõ meliores: ut ita de plijs q̃b⁹ tũc pariter seruati sumus/dicam⁹. Bello enĩz apud salaminã gesto/illud addo/qd̃ in arte misio cõmissum fuit maritimũ. Uerũ spectates nũc ciuilis discipline virtutẽ/t regionis naturã/t legũ ordinẽ ꝓsideramus. Nõ enim seruari ac esse solum hoibus summo in precio hñdum existimamus/ ut vulgus putat: sz ut q̃ diu sunt/optimi sint. Qd̃ t in superioribus/ut arbitror/a nobis est dictũ. CLI: Dictum plane. ATHE: Jd itaq; tãtum aiaduertam⁹/ si eandem

si eandem ipsam agamus viã que ciuitatibus optima sit in pstituẽda habitatione legibusq ferendis. CLI: Mirũ immodũ. ATHE: Dic ergo quod sequitur: que multitudo habitatura coloniaz sit: Utrum dcũq uelint ex tota creta: quasi magna in singulis ciuitatibus turba supfluat: An ad ipsius agri vires electi: Nõ enim uolẽtes ex grecis oẽs colligitis. Et si nonnullos video ex argis ⁊ egina alijsq grecie partibus regionẽ banc habitare. Sed in pñti mihi dicas: vnde futura sit uobis hoz nũc ciuiũ multitudo: CLI: Ex vniuersa creta futurã existimo: ⁊ itra grecos alios qui ex pelloponẽsso ueniẽt/maxie ut opinor recipient. Quodue modo dicebas/uerum est/ex argis. s. istos esse. Etenim qõ maxime modo hic genus laudat/gozgynicuz est. Quod ex ipa pelloponẽsiaca gozgyne / huc migrauit. Sz nõ facilis equaliter ciuitatibus habitatio solet fieri/quando examinũ moze nõ agit ut genus vnũ amicũ inter se ab amicis ueniẽs ex vna quadam regione aut agri angustijs pressuz aut alia huiusmodi necessitate coactuz in aliena cõmigret. Añq vo accidit ut ciuitate seditionib⁹ agitata alio ciuiũ pars vna secedat. Uniuersa etiã ciuitas bello victa qñq simul fugisse repit. Hec aũt oĩa partim facilia sũt/ut noua in habitatione disponant/⁊ legib⁹ denuo positis gubernent/partim etiã difficilia. Nam qõ genus vnũ est vnius lingue earũdẽq legũ/cuz sacroz ⁊ huiusmodi oiuz cõmunionẽ habeat/amicitia quidẽ inter se aliqua copulat: sed leges alias/gubernatiõisq modum a pristino discrepãtẽ nõ facile suscipit. Quod vo ppter legũ improbitatẽ seditionibus cõcituz fuit/cum primos illos ppter cõsuetudinẽ quibus coz ruptũ est mozes desideret/ourũ se ⁊ inobediẽs gubernanti legesq ponẽti affert. Quod aũt ex uarijs pfluxit generibus/libẽtius fortasse nouas leges audiet: sed arduũ est oĩno ⁊ longo tẽpoze indiget / ut pspirare: ⁊ tanq̃ sub vno iugo equi/vnum idẽq ut dicitur/efflare possit. Sed enim legũ sanctio ciuitatisq cõstitutio est ad viroz virtutẽ/oĩum perfectissima. CLI: Probabile id qdez: sed clarius expone bone vir/quorsum id dixeris. ATHE: Dum ⁊ pside rare legũ latozes ⁊ laudare uellẽ/ad vile quid dictu videoz lapsus. Qõ tñ si oportune dicat / nihil negocij dabit. Quid ergo me turbat: Ita pene oĩa humana se habere vident. CLI: Qua de re dicis: ATHE: Dicturus erã nullũ vnq̃ hoĩum aliqd lege sancire: sed fortunas casusq uarios incidẽtes/leges nobis per oĩa ferre. Aut enim imminẽtis violẽtia belli/prioze puertit rẽ. p. legesq mutat: Aut summa quedã penuria. Morbi quoq multa inouare cõpellũt: Pestis etiã diutina multozũq annoz incõmoda ⁊ ipoztuna tẽpestas. Hec siqs aiaduertat: nõ uerebit idẽ qõ ego nũc/exclamare: moztaliũ neminẽ leges pdere: sz humana oĩa fortunis agi. Qõ siquis in nauigatione/gubernatione/medicina /militari impio affirmauerit/recte videbit dicere. Sz rursus ⁊ istud similiter de ijs ipsis bene dicit. CLINIA: Quid nã: ATHE: Deũ quidẽ oĩa: ⁊ fortunã opoztunitatẽq simul cũ deo cũcta humana gubernare. Mitius tñ cõcedẽdum/tertiũ supioza/artem videlicet sequi. Tẽpestate enim imminẽte multũ interesse arbitroz/gubernatoziã bẽas artẽ/nec ne. An quomodo dicẽdum: CLI: Ita prorsus. ATHE: Nõne ⁊ in alijs eadẽ ratio: Atqui ⁊ legũ lationi idem est tribuẽdum: ut cõcurrẽtibus alijs quecũq ad felicẽ regionis habitationẽ cõducunt/legis latoz ueritatis cõpos ciuitati ipi nõ desit. CLI: Uera loqueris. ATHENI: Nõne qui in singulis illoz artẽ habet precari poterit: ut aliqd a fortuna sibi feliciter adsit / nec alia re preter q̃ artificio op⁹ sit: CLI: Ualde. ATHE: Leteri quoq oẽs/quos modo dixim⁹/siqs quesierit/suas pces uotaq apient. An nõ: CLI: Plane. ATH: Idẽ ⁊ legis latoz/ut arbitroz/faciet. CLINIA: Sic puto. ATHE: Age itaq sic eum interrogemus: o legis latoz/Qualẽ tibi ciuitatẽ tradi desideras: ut ipe ex reliquis postea sufficiẽter eaz disponere possis: Quid recte deinde dicet: An legũ latoris rñsio afferri debet: CLI: Utiq. ATHE: Tyrãnidi subiectaz mihi tradite ciuitatẽ dicet. Tyrãnus autẽ iuuenis sit/memozioſus/acutus/fortis/naturaq magnificus. Et qõ in supiozibus/oẽs virtutis partes sequi debere dicebamus/id ao quoq tyrãnico insit: siquid modo cetera profutura sint. CLI: Temperãtiã mihi videt hospes o megille dicere tyrãni aio inesse oportere. Nonne: ATHENI: Populariẽ o clinia dico. nõ temperãtiã illã/quaz extollẽs aliquis prudẽtiã appellãdã esse monstraret. sed eam ipsam affectionẽ: que in bestijs ⁊ pueris ilico apparet innata: ut alij ad uoluptatẽ pniozes/ptinẽtiores alij nati esse videant. Qua quidẽ cõtinẽtiam a bonis alijs separatã/paruifaciẽdã esse ouxim⁹: Tenetis qõ dico: CLI: Maxime. ATHE: Hãc ergo naturam ad supiozes illas nature qualitates tyrãnus habeat: si debet ciuitas celerrime ⁊ optime put possibile est eã gubernationẽ assecta: qua felicissime viuat. Nulla enim uelocioz/nulla melioz disposition ciuitatis/aut est/aut eẽ potest. CLI: Quomodo vo ⁊ qua ratione hospes id asserens aliquis/recte dici sibi quispiam suadebit: ATHE: Facile itellectu est o clinia/hoc ita natura esse. CLI: Quid ais: Nunquid esse illud asseris/ si tyrãnus iuuenis sit: temperatus / ingenijq acumine ⁊ memoria pollens/fortis/magnificus/atq felix: ATHENI: Adde nihil aliud/nisi ut tẽpoze suo/laude dignus legis latoz reperiatur: ⁊ fortuna quedã eos in idez cõducat. Hoc enim si accesserit/oĩa ferme deus dederit que dare solet/quotiẽs ciuitatem aliquã felicem maxime vult foze. Deinde si duo tales pncipes sint. Tertio loco si tres. Et successionis eadez ratione seruata eo difficilius/quo plures: atq cõtra/quo pauciozes / eo facilius. CLI: Ex tyrãnide optimã fieri rez. p. affirmare videris: cum summo certe legis latoze/modestoq tyrãno facilime ⁊ celerrime ex illa in hãc mutationẽ fieri. Secũdo ex paucozum potẽtia. Tertio ex popolari. An non ita: ATHE: Minime. Sed ex tyrãnide primo. Deinde ex regia gubernatione. Tertio ex quadam populari potẽtia. Postremo paucoz potentia optime rei. p. generationẽ difficilime suscipit. Pluri mi enim in ipsa potentes sunt. Tunc vo hec fieri dicimus/cum uerus natura legũ conditoz inuenitur: ⁊ ei potentia quedam cõmunis cuz illis contingit: qui plurimum in ciuitate possunt. Ubi autem pauciſſimi quidem numero sunt/potentia vo summi/ quod tyranni di accidit/ibi celer ⁊ facilis fieri mutatio solet. CLINIA: Quo pacto: Non enim intelligimus: ATHENI: At vo nõ semel id a nobis/sed sepius/ut opinoz/

⁊ quidem rõsperam.

est dictum. Uos aũt fortasse ciuitatẽ tyrãnide pressam nunq̃ vidistis. CLI: Ego quidẽ videre eam mini me cupio. ATHE: Atqui qõ modo diximus/in ea inspicies. CLI: Quid nam? ATHE: Qõ nõ multo labore nec longo tẽpore tyrãno opus sit/ciuitatis mores mutare uolẽti. Nam siue ad virtutis officia siue ꝓtra ciues ꝓducere uelit/ipse primus viã per quã sequant ceteri ingrediat oportet: oiaq; in seipso primũ exprimat: agẽdo alia quidẽ laudãs atq; honorãs/alia vo vituperans: t eos qui non obediũt in singulis actionib⁹ semp dedecorãs. CLI: Quomodo vo ubiq; magnũ quid aut arduũ existimabimus: ut ciues eum statiz sequant: qui ita suadet t cogit? ATHE: Nemo uobis persuadeat o amici aliter vnq̃ citius t facilius q̃ principũ exẽplo leges in ciuitate mutari. Neq; aliter ocius aut fieri nũc existimetis/aut futuruz. Profecto hoc nobis neq; impossibile est/neq; factu difficile Sed illud difficile factu est/raroq; longo in tẽpore factum. Quod siquãdo cõtigerit/innumera ciuitati cui eueniet t immensa bona efficiet. CLI: Quid illud? ATHE: Siquãdo diuinus amor tẽperate iusteq; agẽdi magne potẽtie innascat: que aut in vnius sita sit potestate/aut in pluriũ principatu diuitiis uel nobilitate generis excellẽtium: aut siquãdo naturã nestoris quis reduxerit/quẽ t dicẽdi facũdia t tẽperantia vite multo magis oibus excelluisse ferũt/qualis quidẽ vir troie tẽporibus fuisse dicit/nostris aũt minime/si inq̃ talis quãdoq; vir fuit/aut erit/aut nũc inter nos est alicuis: t ipse beate viuit: t illi quoq; beati sunt: qui fluẽtia ex ore modesto audiũt uerba. Eadẽ quoq; de vniuersa potẽtia ratio est: qõ videlicet cum in eodẽ hoie bene cum prudẽtia t tẽperãtia simul/potẽtia summa ꝓuenerit/tũc demum gubernationis optime/optima rũq; legũ elucebit origo. Aliter aũt nunq̃. Ueruz hec tanq̃ fabula quedã oraculoz ritu dicta sint/ostẽsũq; sit/partim difficile esse/ciuitatẽ bonis fundari legib⁹/partim vo si cõtigerit id qõ diximus/lõge oium facilimum t breuissimi temporis opus. CLI: Quo pacto? ATHE: Sed conemur iam ciuitati tue rem oẽz accõmodãtes tanq̃ seniores pueris/leges oratione ꝓfingere. CLI: Aggrediamur iam id sine mora. ATHE: Deum in primis ad ciuitatis ꝓstitutionẽ inuocem⁹. Qui utinã audiat: exaudiensq; ppitius t benignus nobis adueniat: vna nobiscũ ciuitatez t leges exornaturus. CLI: Veniat opto. ATHE: Sed qualẽ nam disciplinã ciuitati tradere uolumus? CLI: Declara si placet/qd dicere uelis. Utrum populi potestatẽ/uel paucorum/uel optimatũ/uel regnũ. Neq; enim tyrãnidẽ te dicere arbitramur. ATHE: Age iam uter uestrũ prior mihi respõdere vult: que naz ex his sue patrie res.p. est? MEGIL: Num par est/quia senior sum/ut ipse prior respondeam? CLI: Forte. MEGIL: Luz lacedemoni cam hospes rez.p. mẽte reuoluo/nõ facile tibi possuz dicere: quomodo sit appellãda. Etenim tyrãnidi simillis esse videt. Nam ephorox potestas mirũ in modũ ibi tyrãnica. Nõnunq̃ tñ pre ceteris ciuitatib⁹ populari gubernationi apparet simillima. Negare aũt eam esse optimatũ rem.p. oino absurdũ. Regnũ quoq; in ea perpetuũ: qõ oium antiquissimũ tam a ceteris hoibus q̃ a nobis ipsis esse dicit. Quare ita subito interrogatus/reuerã/ut dicebam/nõ possum in pntia tibi distincte que illarũ sit respondere. CLI: Mihi quoq; megille hinde ac tibi contigisse videt. Nescio enim quã illarum potissimuz gnosiam esse affirmem rez pu. ATHE: Uere eniz o viri optimi rei.p. uos participes estis. Que aũt modo noiate sunt/nõ res.p. sed urbiũ habitationes quedã sunt: in qb⁹ pars vna seruit alteri dñanti/t a partis dñantis potentia/tota nomẽ accipit gubernatio. Oportebat aũt si hoc modo noianda sit ciuitas/dei ipius noie nũcupari qui illoz qui mentis compotes sunt/uerus est dñs. CLI: Quis autẽ iste deus? ATHE: An fabula paulisper utẽdum/si uolumus cõmode qõ modo quesitum est/declarare? An nõ sic faciũdũ? CLI: Sic oino. ATHE: Multo añ habitationes urbiũ/de qb⁹ in supioribus facta nobis mẽtio est/principat⁹ qdã t gubernatio sub saturno ualde felix fuisse dicitur: Cui⁹ imitationẽ quãdaz habet: que nũc ab optimatibus gubernat. CLI: Attentius ergo de ipsa/ut videt/est audiẽdũ. ATHE: Mihi qdẽ ita videt: proptereaq; in mediũ modo ꝓduxi. ME: Recte tu quidem: ac ꝓbe facies/si sequẽtẽ fabulã quatenus ꝓuenit/exposueris. ATHENI: Faciã ut dicitis. Fama ꝓfecto beate illi⁹ vite ad nos usq; puenit: copiosa ipsaz oia/suaq; spõte pata habuisse: Cuius rei causa fuisse hec tradit. Cũ itelligeret saturnus/quẽad modũ ipsi narrauimus/nullã hois naturaz res humanas ita gubernare posse/ut si oib⁹ arbitratu suo dñet/lasciuiozi supbia iniustitiaq; nõ repleat: cum hec inq̃ nõ ignoraret/nõ hoies sed diuiniozis pstãtioziscq; generis demones/ciuitatib⁹ nostris reges principesq; ꝓfecit: qõ nũc nos in ouiũ gregib⁹ aliorũq; cicurũ armẽtis facimus. Nõ eniz bob⁹ boues nec capris capras ꝓficimus: sz nos ipsis genus melius dñamur. Similiter deus hoies amãs gen⁹ demonũ generi nostro prestãtius nobis prefecit. Qõ summa tam sua q̃ nostra facilitate nostrarũ rerum curã habebat/pacẽq; t pudicitiã/libertatẽ t iustitie copiam prebẽs/ꝓcul a seditione ac felix hoium reddebat genus. Hic utiq; sermo ueritate usus asserit/ciuitatibus oibus/quib⁹ nõ deus/sed mortalis alicis dñetur/nullam vnq̃ malorũ laborũq; fore qdem. Sed omni studio imitari nos iubet vitaz/que sub saturno fuit: t quãtuz in nobis est immortalitatis/ipsi obtẽperãtes/priuatim t publice domos ciuitatesq; gubernare: ipsam mẽtis distributionẽ/legẽ nũcupãtes. Naz si homo vnus aut paucorũ aut etiaz populi potestas/uoluptati t cupiditati dedi tum aium habeat/hisq; repleri desideret/cunq; id minime assequat/inexplebili inextinguibiliq; ardore t insanabili morbo uexet/dñetur autez ciuitati aut priuatis nõnullis/statim spretis legibus/nõ est ut modo dicebamus/spes ulla salutis. Cõsiderare decet o clinia utrũ huic rõni credendũ sit/an aliter faciẽdũ. CLI: Necesse est ut credam⁹. ATH: Perspicis tot legũ spẽs/quot t gubernationũ a qbusdã existimari: gubernationum vo spẽs/quot multi ponũt/paulo añ narrauim⁹. Neq; de re vili nũc: sz de maxima nobis eẽ questionẽ existimes. Nã quo iustũ t iniustũ respicere debeat/rursus in ambiguitatẽ incidit. Nec eniz ad bellũ nec ad oẽz vtutẽ referri leges debere aiũt: sz ad illud poti⁹ qõ ꝓstitute rei.p. ꝓferat quecũq; illa sit/ut dñet semp/nec pereat: Justiq; definitionẽ sic natura optime se bẽre ꝓtẽdunt.

CLI: Quo

Natura Nestoris

potestas Ephorox

CLI:Quo pacto? ATHE:Quod potētiori ꝓfert.
CLI:Apertius dicito. ATHE:Sic accipe:leges ut aiunt semp in ciuitate ponit/quod dñatur. ℍône?
CLI:Utiq;. ATHE:Nunquid existimas inquiunt uel populum superātem/uel aliam quampiam rez pu.uel tyrānū/ad aliud ꝓius spōte leges laturū q̄ ad utilitatem suā/hoc est sui ꝓncipat⁹ stabilitatē?
CLI:Non ad aliud. ATHE:Sicꝫ aūt huiusmodi leges trāsgredīat iam positas/ut iniquus punietur ab eo qui has institutiones induxit/iustasq; appellat. CLI:Sic apparet. ATHE:Sic itaq; iustum se semper hēbit. CLI:Sic sane hec asserit rō. ATHE NI:Una ꝓfecto hec iniq̄tas ex illis est/que de pncipatu sunt. CLI:Ex quibus? ATHE:Ex his in q̄/quas supra narrauimus/quos q̄bus impare oporteat/exponētes. Diximus aūt parētes filijs atq; ne potibus:seniores iunioribꝰ:generosos ignobilibus dñari debere:ꝛ alia quedaz si tenetis:quorum alijs alia impedimēto sunt. Ex quibꝰ vnū hoc erat. Ad iecimusq; pindarū existimare/ſm naturā ac iustuz impium esse/ut potētiora imbecilioribus dñentur. CLI:Hec certe tūc dicta fuerūt. ATHE:Cōsidera taz quibus nostra ciuitas cōmittēda. Milies nāq; in ciuitatibus nōnullis id cōtigit. CLI:Quid nam? ATHE:Cū de pncipatu certatū eēt qui vicerunt adeo ad se solos rem cōtraxerūt:ut nullum victis eorūq; posteris magistratū ꝓcesserint:cauētes semper ne quis ex victis potētiā adeptꝰ/ insurgat priorum memor malorꝫ. Has quidē nos negamus esse res.p.neq; cēsemus rectas eē eas leges:que nō sint cōmuniter totius ciuitatis gratia posite. Qui autē aliquarū partiū gratia leges cōdunt/eos nō ciues/sed seditiosos putamꝰ:ꝛ iura sua frustra sic ab eis uocari cēsemus. Hec aūt eam ob causam dicimus:q; nos tua in ciuitate nō ideo magistratꝰ alicui dabimus:qō diues sit:aut huiusmodi dq̄ possideat/ut robur/magnitudinē/generis claritatē. Ei vo qui positis legibus parebit maxime:ꝛ hac re ceteris in ciuitate prestabit/deorꝫ quoq; cultū ꝛ ministerium dabimꝰ:maximū quidē primo:secūdū vo illi qui se cūdo loco excellet. Eadēq; rōne sequētibus/singula pro dignitate distribuemus. Magistratus autez legū ministros appellaui:nō q; innouare uocabula cupiā: sed q; putē salutē hinc maxime ciuitati fore ꝛ cōtrariū ex cōtrario. Interitū enim paratum illi ciuitati video/in qua nō lex magistratibus/sed legi magistratus presunt:Salutē vo illi ubi lex/seruientibus magistratibus dñatur. Cūcta certe bona que dō ciuitatibus prebēt/huic affore cerno. CLI:Per iouē hospes acute/ut etas tua postulat/pspicis. Iuuenis enim hec obtuse admodum/senex acutissime cernit. ME:Vera loqueris. ATHE:Quid vo deinceps? Nōne uenisse iam ac deesse colonos arbitrari debemus/reliquūq; ad eos sermonez peragere? CLI:Quid phibet? ATHE:Sic itaq; ad eos dicamus. Deus o viri/sicut antiquus quoq; sermo testat/pncipiū/finē/ꝛ media rerū oium ꝓtinens recta/peragit ſm naturā circuēs. Hunc semp iudiciū comitat/eos qui a diuina lege desciuerint puniēs. Cui quidē iudicio quicūq; felix futurꝰ est adherēs humilis subsequit atq; cōpositus. Qui aūt supbia elatus est/qō pecunia uel honoribus antecellat/uel corpoꝛis forma polleat/qua cum iuuenilis animꝰ dementia simul ardeat ꝛ petulantia:quasi nec pncipe nec duce ullo indigeat/sed alioꝝ ipse sufficiēs ductor sit/is penitus a deo deserit. Deseruꝰ autez ꝛ alios huiusmodi nactꝰ/exultat/oīa simul perturbās:multisq; videtur minime ꝓtēnēdus: breui tñ postea inculpabili dei punitus iudicio/seipsum/domum suam/ciuitatemq; vniuersam simul euertit. Cuz hec igit ita dispositasint/quid facere ꝛ cogitare/quidue cauere/prudētem oportet? Nemini dubiū/quin cogitare quisq; debeat qua rōne ex eoꝝ numero sit qui deū sequantur. Que nam igit actio a deo amatur/deūq; sequit? Una certe/rōnem vnā antiquā habēs atq; precipuaz. Qō simile simili/qō moderatū sit/amicū est. Immoderata vo neq; inuicē neq; moderatis sunt amica. Deꝰ ꝓfecto nobis rerū oium maxime sit mēsura:multoq; magis q̄ quiuis ut ferūt homo. Qui igit huic tali amicꝰ fore studet/eum necesse est/ut q̄ maxime pro viribus talis efficiat. Atqui ſm hāc rōnem quisquis hoium tēperatus est/deo est amicus. Similis eniz. Intēperatꝰ aūt/dissimilis/differēs/ꝛ iniustus:ceteraq; similiter. Sed intelligamus ad hec rōnem illā sequi oiuz rōnū ut arbitror/pulcherrimā atq; uerissimā:qō bonuz virum decet sacrificare dijs ꝛ interesse diuinis. Hēpe illos ꝓsequi/orationibꝰ/muneribus/alioq; cultu diuino/pulcherrimū/optimū/cōmodissimū ad beataz vitam. Idq; pre ceteris est decorū. Malo aūt cōtra cōtingūt oīa. Impurus enim mali est aius:boni aūt purus. Ab impuro autem capere munera/neq; bonum virum neq; deum decet. Frustra itaq; circa deos prophani laborat: qō oportune faciunt oēs sancti. Atqui signum quidē hoc est/quo aciē debemus intēdere. Sagitte vo ad illud que nam? ꝛ quis ꝓprius ipsarū impetus/rectissime diceret? Principio post celestiū/ciuitatiq; presidētiū deoꝝ honores/siquis terrestribus dijs paria/secūda/precipua munera tribuat/rectissime signum ipsum pietatis attinget. Que vo horꝫ supra positorum imparia/ꝛ alterna uoce respōdentia supradictis/post deos istos demonibus vir mētis compos sacrificabit:heroibusq; post demones. ¶Sequūtur statue patriorꝫ deorum proprie ſm legē ꝓsecrate. Demū viuētium cultus parētum:quibus fas est/prima ꝛ maxima debita/oium antiquissima debitorū persoluere. putare enim quisq; debet/oīa que possidet/eorū esse qui genuerunt ꝛ educarūt. ita ut illis hec oīa pro viribus ministrare debeat/primū quidem externa bona. deinde etiā corporis:postremo que ad aium pertinet: hec oīa videlicet mutuo data persoluens:ꝛ pro curis doloribusq; priscis parētum/in senecta recentes reddens/quādo maxime indigēt. In uerbis quinetiā per totam vitā parētes uenerari maxime decet. Leuium enim uolatiliūq; uerborū grauissima imminet pena. Nam oibus preposita est Nemesis iudicij angelus/huiuscemodi oium consideratrix. Oportet itaq; iratis animūq; explētibus cedere/seu uerbis siue rebus id faciant. non ignorātes patrem iure admodum filio ualde succēsere. siquādo ab eo iniuriam sibi fieri arbitret. Adortuis vo parētibus monumēta decētissima/que tēperatissime structa. Neq; ꝓsuetā magnitudinez oportet excedē:neq; minora illis facē/que maiores genitoribꝰ suis struebāt. Annuas quoq; curas defūctorꝫ que ornamētuz afferūt instaurare decet/ꝛ noua q̄tidie

repetita memoria semper parẽtes summopere bono
rare/impẽdio moderate pro fortuna utentes. Si hec
seruabimus/vitãq; semp ita agemus singuli/digna a
dijs ceteriscq; natura nostra superioribus omnib⁹ pre
mia reportabimus: plurimum bona cum spe viuẽtes
Que vo erga filios ⁊ nepotes. cõsanguineos. amicos
ciues. pegrinos: deos semp colẽdo in cõgressum horũ
oium operari quisq; debeat: atq; ita vitã suam ꝑm le
gem illustrare: legũ ipsarũ tractatio demõstrabit: par
tim quidẽ suadẽdo/partiz vo duriores mores/vi sup
plicioq; cogẽdo/atq; ita ciuitatẽ nostrã/fauẽtib⁹ dijs/
felicẽ beatãq; efficiet. Que vo oportet rursus ⁊ neces
sariũ est ut legis lator/qui eadẽ agitet que ⁊ ego / edis
serat / neq; tñ sub ipsa legis forma cõmode dici posse
vident/hoz exẽplũ in primis tam ipsi legũ latori q̃ le
ge instituẽdis arbitror afferẽdũ: deinde legũ positionẽ
incipiẽdã/reliqua oia pro viribus discutiendo. Talia
vo q̃ maxime figuram habeant haud sane facile vna
quadã formula cõprehẽdi põt. Sed ita de ipsis modũ
aliquẽ capiamus/siquid de ipsis asseuerare possum⁹.
CLI: Dic age quẽ modũ. ATHE: Uellẽ eqdez eos ad
virtutis officia persuasos maxime ⁊ obtẽperãtes eẽ:
idq; legis lator facere ubiq; conabit. CLI: Quid ni?
ATHE: Que igit dicta sunt nõ nihil ad illud cõduce
re mihi vident. ut si nõ crudus oino audietis aius sit/
mitior beniuolẽtior q; in audiẽdis ꝓceptis efficiat. be
niuolẽtior vo factus/facilius perdiscat: qd si non oino
peragat/aliquo saltẽ modo factũ/satis esse putanduz
est. Non enim magna est eoz copia/qui optimi q̃ ma
xime ⁊ celerrime conent euadere. hesiodũ vo sapiẽtẽ
multi predicãt cum dicat viã ad vitia planã esse/ac si
ne sudore pagi/cum breuissima sit. Ante virtutẽ vo in
quit sudorẽ dij immortales posuerunt. Ac via que ad
eaz ducit/lõga/ardua/⁊ aspa primũ. sz postq̃ ad sum
ma fastigia peruẽtũ est/que ardua via fuerat/facilem
ꝑstat callẽ. CLI: Bene dicere videt. ATHE: Ita cer
te est. Uerũ quo sermonis spectabat ꝓgressio/uolo in
medio uobis ꝓponere. CLI: Ponas. ATHE: Ora
tionẽ ad legis latorez sic uertamus. Dic nobis o legis
lator/Si scires quid agẽdũ dicẽdũq; nobis sit nonne
diceres: CLI: Necessario. ATHE: An nõ paulo ante
te dicẽtẽ audiuim⁹ nõ debere legis latorez poetis per
mittere/ut quecũq; sibi placẽt/effingãt. Nõ enim itel
ligũt/que dicta cõtra leges noceãt ciuitati. CLI: Uera
loqueris. ATHE: Si de poetis hec ad eum dixerim⁹
erunt ne nobis modeste dicta? CLI: Que nam hec?
ATHE: Uetus o legis lator fabula passiz a nobis fer
tur: atq; a ceteris oibus ꝓfirmat/poetã qñ in muse tri
pode sedet: nõ esse mẽtis cõpotẽ sed quasi fontẽ fluere
⁊ quecũq; influũt: plus effundere. Cũq; ars eius imi
tatio quedã sit/⁊ ꝓtrarios affectus hoium exprimat/
sepe cogi poetã sibiipsi ꝓtraria dicere: neq; scire utrũ
hec an illa uera sint. Legis lator aũt nõ licet duo que
dam diuersa de vno in lege loqui: sed vnũ debet semp
enũciare de vno. Jd autez ex his que modo dicebas
aiaduertes. Cũ sepulchroz alia excedãt: alia deficiãt
alia mediũ teneãt/mediocria tu simpliciter laudasti /
fieriq; sola iussisti. Ego aũt si uxor mihi ditissima eẽt/
iuberetq; ut eam magnifice sepelirẽ in poemate exce
dens sepulchrũ laudarẽ. Paup aũt vir atq; auarus /
deficiẽs. Qui vo mediocres diuitias possidet si ipse
quoq; moderat⁹ sit/mediũ laudabit. Sed tibi nõ ita
dicẽdũ sicut dicebas modo/ut. s. mediocre solũmõ
dicas/sz qd quãtũq; mediocreq; sit/exponẽdũ. Ali
ter ne putes orationẽ huiusmodi legez eẽ: CLI: Ue
ra loqueris. ATHE: Utrũ qui legibus ꝓdẽdis incũ
bit/nihil tale in legũ exordio dicet: Sed statim qd
faciũdũ sit/⁊ quid nõ/exponet: mulctaq; imposita
ad aliã se legẽ uertet: nulla rõne ad exhortãdũ per
suadendũq; allata. Afferamus aũt in medium mo
dos medẽdi duos/quibus alij medici aliter curare
cõsueuerũt. Ut quẽadmodũ pueri medicũ orãt ut
modo quodã facilime eos curet/ita ⁊ nos leguz la
torẽ. Quod ut fiat aptius/nõne dicimus quosdam
medicos esse/⁊ quosdã medicoz ministros: quos
etiã medicos appellamus: CLI: Sic oino. ATHE
NI: Siue liberi sint seu serui/qui dñoz iussu/consi
deratione/usu/⁊ experiẽtia artẽ possideant/nõ au
tem ꝑm naturã: sicuti liberi/qui ⁊ ipsi sic didicerũt
⁊ suos filios istruũt. An ponis duo hec genera me
dicoz: CLI: Quid ꝓhibet: ATHE: Num igit itel
ligis cum serui ⁊ liberi in ciuitate egrotẽt: seruos a
seruis plerũq; curari: Qui ⁊ in medicoz officinis
uersant ⁊ oia circuũt/nec rõnẽ ullã de singulis ser
uoz morbis aut reddũt aut accipiunt: sed que usu
ꝓdesse vident/quasi exacte sciẽtes tyrãnoz instar
superbe ⁊ pertinaciter impant. atq; ita a seruo ad
seruũ medẽtes trãsuolãt. Jn quo sane ad curãdos
egrotãtes dño facilitatem parãt. liber aũt medicus
liberoz ut plurimũ morbos curat atq; cõsiderat.
ita ut a principio morbi naturã perquirat: cõmuni
terq; cum egrotãte atq; eius amicis uersetur/tũ di
scendo ab illis nõ nihil/tum quoad fieri põt doce
do: ne antea impat quicq; q̃ ꝑsuaserit. Atq; ita per
suadendo semper mãsuete ad sanitatez perducere
ATHE: Amicitia que a contrarijs ꝓficiscit/dura est ⁊ aspa: ⁊ sepe vicissitudinē in nobis non habet. Que vo a similibus/placida: cōmunisq; per vitaz. Ubi vo ex utrisq; cōponit benivolentia. primo nō facile cognoscit/qd sibi uelit / qui tertio hoc amat amore. Deinde ab utrisq; in ꝛia tractus ⁊ ipse qd faciat/dubitat: cū ab altero/etatis uti flore iubeat/ ab altero ꝓhibeat. Nā qui corpus amat: eiusq; forma quasi fructū quēdā esuriēs petit/is satiari dum taxat querit/nullūq; aio amati ꝓbet honorē. Sed qui minus de corpe curat/ ⁊ aio ꝓsiderat potius q̄ desiderat/cum ipsuz/ut decet aium diligat: corpis usum petulātia ⁊ cōtumelia arbitrat: cūq; tēperantia/fortitudinē/magnificētia/ ⁊ prudentia uereat ⁊ colat/cum casto amico castus viuere uolet. Amor aūt ex utrisq; his cōpositus / ipse est quē modo loco tertio ponebamus: Quz ergo tres sint amores/ utrū oēs lege pellēdi sunt: An videlicet euz in ciuitate suscipiemus qui vtutē respicit: ⁊ adolescētē fieri q̄optimū cupiat: Duos autē alios/si fieri potest/repellemus: Nūquid aliter tibi o amice megille videt: ME: Probe admodū de his modo dixisti hospes. ATHE: Nō frustra o amice cōiciebaz tuū mihi cōsensum affore. Nō oportet aūt me nūc quid de his uestra lex sentit inqrere: sed qō admittis accipe. Clinie vo postea id psuadere conabor. Nō a nobis datū est/modo accipiat legesq; diligēter cōsiderem⁹. ME: Rectissime loqueris. ATHENI: Artē in hac lege ferēda quādā habeo/ partim quidē facilē: partiz oino difficilē. ME: Quomodo istud: ATHE: Cōstat nūc quoq; plurimos hoium quāuis iniqui sint/bene ⁊ diligēter ⁊ sponte a pulchrorū cōiunctione sese abstinere. ME: Nū id fit: ATHE: Nū frater aut sororz eximia pulchritudine alicui sit/a filio quoq; filiaq; lex eadem/quāuis scripta nō sit/sufficiēter repellit: ꝓhibetq; ⁊ manifestū ⁊ furtiuū istorū cōcubitū. Immo vo facit/ne cupiditas quidē ulla rei huius vulgus aggrediat. ME: Uera narras. ATHE: Unuz ergo uerbū atq; breuissimum oēs huiusmodi uoluptates extinxit. ME: Quid illud: ATHE: Qō fas nihil horū eē dicitur: sed apud deū odio haberi: ⁊ turpiū oium eē turpissima. Causa autē nōne hec est: Quia nemo aliter p̄dicat: sed statiz ab ineūte etate ⁊ loco simul ⁊ serio dictā ⁊ sepius in tragedijs hec eadē audiūtur. Quādo uel thyestē uel edipodē uel machareū mortē sibi debitā sceleris penā conscivisse propter huiuscemodi uenerē narrāt. ME: Recte istud dictū est. Mirā eniz fame potētiā nouim⁹: qñ nemo aliter q̄ iubeat lex ne respirare qdē audeat. ATHENI: An nō recte dictū est a nobis: qō uolēti legis latori cupiditatē aliquā earū que uehementer sibi subigunt hoies/rationi subicere/facilis cognitu modus est: Quippe si famā huiusmodi/apud oēs seruos ⁊ liberos/masculosq; ⁊ feminas/ ⁊ vniuersaz ciuitatē quasi sacrū quiddā dicauerit/ firmissimaz istā legē efficiet. ME: Ita ꝓrsus. Qua vo rōne id assecq; poterit ut libēter idē oēs p̄dicēt. ATHE: Pro be obiecisti: Ideo eniz a me dictū est/artem me ad hāc legē hēre: ut sm naturā ad ꝓcreationē uenere hoies utant. Abstinēdū igit a maribus iubeo. Nā qui istis utunt/genus hoiuz dedita opa interficiūt in lapidē seminātes/ubi radices agere qō serit nunq̄ poterit. Abstinēdum quoq; ⁊ ab agro illo femineo/ ubi semē germina nolit ꝓducere. Hec lex si perpetuo in alijs/sicut in necessitudine paterna cōseruabit/in numerorū erit bonorū causa. Nā primo sm naturaz statuta erit: Deinde ab oi amorū rabie atq; furore/ adulterijs/potusq; ⁊ cibi nimio luxu repellet. Uxoribus quoq; viros cōciliabit: ⁊ alia plurima pariet bona: si apud quenq; fuerit stabilita. Sed forsan si uehemēs aliquis iuuenis / multo spermate plen⁹ hāc legē ferri audierit/improbabit ꝓtinus: ⁊ alta uoce clamabit/ipossibilia stultaq; a nobis lege sanciri. Qō q̄dez cū considerarē/dixi artē me hēre: quodāmodo facilimā/quodāmodo etiā difficilimā/ad legē hāc obseruandā. Facile namq; intellectu est: quomodo id possibile est. Nā cū apud oēs legitima hec sentētia dedicata fuerit: alios oēs domabit: efficietq; ut metu latis legib⁹ pareāt. Sed eo iā res puenit: ut nunq̄ effici posse videat: sicut nec cōiuū quidē studiū credebat ab vniuersa ciuitate perpetuo posse obseruari. Et tamē apud nos re ipsa fieri videt: qō inter mulieres nec in ciuitatibus quidē uestris fieri posse putat. Hac eq̄dē ratione ꝓpter huius incredulitatis vim difficilimuz esse dixi hec utraq; lege seruari. ME: Et recte quidē. ATHE: Qō aūt supra vires humanas non sunt/sed fieri possunt/vultis ut uerisimilē quādā rōnez uobis exponā: CLI: Cur nō: ATHE: Utrū facilius q̄spiaz a uenereis abstinebit: uoletq; ordinē his ipositū moderate seruare: cū bene ex prudēti aliqua diligentia corpus affectū fuerit: An cū cōtra: CLI: Multo magis cū bene atq; ex arte. ATHE: Nū igit de tarētino Icco nō audiuim⁹: qui propter olympica aliaq; certamina: artificioso circa hec studio: tēperantiā simul ⁊ fortitudinē ai cōsecutus: nullā vnq̄ in toto exercitationis sue tempore venerē cognouit. Idem quoq; de Chrisone astylo ⁊ diopnmpo alijsq; q̄ plurimis fert: q̄q̄ o clinia multo peius aios bonis artibus excoluerant/q̄ tui meiq; ciues. corpib⁹ certe multo magis vigebāt. CLI: Uera narras: qō a priscis ita ab athletis facta hec fuisse p̄dicant. ATHE: Illi igit ut in luctando ⁊ currēdo ceterisq; huiusmodi vincerēt alios ab ea uoluptate que beata vulgo existimat / abstinē uoluerūt: Nostri adolescētes victorie causa lōge prestātioris/nō poterunt: quā nos carminib⁹ fabulisq; ⁊ soluta oratione ⁊ cātibus eē optimā statiz ad puerorū aures p̄dicabimus/ ⁊ ut uerisimile est oblectādo persuadebim⁹. CLI: Quā victoriā dicis: ATHE: Ut uoluptate inq̄ victa feliciter viuant: victi aūt ptra. Pretera mei⁹ ille/ne qō minime fas est/cōmittat / nōne ad idē potissimū cōferet: ut ea videlicet superent: que alij q̄ uis deteriores/supasse dicunt: CLI: Consenta neū id quidē. ATHE: Postq̄ huc in lege hac ferēda deuenimus/ ⁊ ppter multoz prauitatē in dubitationez incidimus/audacter iā manifesteq; dicamus/nō oportere ut ciues nostri auibus multisq; belluis sint peiores. Permultos eniz greges ipsarū videmus integre atq; caste/anteq̄ ꝓcreādi tēpus aduenerit / viuere. Sz cū hāc etatē attigerint/mas femine ⁊ femina mari piūcte/iuste/sancteq; in ꝑma pseuerātes amicitia reliquā pagūt vitā. Oportet igit eē cos bestijs meliores. Quod si a ceteris grecis barbarisq; plurimis corrūpant/nec possint se cōtinere: cū videāt audiātq;

inordinatã apud eos uenerẽ/plurimũ posse/alteram ꝓterea legẽ custodes legũ ad ferẽdas leges auctorita tẽ nacti/excogitẽt. CLI: Quã modo ferre legẽ cõsulis si hãc nõ suscepint? ATH: Que hanc o clinia sequit? CLI: Que naꝫ illa est? ATHE: Ut q̃ maxime labori bus corpis ueneris robur ifringãt: ꝛ alio vires suas cõuertãt. Qd erit/si nõ impudenter ipsa utent. Nã si rarius ꝓpter ruborẽ id fiat: ibecilior erit domina. Clã ergo cõsuetudo ꝛ lex non scripta hec fieri suade at: cõtra aũt fieri uelut turpe dissuadeat. Turpeq; sic nõ oino agere. Sic eniꝫ ꝛ secũdo seruabim⁹ honestũ loco. Et genus vnũ hoiuꝫ / tria genera ꝓtinẽs/hoies deprauate nature: quos sui dños esse negamus: coget utiq; ne leges ꝓtenãt. CLI: Que tria genera? ATHE NI: Cultores inq̃ deoꝝ: honoris amatores: ꝛ qui nõ corpoꝝ sed ai moꝝ pulchritudinẽ diligũt. Hec quasi per fabulã dicta uotoq; similia: multũ tñ ciuitatibus omnibus si ea seruare potuerint/collatura. Fortasse aũt si deus uoluerit: duorũ alterum in amatoribus asse quemur: Uel ut nemo generosas liberasq; mulieres ꝓter uxorẽ audeat tãgere: nec ullus nothos ex concu bina suscipiat: nec infecũdos mariũ agros ꝓter natu rã ferat. Uel alterũ quidẽ oino tollemus: ne ds cũ ma ribus cõgrediat. Siquis aũt alijs mulierib⁹ cõmisceat q̃ cũ his que cũ dijs sacrisq; nuptijs domũ uenerunt emptis videlicet/uel alio quocũq; modo acquisitis: nisi viros simul mulieresq; oẽs lateat/ ifamis lege oĩ busq; ciuitatis honorib⁹ ceu peregrinus aliquis ꝑuat⁹ sit. Hec lex siue simplex siue duplex sit: de rebus uene reis amatoriisq; oibus: quas inter nos ꝓpter huius modi affectus recte uel nõ recte agimus/lata sit. ME GIL: Ego equidẽ hãc legẽ ualde ꝓbo. Clinia vo iste/ quid sibi videt/nobis aperiat. CLI: Facia o megille: cũ occasio dabit. Nũc aũt sinamus hospitẽ ulterius in ferendis legib⁹ ꝓgredi. ME: Ꝓrobe. ATHE: Sed adeo ia ꝓgressi sum⁹: ut ad cõuiuia deuenerim⁹: quã quidẽ rẽ alibi difficilẽ esse dicim⁹. In creta aũt nemo frustra existimabit fieri oportere. Quomodo autẽ: utrũ ut hic/aut quẽadmodũ apud lacedemonios: an tertius quidã modus utriusq; his melior inueniat: nec inuẽtu difficile id mihi videt: nec inuentũ cum fuerit maxime ꝓfuturũ. Enumero cõcinne ꝛ nũc cõstituta vident. Sequit nunc ut de victu/quomodo hẽri pos sit/dicamus. Victus in alijs ciuitatib⁹ multiplex ua rijsq; ex locis: maxime vo duplici ex loco in ceteris cõparat. Nã ex mari ac terra plurimis grecorũ ciui tatibus aduehit: cũ istis terra solũmodo aduehatur. Que res legũ latori facilior. Multo eniꝫ maior q̃ di midia pars legũ sufficiet. Ꝓterea cõueniẽtiores li beris hoibus leges ponent. Nau aliũ eniꝫ ꝛ mercato rũ cauponũ diuersoriũ/publicanorũ / pmutationũ fo dicinarũq; metallicarũ/ꝛ mutui fenoris/ac mille hu iusmodi leges ferre nõ admodũ cogit. Quare in ciui tate hac nostra legum cõditor his omissis duntaxat agricolis/pastorib⁹ / apũ curatoribus/ taliũq; custo dib⁹/atq; ministris leges dabit: cũ de nuptijs libero rũq; ꝓcreatione. educatione. disciplina: magistratu umq; designatione/maxima ex pte tractauerit. Nũc ergo ad leges de victu deq; ijs qui labore suo ipsum parant/uenire necesse est: ꝛ agriculture leges primo ponãtur: primaq; terminalis iouis hec. Nemo fines atq; terminos terre moueat: nec ciuis vicini nec fini timi pegrini/si agri extrema possideat sed putet id esse uere qõ fert/hic imobilia mouet: malitq; vnus quisq; saxũ ingẽs mouere / q̃ paruũ lapidẽ iureiu rando a dijs firmatũ quo amicitie ꝛ inimicitie ter minẽtur. Alterius eniꝫ iuppiter ꝓtribulis alterius hospitalis/est testis: qui hostili ꝑlio semp isurgũt. Qui legi obtempat: indẽnis utiq; sit. Qui eã despe xerit/duplices penas luat: primo quidẽ deo vindi ce/deinde lege: que iubet ut nemo spõte vicini agri terminos moueat. Eũ vo qui mouerit quicũq; uo luerit ad agricolas deferat. agricole ad iudictũ du cãt: a quo dãnatus utpote terminoꝝ clã viq; turba tor/reddat/patiaturq; / ꝑut iudices iudicauerint. Multa deinde paruaq; dãna in vicinia sepius fa cta/magnas inimicitias pariũt/ vicinitatẽ difficilẽ ꝛ amarã reddũt. ꝓpterea caueat vicinus ne vici no noceat/cũ in alijs tũ uel maxime in agris colen dis. Nocere nãq; nõ difficile: sꝫ cuiuslibet hois est prodesse vo nõ cuiuslibet. Quicũq; vo fines egres sus/vicini coluerit agros damnũ restituat: ꝛ impu dẽtie atq; illiberalitatis penas luat: duplũq; loco mulcte ipi deponat cuius agrũ coluit. Cognitores vo ꝛ iudices cẽsoreseq; huius rei agrorũ curatores sint. In maioribus quidẽ ut supra dictũ est/vniuer sus duodecime partis ordo: in minorib⁹ vo/qui cu stodijs ꝑsunt. Siquis pascuis noceat/illi cõsidera tis dãnis iudicẽt atq; condemnẽt. Si aliena exami na quis ꝑsequit: atq; era pulsans delectatiõe apes ad se trahit/damnũ restituat. Siquis ignẽ in mate riaꝫ sic imiserit/ut vicino non caverit/prout magi stratibus videbit/cõdemnet. Similiter qui in plan tãdo mẽsurã vicini agri nõ reliquit / ita plectat/ut a pleriseq; legũ latoribus sufficiẽter est dictũ. Quo rũ legib⁹ uti debemus/nec putare multa ꝛ minima que cuiuslibet leguꝫ latoris sunt/a maiori ciuitatis cõditore esse sanciẽda. Nã ꝛ de aquis prisce leges ꝛ bone sunt. Que ꝓfecto recitatione deriuãde nõ sunt. Sed qui aquã ad sua uoluerit ducere a publi cis fontibus ita deducat/ ut nullius priuati manife stũ fontẽ ꝑturbet. Deducat autẽ qua uelit/preterq; per domos aut sepulchra: aut loca dijs cõsecrata: nec aliud damnũ inferat/nisi qd ab ipso riuulo effi citur. Qd si aque inopia solo insita in locis aliqui bus aquas ab ioue ꝓdeũtes nõ retinet: cũ necessita te quispiam opprimat/in loco suo ad cretam usq; effodiat. ꝛ si hac in ꝓfunditate nihil aque inuene rit/tãtũ a vicinis aquet/quãtũ necessitas postulat. Sꝫ si vicinis quoq; pauca sit/aquãdi modus/quo utat quotidie/sibi ab agri curatoribus statuat. Si vo aque pluuiales abũdẽt/ꝛ qui inferiores partes habitãt aut colũt/defluxũ ita ꝓhibeat: ut superio rib⁹ noceãt: aut cõtra si supior inconsiderate fluere aquas pmittẽs: inferiori noceat/ꝛ cõuenire inter se nequeãt/in urbe qdez edilis/in agris vo/qui agris ꝑest modũ imponat: quẽ sicꝺ nõ seruauerit/iuidie ꝛ puersitatis penas ꝑsoluat: ꝛ vicino dãnum in du plo restituat. Fructuũ aũt cois huiusmodi partici patio sit. bina nobis gratie dona hec dea largitur. Unũ dionysiacũ: qõ recõdi nõ põt. Alterum vo qõ repositioni aptũ est. Hec igitur lex de fructib⁹ san ciat. Qui uuas aut ficus de rusticis fructibus ante vindemie tẽpus gustauerit: qõ arcturo concurrit/

q̄nquaginta dragmis:si de suo agro collegerit/ dio nysio dedicandas p̄soluat:sin a vicinis accepit/ mi nā:sin ab alīs/duas mine partes. Duas aūt ficusq; quos generosos noiauimus: neq; cōmode recōdi possūt quomodo ꝛ qñ uelit/si sua hec sūt colligat. sin vō aliena/qm̄ lex est:ut nemo moueat/que non deposuit:qui accepit nisi p̄suaserit: mulctet: Dō si seruus quispiā/nō persuaso agri dño/eas accepit/ p̄ singulis ficubus uuarūq; acinis equalia nume ro ūbera patiat. Inquilinus fructib⁹ emptis ad re positionē ineptis/si cupit/uescat: pegrinus autē in ipso itinere si trāseat solus/aut cū uno tantūmodo fructus nō reponēdos/si uelit hospitali cum uenia gustet. Alios aūt gustare quos rusticos dicim⁹ pe regrinos quoq; lex p̄hibeat. Sin vō repositioni aptos īscius tetigerit/seru⁹ quidē plectat. Liber aūt dimittat admonit⁹ ficus uuasq; solūmodo ad repositionez ineptas gustare licere. eas vō / ex qui bus passe uue ꝛ uinū ꝛ carice fiunt/minime. Pira vō ꝛ mala tū alia tum punica ceteraq; huiusmodi clā auferre/turpe nō sit. Siquis vō deprehēsus fue rit/pauciores annos q̄ triginta natus/sine uulneri bus uerberetur: atq; puniatur. nec pena ulla ꝓpter huiusmodi uerbera libero sit. Aduene quoq; de his fructib⁹ / pinde ac de ījs quos supius diximus reposition̄ ineptos carpe liceat. Si senior quispiā comederit/nec asportauerit/ut aduene pmissū est: ꝛ ipe quoq; oīuz huiusmodi fructuū particeps sit. qō si legi nō paruerit/ad uirtutis certamē ipotens habeat. si iudicibus huic rei p̄sidētibus tūc relatū hoc fuerit. Aqua nutriēdis ortis maxime oīum cō fert:sed facile corrumpi pōt. Terra vō ꝛ sol ꝛ aer/ que cū aqua simul ea nutriūt que terra nascunt:nō facile ueneno uel diuersione/uel ablatione corrūpi possunt/his aūt modis facile aque damnū īfertur. ꝓpterea legis auxilio indiget. De hac igit hec lex sanciatur. Siquis spōte alienā aquā/siue scaturien tē e fontib⁹/siue collectā ueneno aut foueis aut ab latiōe corrupit/ad ediles deferatur: ubi si deliqsse cōuincitur/damnū restituat: ꝛ fontes aut aquaruz uas:ut interpretes singulis semp facūdā purgatio nē iudicarint:ita purget. In aduectione aūt oīum que ab agris colliguntur:liceat cuiq; res suas:qua uelit aduehere:modo aut nulli dāno sit:aut sibi tri plū ꝓueniat lucrū eius dāni qō vicino infert. hoꝝ cognitores:magistratus sint. ꝛ ceterorū oīum que per iniuriā sponte quis aut ui aut clā uel per se uel per illa que possidētur ab eo in personā aut in rem intulerit. Hec inq̄ ad magistratus oīa deferantur: si tres dānū minas nō excedit. sin vō maius sit: ad cōstituta publice iudicia causa deferatur: ꝛ qui in iuriā intulit puniat. Dō si magistratuuz aliqs iniu ste de dāno alicuius sentētiā tulerit/duplum ei qui passus est iniuriā/debeat. Et oīno siquid per iniu riā fecerint magistratus:causa ipsa a quolibet uolē te in publico iudicio agitet. Infinita pene paruaq; restant īstituta:quib⁹ corrigātur errores in iudicij termino incitationibus citatoribusq; / siue iter du os siue iter multos citatio sit:ꝛ ceteris huiuscemo di:que nec a legibus p̄teriri possunt:nec tñ senioꝛe legū latoꝛe digna videtur. Ea igitur oīa iuniores/ priscas leges imitati/ꝛ parua ex magnis intelligen tes:necessariūq; istorū usum experiētia cognoscētes legib⁹ donec sufficiēter se hēant/ordinēt. Deinde suf ficiēter positis/imobiliter his utātur. De ceteris aūt opificibus/leges ita cōstituātur. Primo nullus ciuis opificio ullo detineat: sed nec seruus quidē ciuis ali cuius. Arte enīz magna que lōga exercitatione/ mul tisq; doctrinis indiget/occupatus est ciuis: cū cōmu nē ciuitatis ornatū ꝓcuret. que res nō leui quadā opa nō cōtēta est:sed p̄cipuū studium exigit. Duas vō ar tes aut studia duo diligēter exercere humana natura nō pōt. Nemo etiā satis pōt arti quidē vni uacare: ꝛ alterius artis opifici p̄sidere. Hoc igitur in ciuitate statutū sit: ut nemo earius simul ꝛ lignari⁹ faber sit nec lignarius faber/fabris errarīs magis q̄ opificio suo p̄sideat:occasionē hinc forte nactus qō dū curaz gerit multorū quasi ministrorū ipi elaborātium inde sue arti fiat accessus:ac per illos artē meli⁹ curet suā sed singuli opifices singulis artibus uacēt/ꝛ ab eis ui ctū acquirāt. hāc legē ediles ita obseruari ꝓcurēt: ut siquis ciuis ad artē aliquā/magis q̄ ad virtutis curā declinauerit/obprobrio atq; infamia notatuz ad cur sum suū cōuertāt. Sinaūt pegrinorū aliquis duabus artibus uacet/vinculis/multa/expulsione/vnā tātū cōplecti cogat. De mercede aūt opificū/de opis ipso rū approbatiōe aut improbatione/ de iniuria etiā quā uel patiūtur uel inferūt/ediles usq; ad dragmas quin quaginta cognoscāt: Maiora vō ad publica iudicia delata ꝑm legē iudicētur. Uectigal aūt in portādaruz exportādarūq; rerū/nullū penitus sit. Thus vō cete raq; huiusmodi que dīs incendunt/ pegrinaq; sunt/ purpurā similiter ꝛ colores alios/qui a regione non ꝓducūtur/oīa deniq; pegrina/nisi necessaria sint/ ne mo adducat:nec rursus aliqd qō regioni necessariuz sit/exporter: Hec oīa legū custodes duodecim/qui re liqui sunt/exceptis quinque seniorib⁹/ ꝓcurēt atq; co gnoscāt: Arma vō ꝛ instrumēta bellica si aduectitia. arte est op⁹ ꝓuehant. similiter que ad hec idonea sunt plāte/enea instrumēta/funes/aialia/que ad bellū ꝑ fe rūt. Quorū magistri equitū ꝛ ductores exercitus cu rā hēant:ut ciuitas iuehēdi euehēdiq; simul cū opus sit facultate nō p̄ueat. de quibus leguz custodes/suffi ciētes decēteſq; leges ferent. Nulla vō in re pecunie colligēde gratia uel in ciuitate uel in vniuersa regione cauponatio fiat. Annone aūt que ex agris ꝓcipitur di stributio/recte iuxta cretēsem legē cōstituet. Nā que a regione ꝓducūtur in duodecim partes ab oībus di stribuēda sunt:ꝛ similiter cōsumēda. Duodecima vō pars queq;/ut tritici/hordei / ceterarūq; frugū ꝛ fru ctuū/uenaliū quoq; oīum aialiū tripartito ꝛ cōpetē ti ratiōe distribuat:ꝛ pars vna liberis:altera seruis. tertia opificibus ac oīno aduenis tribuat:siue aliūde uenerint aliquādiu urbē habitaturi ꝛ necessarijs ege ant/siue p̄opter publicā uel p̄uatā ciuis alicui⁹ uti litatē accesserint. Hec igit tertia oīum necessariorum pars/uenalis semp ac necessario tantūmodo sit. De duab⁹ vō partib⁹ nihil necessario uēdat. Quomodo igitur hec recte distribuent: patet aūt in primis recte id fieri posse:si partim equaliter/partim inequaliter distributio fiat. CLI: Quo pacto: ATHE: Melioꝛa utriq; uel deterioꝛa istorū singula / necesse est terram producere/atq; augere. CLI: Quid ni: ATHE: Cuz tres partes sint/quo ad hoc nemo plus hēat:nec dīs

nec ſeruus:nec aduena: ſed equalis eadēq; ſimiliter ſit oīb⁹ diſtributio. Quilibet aūt ciuis/cuz duas partes acceperit ſeruis z liberis quot z qualia uelit/ſuo arbitratu diſtribuat. Dō vo plus iſtis eſt/menſura z numero ſic diſpiendū eſt:ut cū oīum aialiuz/quib⁹ a terra victus p̄betur/numerus hēatur: ita demuz fiat partitio. habitationes poſtea ſeoꝛſuz ordinānde ſunt. Ordo autē talis maxime decet. duodecim vicos per media in ſingulis duodeciz partib⁹ vnuz eē oportet: z in vno quoq; uenaliū rerū loca/deoꝛumq; tēpla z deos ſequētiū demonū eē cōſtructa / ſiue idigetū magneſioꝛū / ſiue aliozū / quoꝛū ſtatue antiquiſſima memoꝛia conſecrate ſint/atq; his p̄ſcoꝛū viroꝛū honores reddēdi ſunt. Ueſte quoq;/iouis/minerue/ſinguloꝛūq; aliozū ſingulis duodeciz partib⁹ p̄ſidentiū tēpla cōſtruēda ſunt. Et p̄imū q̄dē iuxta tēpla in altiſſimis locis edes cuſtodū ſint vndiq; munitiſſime. Reliqua deinde regio opificib⁹ in tredecim partes diſtribuat. Et pars vna in urbe habitet/ per duodecim urbis partes diuiſa. alie exteriozē vndiq; teneāt locum atq; in ſingulis vicis opifices ad agriculture cōmoditatē idonei habitare cōpellant: hoꝛū q̄um curā magiſtrat⁹ qui agris p̄ſunt/habeāt: puideantq; quot quibuſue ſinguli opificib⁹ egēt/z ubi habitātes impedimēto agricolis nō ſint/ſed magnā ipſis vtilitatē cōferāt. Urbanoꝛ quoq; ſimiliter opificū curā ediles habeāt. Res aūt uenales cure cēſoꝛibus ſint/qui p̄imo rē ſacrā curēt/deinde ne quis uēdēdo emēdoue/ iniuriā faciat/uehemēter puideāt: z īmoderatos/cōtumelioſoſq; oēs cōpeſcāt. hi cōſiderēt nunquid ciues/peregrinis res ſingulas conuenienter atq; ut lege cautū eſt uēdāt: p̄imo vo mēſis cuiuſq;/ciues eoꝛūq; miniſtri duodecimā tritici partē emēdā pegrinis p̄oponant: emātq; pegrini p̄o mēſis totius tēpoꝛe triticū z ſimilia que p̄imo foꝛo uēduntur. decimo vo die uēditio/emptioq; mēſi ſufficiēs ſtatuat. xxiij. aialiū uenditio quib⁹ boues egent ſupellectiliūq;/ut coꝛiū ueſtiūq; ac ſimiliū/fiat. Neceſſe aūt eſt pegrinos oia a poſſidētibus emere ne cauponatio in tritico z oꝛdeo circa farinā ac cetera alimenta ulla fiat: nec ciuib⁹ nec ſeruis eoꝛū cauponari oīno liceat. In pegrinoꝛū tū foꝛo pegrino liceat/opificibus/coꝛūq; ſeruis vinū cibūq; cōmutare ac uendere: carneſq; coctas ſimiliter: que res a plurimis cauponatio noīat. Materiā vo ignis vniuerſam quotidie pegrinus ūs qui in agris id curant: emere poſſit/ceteriſq; pegrinis p̄out uelit z qn̄ uelit reuēdere. Ceterarū oīum rerū z ſupellectiliū quib⁹ utimur in cōmuni foꝛo uenditio fiat: in locis determinatis: ubi legū cuſtodes: cēſoꝛeſq; vna cū edilib⁹ locū deſignarint z p̄cia uenalib⁹ ipoſuerint. hic nūmi cōmutetur reb⁹ ac res nūmis. Cōmutet aūt vnuſquiſq; per ſeipſum nemini cōmittens. Dō ſi cōmiſerit/ſiue recepit ſiue nō/quieſcat oportet. Nullū eniz cōmutationū taliū iudiciū eſt. Siq̄d vo uēdituz emptūq; pluris minoꝛiſue eſt/q̄ lex iuſſerit/qua rerū uenaliū mēſure z p̄cia cōſtituta ſunt/apud legū cuſtodes plus illud cōſcribat: z p̄iū deleat. Eadē ipſa de cōſcriptione bonoꝛū/que ab incolis pegriniſq; poſſident/fiāt. liceatq; cuiuis certa cōditione ad urbem migrare/ z hoc ita ut artē aliquā exerceat / nec plures q̄ annos xx. a die cōſcriptionis p̄maneat. quo in tēpoꝛe/incolē di uectigal ſoluere nullū cogat niſi frugalitatis exemplū, nec emptionis uēditioniſq; gratia erario q̄q; debeat. Cū aūt viginti anni exacti fuerint accipiat rē ſuā/z abeat. Dō ſi magnū aliq̄d beneficiū intra viginti annos ciuitati contulerit/uelitq; plus tēporis/aut etiā per vitā in ciuitate manere/fiat ſibi q̄d petierit/ratūq; hēatur/ſi modo cōſilio concioniq; p̄ſuaſerit. Incolarū aūt filiūs ſi ipſi quoq; opifices ſint poſt quintādecimū etatis annū / ita colonie tēpus incipiat/ut. xx. poſtea maneant annos. deinde quo uelint p̄ficiſcant. z ſi manere uoluerint/manēant poſtq; ſimiliter p̄ſuaſerint. Qui aūt recedit/oblita deſcriptione / que ſibi apud magiſtratus erat conſcripta ſic habeat.

Argumentū Marſilij Ficini in Monū Librum.

Onus liber poſt cōmunē moꝛ diſciplinā z legū multarū traditionē/aggredi tur iā iudicia. Et ualde q̄dē opoꝛtune. Nā z qui moꝛib⁹ eruditi legibuſq; inſtructi ſunt/iudicare iā poſſunt / z qui eruditioni inſtructioniq; p̄cedēti nō paruerūt/iaz ſunt iudicādi. Prudēter oīno noſter hic aiozū medicus ſeruare hactenus ſalutarib⁹ ſtuduit monitis integrā ai ſanitatē. iā vo p̄dītā cāctis machinis reparare molit. Uerū que charitas platonica eſt/miſericoꝛs: dolēs cōpulſus ad ſecandū quaſi trahit z urēdū: z id quidē tā benigna cautione: ut grauiter egrotātes uerbis blādiſſimis cōſoleť: p̄tēdatq; uerbis quaſi magicis carminib⁹ ſanos efficere: anteq; medicā adhibeat manū/quā etiā deinde ſic admouet: ut langues z vix p̄ſentiat: z plus admodū ſpei cōcipiat q̄ doloꝛis/z ex doloꝛe nō p̄mitē repoꝛtet ſed ſalutē. Inſignis clemētia vir/neminē abſq; p̄ſolatione punit neminē punitū p̄dit: oēs p̄o viribus ſeruat: z quos nece punit: p̄ſtat a moꝛbis ai liberare ac minimo moꝛtis malo/interiz ingēti z indies creſcēti obſiſtere ai malo. Prēſtare vo aſſerit hinc abire q̄ in moꝛbo uel ai uel coꝛpis incurabili viuere. Atqui neq; hac vita p̄iuat/niſi quē cognouerit inſanabilē. Neq; ſuppliciū ullum a lege/que bona eſt/illatū tēdere vult ad malū. Quinimmo penam ipſam multis de cauſis eē bonā: tū q; iuſta eſt/iuſtitia vo bona: tū q; uel p̄ſens purgat uel futuruz p̄ecedit malū: tum q; in puniēdo vno/interiz exēplo p̄deſt z multis/ciuitatiq; purgat malis. Et ut ſummatim dicā/iuſtitiaz ubiq; mirū immodum cū clemētia miſcet/neq; rigiditate toꝛquet duriꝰ / neq; mollitia quicq; relinq̄t inultū. Quēadmodū vo in ſupioꝛibus p̄ius diuina p̄cepit officia q̄ humana / ſic in p̄ntia p̄ius in ſacrilegia q̄ in cetera delicta p̄udenter aīaduertit. Ac dum q̄ graue ſit leſe maieſtatis diuine crimē/oſtendit/afflāte deo ſignificat nihil tale ab hoībus quōdā q̄ diu diuina quidā in eis gratia viguit/fuiſſe aliqn̄ ppetratuz. Sed poſtq; ppter alia delicta gratia illa eſt amiſſa/homines iā quaſi alienos a deo in deū ipſuz peccare per ſacrilegia incepiſſe: ut ſacrilegiū ipſum nō modo peccatū ſit ſed etiā pena peccati: pena inq; non purgās aliquē/ſed interimens. Non enim lege/ſed trāſgreſſione legis pena talis inferť. Dō autē dicit p̄iſcos legū latoꝛes fuiſſe dei filios / legeſq; heroibus/qui etiā ex dīs erāt geniti/tradidiſſe: exponēdum eſt per eas que in critia z politico z ſepe alibi

pertractant/deorũ filios hic itelligi deos sub luna alios alijs terre plagis gubernãdis accõmodatos. Quos possumus more etiã platonico angelos nominare. Per quos sub mercurij noie in ptagora leges gen⁹ hoiuz accepisse docet. Per quos in critia quoqz dicit hoies primos ex terra natos accepisse iura. hoiesqz illos hic noiat heroes ex oijs ortos. i. deoruz opa ex terra pgenitos. Sed leges illas iquit in critia nõ scriptas ad aures/ sed inspiratione quadã a mẽtibus diuinis in mẽtes humanas fuisse trãsfusas hoiesqz sub illis q̃ diu paruerũt/ vixisse beatos. Addit ob huiusmodi legũ trãsgressiõnẽ hoies diuinã gratiã amisisse. Qua quidẽ amissa felicitatẽ quoqz amiserint: ꝛ infelices in sacrilegia iã pruperint: ꝛ per sacrilegia pessimi tandẽ infelicissimiqz euaserint. In his ꝛ terrestris illius paradisi ꝛ electiõis ex eo mysteriũ licet agnoscere. Cõsidera vo ubi perquirit sacrilegij causas/tres assignari causas grauiũ delictoꝝ. Primã quidẽ cõmunẽ hominũ fragilitatẽ cõsuetudine cõfirmatã. Secũdam vo demonicã psuasionẽ siue suggestionẽ. Tertiã deniqz culpã pnitiosam ex antiqs inexpurgatisqz peccatis inustã ad grauissima scelera stimulantẽ. Que quidẽ originali culpe de qua multi multa theologi disputãt videt eẽ similima. Quãobrez ubi plato diuinus sacrilegũ alloquẽs inquit/ nõ humanũ ad sacrilegiũ te impulit malũ: neqz diuinũ. itellige humanũ malũ/humanã fragilitatẽ ad inferiora ꝓcliuez. Diuinũ vo malũ/diabolicã ut inquiũt fraudẽ. Negat vo duo hec/nõ qz nõ sint in causa sacrilegij/sed qz non sola sunt cause. Accedit enim his tertia pro priaqz sacrilegij causa/quam subiũgit dicẽs/sed stimulus q̃dã exitialis a priscis inexpiatisqz peccatis ingenitus. Per quẽ videlicet aius nõ human⁹ amplius/sed ferinus/nimirũ sacrilegio peccat in deuz nullã ulterius del rõnẽ habẽs/qñ rationẽ humanã iã amisit diuine rõnis imaginẽ. Mox vo prime ad sacrilegiũ instigationi Plato quasi nascẽti morbo tribus occurrit remedijs: quẽadmodũ morbus hic tribus ex causis orit. Primo quidẽ/ut ĩmanis ipetus comprimat ad sacras mittit expiationes/quas christianorũ more penitẽtie/pfessionis/elemosyne ieiunij noie possumus nũcupare. Deinde ut diabolicis resistatur insidijs ad orationes supplicatiõesqz mittit: per quas a supis liberatoribusqz spiritib⁹ cõtra inferos pfidiũ impetret. Postremo quo imbecilitatẽ humanã cõtinere possit / mãdat ut malorũ hoium familiaritatẽ deuitãs/ bonoꝝ adsciscat consuetudinẽ. Proinde/qñ post deũ more pythagorici coli patriaz iusserat/merito post sacrilegia que in psonas aut res deo cõsecratas ppetrant/ pergit ad puniẽda scelera ꝛ delicta/que proprie cõtra patriã cõmittunt: que nõ solũ sacrilegijs ꝓxima iudicat sed annumerat/plectitqz similiter. Hec vo tria eẽ iudicat. Peccare enim in patriã/hostẽqz patrie habẽdũ eẽ/ꝛ qui post habitis legibus principatuz ad humanã uolũtatẽ libidinẽqz reducit: ꝛ qui cum possit/piclitãti patrie nõ succurrit: ꝛ qui uel auaritia uel alia de causa prio filio euadit patrie pditor. Inter hec officiũ legiferi repetit. Id aũt eẽ vult: ut nõ tanq̃ dñs seruis/sed tanq̃ pater filijs cõscribat leges: nõ minus psuadẽs q̃ minitãs: nec minus docẽs q̃ imꝑans: nec minus allicies q̃ pterrẽs: ut legis latoris opus nõ tã mãdatorũ pscriptio sit/q̃ discipli na morũ. finis enim eius est/quacũqz id ratione fiat/ciues bonos beatosqz efficere. punire vo malos/necessitas est in eo potius q̃ uolũtas. Et quia sole iter humanas platonice leges / hec oia cõplectunt humana rũ oium pfectissime sunt: ac pene inter diuinas potius q̃ humanas annumerãde. Neqz ab re primuz disputationis huius exordiũ a deo factũ est. deinde additũ a Platone / videri sibi hec oia diuinit⁹ inspirata. Demũ ex hac ipsa disputatione ad beatũ summi Jouis tẽplũ. i. celũ recto tramite pueniẽt. ¶ At qñ nõ solũ in sacrilegijs parricidijsqz/ uerũ etiam in ceteris sceleribus pro alijs culparũ gradib⁹/alij quoqz penarũ gradus/ꝛ a legũ latore describẽdi: ꝛ a iudice sunt cẽsendi/cõmodissimaz ad gradus eiusmodi discernẽdos distinctionẽ adducit in mediũ. habitus q̃dez ois aut virtutis est aut vitij. Si virtutis/oino uolũtarius est: qñ cõsilio libero ꝛ expedita electione ꝛ proprijs actionibus est acquisitus. Sin vo vitij habitus est inuoluntarius oino censeẽ. Quia ita morbus est ai/sicut humorũ intẽperãtia morb⁹ est corpis. Nemo vo morbũ dixerit uolũtariũ: q̃uis nõnulla que ꝓter opinionẽ inferũt morbũ/possit quodãmodo uoluntaria dicere. Preterea eiusmodi habitus ex impedito psilio/distractaqz electione ꝛ passionib⁹ potius q̃ actionibus inolescit. ex his cõficit Platonicũ illud sepissime decãtatũ. Ultiorũ habitus in uolũtarios eẽ: neminẽqz fieri spõte malũ/quẽadmoduz/ꝛ nemo fit spõte egrotus ꝛ deformis ꝛ inops. Post hãc habituum distinctionẽ sequit distinctio actionũ. Que q̃dẽ aut ad virtutis aut ad vitij habitũ gignẽdũ proprie uergunt Si ad virtutis/ita uolũtarie sunt / ut dictus est habitus uolũtarius. Sin vo ad vitij: partim quidẽ uolũtarie dicũtur propterea qõ ꝛ aio quodãmodo cõsentiẽte fiũt/ꝛ poterãt nõ fieri anteq̃ fierẽt: partiz vo inuolũtarie tũ qz ad detrimẽtũ/deformitatẽ/morbũ clã deducũt. Hec aũt uellet nemo: tũ qz ex quadaz finis exitusqz ignoratione cõsurgũt. Quatenus vo per ignorãtiã fiũt/eatenus pter ipsam rationis uolũtatẽ fieri iudicant. Distingue rursus hoc pacto. Actiones humane quãtũ ad legũ iudiciorũqz materiã attinet: in quinque capita redigunt. Aut enim ex affectibus pcupiscẽtie pululant: aut ex impetu irascibilis nature ꝓrũpũt uel simplici quadã ueniũ ignorãtia: per quã quis res ipsas ignorat/q̃ quis se ignorare nõ nesciat: uel ignorãtia duplici fiũ: per quã quis ꝛ res ipas nescit/ꝛ ignorãtiã suã simul ignorat/videlicet scire se putãs. Uel tãdẽ ex rõnali quadã opinione ꝓueniũt: opinione inq̃ de iustis atqz iniustis rõni legibusqz credẽti. ¶ Post distinctionẽ eiusmodi distinguit ꝛ iudicij regulas per quas aliter aĩaduertat in eos qui cõcupiscẽtia/aliter in eos qui ira peccãt: atqz in his discernat/utrũ cõsulto/an inconsulto deliquerint. Preterea utrum vi palamqz an potius clã atqz fraude. Deinde nunqd per ignorãtiã sit erratũ/siue per simplicẽ / siue per duplicẽ ignorãtiã. ¶ Ubi vo de homicidiorũ iudicijs agẽs priscũ adducit mysteriũ de interfectis interfecto res ulciscẽtibus: attẽde ex platonis sentẽtia/pturbatiões ad sensibilia ptinẽtes posse in aĩa seiũcta ab hoc corpore remanere. Siquidẽ ex eiusdẽ sentẽtia remanet ꝛ prima quedam sentiẽdi natura substantialis origo

senſuũ reliquoꝝ per quã aĩa ꝛ in hoc coꝛpe/in hec in
ſtrumẽta vires explicat ſentiẽdi: ꝛ diſcedens ab hoc
eas quodãmodo replicat in ſeipſã:ſiue/ut magis pla
tonice loquar/exercet in aereo coꝛpe. Quo inuoluta
ꝛ hoc ingredit ꝛ ex hoc egreditur. De hȳs platonici
ita diſtinguũt ut aĩa in coꝛpe hoc craſſioꝛe ad breue
habiteꝛ:in aereo vo multa per ſecula. In celeſti per
oĩa. Quoꝛſum hec? Ne mireris pturbationes in de
functi aĩa ſupeſſe/ſi harũ rerũ ſenſus memoꝛiaqꝫ ſup
ſunt. Pꝛobabile vo eẽ putabãt antiq theologi/aĩas
hoĩum repẽte interfectoꝛũ/ utpote ĩexpiatas pturba
tionibus agitari: Quin ꝛ hoſtes exagitare: id videli
cet non humana tantũ indignatione efficiente/ſed di
uina etiaꝫ nemeſi ac demone ꝓuidẽte. Supeſſe vo ex
antiquoꝛũ opinione in aĩa ſenſuꝫ pturbationẽqꝫ ultri
cẽ/eãqꝫ aereo uti coꝛpe platonicus noſter Maro/te
ſtis occurrit. Quid eniꝫ ſibi vult? Et nũc magna mei
ſub terras ibit imago. Platonice admodũ imaginẽ
rõnalis aĩe noĩat pꝛimã ipſam ſentiẽdi naturã. Sed
cur magnã? Quia ꝛ fons eſt ſenſuũ reliquoꝝuꝫ cõmu
niſqꝫ ſenſus ꝛ magno poſt hoc coꝛpꝰ utitur coꝛpe. ſ.
aereo:qõ q̃dẽ ꝛ huic inſinuatũ quodãmodo ſit angu
ſtũ:hoc exutũ/explicat in amplũ:elemẽti id aerei exi
gẽte natura. Pꝛeterea:oĩbus vmbꝛa locis adero/da
bis ipꝛobe penas. Inter imaginẽ diſtinguit ꝛ vmbrã
ꝛ imaginẽ quidẽ aĩe eẽ vult ſenſum in aereo coꝛpoꝛe.
Ipſuꝫ vo coꝛpus aereũ/eſſe aĩe vmbꝛam: Sed terre
ſtre coꝛpus cecũ noĩat carcerẽ. Do aũt in iudicȳs de
homicidio pſertiꝫ/de parricidio dicit/de regreſſiõe
aĩe humane in coꝛpa rurſus humana/in quibꝰ ſepe
det penas/pares oĩno culpis in ſupioꝛi vita ꝓceptis/
uetꝰ magoꝛũ egyptioꝛũqꝫ ſacerdotũ ſentẽtia eſt. Nul
lũ enim cõueniẽtius humanoꝛũ delictoꝛũ eẽ purgato
riũ iudicabant/q̃ in coꝛpibꝰ humanis eadẽ aĩas quã
doqꝫ pati que fecerint. Qua q̃dez ratione Plotinus
egyptius in libꝛis de ꝓuidẽtia utiẽ ad ſoluenda dubia
aduerſus ꝓuidentiã iuſtitiãqꝫ diuinã quotidie iſurgẽ
tia. Inquit eniꝫ que a diuina ꝓuidẽtia in pñti vita nõ
repẽdunt:in altera/ꝛ quidẽ humana pari ꝓpꝛius rõne
repẽdi. Repẽdi inſuper ꝛ in bꝛutis in quibꝰ ſepe aĩa
quõdã hoĩs/fiat aĩa bꝛuti. Sed in ultima hac ſentẽtia
ſolus extitiſſe videt: Ceteris eniꝫ Platonicis diſpli
cet aĩam hoĩs pꝛopꝛiã/aliqñ fieri bꝛuti pꝛopꝛiã. Con
ſentiũt tñ viciſſim in hoĩes alios trãſmigrare qõ qui
dẽ etſi Plato nõ hẽt certũ/habet tñ ualde ꝓbabile.
Do vo migret in beſtias/ſepe quidẽ recenſet. ſed de
dita opa adeo ꝓter ſolitã grauitatẽ ridicule narrat/
ut plane demõſtret/negãdã quidẽ eſſe rẽ ipſaꝫ:allego
riã vo querendã. ſ. ut trãſire in bꝛutũ duobꝰ modis ac
cipias. Pꝛimo quidẽ in affectũ. imaginationeꝫ. habi
tumqꝫ bꝛuto cõuenientẽ. Deinde in habitationẽ con
ſuetudinẽqꝫ inter feras ad tẽpus ſupplicȳ gratia/con
ſuetudinẽ namqꝫ effectionẽqꝫ bꝛutã/eẽ penã dũtaxat
antiq putãt: regreſſum vo in hoĩem ubi paria ꝛ ſimi
lima ſubeant/nõ ſolũ ſupplicĩũ eſſe/ſed purgatoꝛiũ.
Poſt hec in mẽtionẽ de legis neceſſitate icidẽs opoꝛ
tune:aſſerit neceſſariã humano generi eſſe legẽ. Haꝫ
abſqꝫ legibus nihilo ab atrociſſimis feris diſcrepatu
rũ. Huiuſqꝫ cauſam afferẽs. Nullius hoĩs ingenium
ita natura inſtitutũ inquit ut oĩa que ad publicum bo
nũ neceſſario cognoſcẽda ſunt/cognoſcat ſufficiẽter.
Ac ſi forte nouit/ut optimũ id qõ nouit agere poſſit
ſemꝑ ꝛ uelit. Do ſi diuina quadã gratia mens que
dã inter hoĩes ſurgeret/que publicũ oĩno bonum
cognoſceret/ad idqꝫ generoſe ac ſemꝑ intenderet/
nullis uel huic uel patrie ſue eo tpe legibꝰ opus fo
re. Mentẽ namqꝫ uerã ac liberã oĩ lege ꝓſtantioꝛẽ
eẽ:atqꝫ ipſo iure cũctis dñaturã. At qm̃ id nullius
ingenio eſt tributũ/cõcludit neceſſario ſub legibꝰ
eẽ viuendũ. Ait quoqꝫ ſtudiũ q̃dẽ pꝛopꝛiũ boni ciui
tatẽ penitus diſſipare: ſtudiũ vo publici boni cõne
ctere. Itẽ peſtez in ea ciuitate dñari pnitioſam/ubi
iudiciũ a magiſtratibꝰ uel mutũ agit uel clamoſuꝫ.
Atqꝫ ubi familiarẽ demonẽ indt multis ſepe malis
obſiſtere/ſi demonis hoꝛꝛes nomẽ/uel concedente
Platone angelũ noĩato. Ac memẽto noſtrum de
monẽ geniumqꝫ/nõ ſolũ ut quidã putãt/noſtrũ in
tellectũ eſſe/ſed numẽ. Pꝛecipit moꝛ ſenioꝛes pa
terna reuerẽtia adeo coli/ut etiã ab his uerberatꝰ
ſuccẽſere nõ debeas/ſed patienter ferre. Sed nata
les quos hic cõmemoꝛat deos nõ aſcendẽtia ſigna
ſignoꝛũqꝫ dños/planetas aſtronomico moꝛe debe
mus accipe:ſed ideã generis humani pꝛincipiũ de
monẽqꝫ noſtre vite cuſtodẽ. Beniqꝫ monet timẽdã
eſſe ſuperoꝛũ indignationẽ/ꝛ inferoꝝ punitionez.
Monet moꝛtẽ nõ eſſe ultimũ ſed ultra hãc eſſe ſup
plicia inferoꝛuꝫ: eaqꝫ ueriſſime oĩno narrari.

Nonus Legum. ATHE:

Iudicia vo ſi poſt hec ſuperioꝛibus
actionibus ꝓueniẽtia reddant:natu
ralis utiqꝫ ferẽdarũ legũ oꝛdo ſerua
bitur. Sed de iudicȳs quidẽ agricul
ture ſimilibuſqꝫ dictum eſt. de maxi
mis vo iudicȳs ꝛ iudicibꝰ ſigillatim
nondum diximus. de his ergo deinceps dicemus.
CLI: Pꝛobe. ATHE: Turpe quodãmodo videri
põt/leges de huiuſmodi rebus/quales tractabimꝰ
illi ciuitati tribuere/quã dicimus recte ſe oĩno ad
virtutis poſſeſſionẽ habiturã. Mã cui abſurdũ nõ
videat/ſiqs in ciuitate ita inſtituta putet hoĩem ne
quiſſimũ ſicut in alȳs naſciturũ? adeo ut opꝰ ſit le
gũ minis hũc ꝓuenire/ne talis fiat: neue tale quid
cõmittat: ꝛ cõmiſſa poſitis legibus puniant: quaſi
poſſint in hac quoqꝫ rep. flagitioſiſſimi hoĩes repe
riri. Verũ qm̃ nõ ut pꝛiſci leguꝫ latoꝛes agimꝰ/qui
cũ deoꝛũ filȳ eſſent/heroibus/qui ꝛ ipſi e dȳs nati
dicunt/leges ferebant/ſed hoĩes hoĩbus iſta ſanci
mus/uereri par eſt/ne quis ciuiũ ita natura idomi
tus ꝛ incoꝛ nobis gignat ut quaſi legumina fulmi
nis tactu ꝓdura. igni legũ etiã foꝛtiſſimaruꝫ decoq
nequeat. Quãobrẽ ſiquis foꝛte ſacrilegiũ cõmitte
re audeat/legẽ de hoc feremus/q̃uis oneroſaꝫ no
bis atqꝫ moleſtã. Enimuero educatũ recte ciuẽ nec
uolumus nec ualde timemus tã graui moꝛbo labo
raturũ. Sed ſerui iſtoꝛũ foꝛſan ꝛ pegrini/pegrino
rũqꝫ ſerui/huiuſmodi multa aggredient. Quoꝛuꝫ
gratia maxime/ꝛ qꝛ vniuerſa natura hoĩum imbe
cilis eſt/tã de ſacrilegio q̃ de alȳs que aut vix aut
nullo modo ſanari poſſunt/leges cõſcribã. ſed pꝛo
hemia pꝛimũ ꝑm oꝛdinẽ in ſupioꝛibꝰ inſtitutũ/his
oĩbus q̃ bꝛeuiſſime pꝛeponẽda. Ad eũ igitur qui
nefaria cupiditate/ꝛ oĩe tractus/ꝛ nocte excitus
templa ut fureꝫ/petit/hec aliquis inſtructionis/ꝛ
monitionis

monitionis gratia diceret. O mirabilis vir non humanũ te malũ neqꝫ diuinũ ad sacrilegia vtit: sꝫ exitialis q̃dã asillus/a priscis atqꝫ iexpiatis flagitijs innatꝰ hoibꝰ circũagitãs quẽ cũctis viribꝰ effugẽ debes. Quomodo aũt effugies/audi. Cũ talis obortꝫ in aio cogitatio/ꝓfuge ad expiationes obsecro. Cõfuge ad liberatoꝛ deoꝛ sacrificia supplex. Cõfuge ad bonoꝛ viroꝛ ꝓsuetudines. Ubi partim audias partim tu quoqꝫ dicas iusta honestaqꝫ ab oibꝰ esse colẽda. Malaꝫ vo cõsuetudines apprime fugias. Que si feceris/cessaueritqꝫ mortꝰ/bñ tecũ actum erit. Aliter aũt mori satius fore arbitratꝰ/desine viuere. Cũ illis hec exordia cecinerimus/quorum in aios incidit impia quedã ꝛ ciuitati pestifera cogitatio/q̃cũqꝫ ex his paruerint/eos a lege libos dimittemꝰ/sꝫ hoibꝰ ꝓhemio nõ psuasis/ferẽtes post hec legẽ/altius intonabimus. Qui depẽsus in sacrilegio fuerit/si seruus pegrinusue erit/in facie ac manibꝰ calamitate ipsius litteris inusta/vberatus ꝓut iudicibus videbit/nudus extra fines pellat. Forte enim hoc supplicio ꝓtinẽtioꝛ factus/euadet deniqꝫ melioꝛ. Nullũ q̃ppe suppliciũ lege factũ/ad maluꝫ tẽdit. Sꝫ duoꝝ alterũ fere semp solet efficere. Naꝫ aut melioꝛ aut certe minꝰ prauus/qui penas dedit fieri solet. Si vo ciuis q̃spiaꝫ aliq̃d tale in deos aut in parẽtes aut in patriã ppetrare ꝛ ad maximaꝫ in iuriã induxisse aiũm depẽdat/hũc iudex/quia ex puero bñ doctꝰ educatusqꝫ a maximo scelere non abstinuit: sanari nõ posse existimet. pena huic morꝫ malorꝫ minimũ. Utut patꝰ aũt ut exẽplo alios iuuet extra fines ꝓdat. Filijs vo eius/ ꝛ generi vniuerso si mores paternos fugerint/qꝛ nati ex malo fortiter virtutẽ secuti sunt/bonoꝛ exhibeat ꝛ laus. Nullius aũt istoꝝ pecunie in fiscũ redigantur/in ea re.p. in qua fortes easdẽ semp ꝛ equales pmanere oportet. Sꝫ qñ q̃s ea patrauit: que pecuniarũ mulcta luẽda sunt/qõ supra fortẽ possidet/id impẽdat/ fors integra maneat. Cuius rei exactã vitatẽ a descripto cẽsu legũ custodes semp iudicibꝰ deferant: ne q̃s vnq̃ ppter indigẽtiã pecuniarũ sua sorte priuet. Qõ si quis maiore dignꝰ dãno videat/nec fideiussione liberalitateqꝫ amicoꝝ libereꝫ manifestis diuturnisqꝫ vinculis ꝛ ceteris obprobrijs puniat. peccatũ nullũ impunitũ sit: neqꝫ pfugꝰ ullus ꝛ ipunis abeat: sꝫ aut morte plectat/aut vinculis/aut vberibꝰ/aut ignobiliter sedẽdo stãdoqꝫ in sacris ad extremitates regionis ꝓductꝰ/aut pecunijs/ea rõne quã diximꝰ multatusqꝫ penas luat. Judices aũt capitalis criminis leguꝫ custodes sint: ꝛ optimi quiqꝫ ex eoꝝ numero electi: qui anno ꝓxime ꝓterito functi magistratibus fuerint. Quo aũt mõ accusationes citationesqꝫ ꝛ similia fieri debeãt: posteriores legũ latores determinẽt. Suffragioꝝ aũt sniqꝫ modũ nostri officij est lege pscribere. Manifeste igit ista ferãtur. Sed añ hec corã accusante defendẽteqꝫ q̃ proxime: seruata ipsoꝝ dignitate iudices sedeãt. Ubi ciues qui ocio abũdãt: oẽs adsint: taliaqꝫ iudicia diligẽter audiãt. In q̃bus cũ ꝓma oratio ab accusatore fuerit habita/defensor alterã dicat. Deinde senior de iudicibꝰ que dicta sunt/omni adhibita diligẽtia sufficienter examinet. post eũ ceteri oẽs ꝓsiderẽt: qõcũqꝫ ab aduersarijs dictũ uel nõ dictũ pquirẽdũ singuli putãt: qui aũt nihil discussione sua dignũ cẽset/alteri examinationẽ ipsaꝫ relinquat. Ac tãdẽ in ueste sacrario scripta que tũc ꝓclusa fuerũt iserẽs oium iudicũ signis deponãtur. Rursus in crastino die/eodẽ in loco ꝓgregati/eodẽ mõ examinẽt/iudicẽtqꝫ ꝛ signis appositis/ oibus que dicta fuerint: deponãt. Cũqꝫ hoc sil̃iter tertio fecerint/signis testibusqꝫ sufficiẽter assũptis: sacrũ singuli ferẽtes suffragiũ iureiurãdo p Uestã: uere iusteqꝫ proribꝰ se iudicaturos affirmẽt: atqꝫ ita huic iudicio finẽ iponãt. Post peccata in deos cõmissa: de his dicat que in rei.p. ꝓnitiẽ cõmittũtur: Qui ꝓncipatuꝫ ad hois arbitriuꝫ redigit/eiqꝫ leges subigit: atqꝫ ita ciuitatẽ subijcit factionibꝰ/ꝛ vi adhibita cõtra leges seditionibꝰ eã replet/hic vniuerse ciuitati hostis est maximꝰ oiuꝫ iudicãdus. Scds ille hostis est qui q̃uis pticeps huiꝰ sceleris nõ sit: tñ cũ amplissimis fungat in ea re.p. magistratibꝰ/eas ꝓiurationes nõ aiaduertit/ꝛ si aiaduertit timiditate q̃dã patrie nõ succurrit. Quare vnusq̃sqꝫ vir/qui modo alicui ꝑcũ ciuis fore studet/ hec iudicibꝰ referat. eũqꝫ in iudiciũ trahat/qui patrie insidiatꝰ vi ad iniquã gubernationẽ vtere illã conat. Judices aũt huiꝰ sceleris sint/qui ꝛ sacrilegij/totũqꝫ iudiciũ sil̃iter pagat. ꝛ suffragia que multitudine vincunt/morte ꝓdẽnẽt. Et ut breuiter dicã/peccata patris non luant filij/nisi pater/auus/ac ꝓauus deinceps mortis supplicijs debeãt. hos aũt cũ bonis suis forte semp excepta/in antiquã ciuitas patriã mittat. Et de filijs ciuium/q̃bꝰ plures q̃ vnus sunt/nõ pauciores q̃ decẽ annos nati/eos sorte deligãt/quos patres aut aui paterni materniue noiauerit/noiaqꝫ ipsoꝝ delphos mittãt ꝛ qui oraculo apollinis approbabit/huic felicioꝛe fortuna sors ꝛ domꝰ destituta reddat. CLI: Recte id q̃dẽ ATHE: Cois ꝓterea tertia lex de iudicibus iudicijqꝫ modo/aduersus eos qui ꝓditionis accusati sũt. Et de mansione filioꝝ atqꝫ nepotuꝫ siue exitu e patria vna lex aduersus tres sil̃iter sit/ ꝓditorẽ: sacrilegũ: ꝛ violẽtũ legũ ciuiliũ euersorẽ. de furto aũt/siue magnũ quid seu paruũ q̃s furatꝰ sit: Una lex/penaqꝫ silis oibꝰ sit. Bãnatꝰ enim q̃spiã furti/si ultra fortẽ bona sua sufficiunt/ouplũ reddat. aliter vinciat/donec aut illi psuaserit cui debet/aut reddiderit. Qõ si publicũ furtũ fuerit/tũ demũ a carcere libereꝫ/cũ ciuitati psuaserit/uꝰ ouplũ reddiderit. CLI: Quo nã modo dicimꝰ hospes nihil differre siue magnũ seu paruũ sit furtũ/siue a sacro loco/seu non sacro sublatũ sit/seu quomodocũqꝫ aliter id fiat: Quippe cũ multis modis cõmitti furtũ possit/sceleris uarietatẽ dissilitudinẽqꝫ ꝓpere legis lator debet: nec similibꝰ penis que silia nõ sunt/punire. ATHE: Oportune o Clinia impetu currẽtem me retraxisti: ꝛ in memoriaꝫ que olim quãdoqꝫ cogitauerã redegisti/ad hũc usqꝫ diez leges nullo modo recte cõstitutas fuisse. Ut nobis pñtia cõsiderãtibus succurrit dicere. CLI: Quomodo rursus id dicimus? ATHENI: Congrua ꝓfecto imagine usi sumus/ quãdo oẽs qui hactenus leges recipiũt/ seruis illis contulimus/ qui ab alijs seruis curarẽtur. Illud certe ignorare nõ decet/quod si medicus quispiã eorum qui usu quodã absqꝫ ratione medẽtur/liberũ medicũ philosophiecqꝫ studiosum egrotãti libero colloquentem audiat/dum morbi initia rationibus indagat/ꝛ de natura corporꝫ diligẽtius asserit/ridebit ꝓtinus: ꝛ aduersus illũ ea dicet que hac in re plurimis medicoꝝ i ꝓmptu semp eẽ

sicut deus imobilis. Recte post deū imobilē vnitatē/ ponit angelus imobilis multitudo. ¶Post angelū aīa que longi⁹ etiā distat a deo: qz est mobilis multitudo. ¶Multitudo quidē est: cū nihil post deū/eē queat vnitas simplicissima. Est quodāmodo mobilis: qz longius recedēs a deo/propinqua fit corpoꝝ qualitatib⁹/ que penitus agitant. Si oīno imobilis esset/eēt utiqz angelus. Si oīno mobilis/esset qualitas. ¶Mediū tñ aliqđ inter angelū esse oportet: z corpoꝝ qualitates: ne oīno immobilis angelus/oīno mobili qualitati sit primus. Sit itaqz partim imobilis/partim etiaz mobilis. Stabit eius substantia/neqz in maius minusue aut hoc aut illud mutabit. Fluet aūt opatio/z modo hec modo alia/atqz aliter z aliter opabit. Qualitas autē aīa inferior est/qñquidē per essentiā opationēqz mutat. Qualitate iferius/corpus. Qualitas eniz mouet z mouet: mouet eniz corpa. Corp⁹ mouet quidē/ mouet nihil. ¶Angelus quidē qđ sit vnū qddā/z qđ sit act⁹/nō a seipso habet/sed a deo uere vno actuqz purissimo. Sed qđ sit multiplex per potētiā suscipiēdi z patiēdi hēt ex seipso quātū extra deū pductus a pductoris pfectione degenerat. ¶Multitudo igit naturalis est angelo. Aīa quoqz q vna quedā substātia sit z q sit actus stabilis per essentiam/nō a seipsa/sed a deo sortit/actu vno z stabilissimo. Quod vo multiplex sit z passiua ex seipa possidet/qz sub deo locat. Qđ deniqz mobilis: ex seipsa rursus: qa sub angelo. Sicut igit vnitas naturalis est deo: z angelo multitudo: ita motus naturalis est aīe. Lux dei pducit angelū: sub dei .s. vmbra: lux dei aīam sub vmbra pducit angeli. Angelus a dei vno actu/vnitatē stabilē adipiscit: sub dei vmbra cadit in multitudinē: aīa a dei luce statū nāciscit/sub vmbra dei multitudinē/sub angeli vmbra mutationē. Fons vnitatis deus. Fons multitudinis angelus. Fons motionis est aīa. Be⁹ per seipm vnitas. Angelus per deuz est vnus: per se multiplex. Aīa per deum vna. Per dei vmbrā idest qz sub deo est simul cuz angelo/multiplex per seipsam mobilis. Qualitas per superiora hēt ut moueat aliqđ. Per se hēt: ut materie misceat. Corp⁹ per qualitatē ut agat. Per se solū ut patiat. Qualitas vno gradu excedit corpus/q mouet ipsum. Uno saltē cedit aie/q mouetur ab illa. Aīa saltē vno excedit qualitatem/q ex se ipsa mouet. Uno cedit angelo/q mutat. Angelus anima vno q manet. Deo cedit vno q multiplex. Deus tñ per hoc vnū abit sup oīa in infinitū. Quod ita cecinit Zoroaster: πατὴρ εαυτὸν ηρτασεν ουδε ενεη λυνάμει νόερα κλεισασ ιδιον πυρ. i. pater se ipsum rapuit: neqz in mente quidē que illū sequit propriū inclusit ignē. Quasi dicat nullā hēt cū ceteris cōparationē. ¶Corpus ab alio mouet solū. Nihil eniz natura sua facit. Qualitas mouet aliud z mouet ab alio. Aīa mouet quidē aliud: Sed a seipsa mouetur. Angelus mouet alia idest agit in alia/ipse quidez stabilis: sed nō stabilis per seipsum. Nā per diuinā stat vnitatē. Quid eniz aliud stare est ut diximus: q in nature sue vnitate pseuerare. ¶Mouet quoqz per deuz. Uirtute enim primi actus agūt agentia oīa quicquid agūt. Deus per se mouet agitqz oīa: ipse qdē stabilis per seipm. Sane qz oīa que per aliud talia sunt/reducunt ad primū aliquid qđ est tale per semetipm. iccir co quecunqz stabilia sunt z mouētia per aliud/retulimus ad deū per se stabilē z per se mouētē. Et que cūqz mobilia sunt ab alio puta corpa z qualitates: retulimus ad aīam mobilē per seipsam: per se inq̄ mobilē/qz si a deo descēdas per angelū/tā deus q̄ angelus stare tibi videbit: ¶Primū qđ mobile tibi occurret/est aīa. Quicqd primo tale est in aliquo genere/per se est tale: puta qđ primo lucidū aut calidū per se lucet z calet. Sic aīa qm̄ est primū mobile inter oīa que sunt mobilia/est utiqz per se mobilis. Cuius rei signū est/q corpa que carēt aīa: impulsu solū agitant externo: que aīam hñt/sua sponte mouent z in quamlibet loci partē. Et qm̄ aīa id prestat corpibus ut per se quodāmodo in partem quālibet moueant/sequit ut ipsa sit uere z primo mobilis per seipsam/primūqz mobile. ¶Postq̄ per eius pñtiam apparet in corpe imago aliqua per se mobilis facultatis: fitqz ibi motus in oēz partē/qđ significat aīam esse fontē motus: vnde libera z vniuersalis effluit agitatio. ¶Per hec solutuz arbitror pythagoricū illud enigma a Xenocrate usurpatū. s. aīaz esse numerū se mouētē: numerū idest naturā multiplicē se mouētē idest sua ꝓprietate mutabilē. ¶Talē vo naturā esse alicubi oportere multa nobis ut significauimus iā declarāt. ¶Primū q oē qđ per aliđ tale est/reducit ad aliqđ qđ per se sit tale. Secūdum qz cū sint multa que mouent ab alio/si oīa talia sunt: uel in infinitū uagabimur: uel circulo reuoluemur eodē/ut idē sit prim⁹ motor z ultim⁹: causa idē atqz effectus: neqz in reb⁹ ordo sit ullus. Quocirca ad motorē aliquē deuenire cōpellimur/ qui iā nō moueat ab alio. Sed motor ille qui ꝓxime pcedit corpa que mouent ab alio/nō est primus immobilis: lōgius enim distāt duo hec: qđ ab alio mobile: qđ oīno stabile. ¶Mediuz eoꝝ est qđ ex se ipo mutabile. Tertiū qz si tāto melius res quelibet mouet/quāto est motori ꝓpinquior: z ad optimuz motū pueniendū est: oportet alicubi esse aliquid in quo eadē sit mobilis z motoris essentia. Quartuz qz si mouēdū est aliqđ/oportet uel motorez ad mobile ipsum cōuerti/uel cōtra/uel utrunqz vicissim. Ponant igit in natura angeli/deusqz solū z corpa Illi ad hec non accedēt/qz sunt immutabiles: neqz hec ad illos/qz suapte natura torpent. Ergo nec ullus erit motus in rebus. Sit ergo necesse est natura quedā sua spōte mutabilis/que per se accedens ad corpa/torpētia suscitet: z ipsa puigil vices in se ipsa prius expiat/q̄ edat in corpe: ut sicut a spiritali substātia fit substantia corpalis/sic a spiritali motu corpalis motus efficiat. Quod quidē itellexisse platonē in legibus arbitror/ubi inquit. Si nūc stēt oīa/z paulo post moueri aliqđ debeat/ qđ primo mouebit: ipsum videlicet/qđ per se ipsuz agile est ad motū/tanq̄ mouendi virtuti ꝓpinquius: cuius motū cetera quoqz motui subiecta sequent. Id uocat in phedro fontē z principiū motionis. Fontem qz ex se eā hēt/principiū qz effundit in alia. ¶Sed hic orit dubitatio. Si deus z angelus mouēt aliqđ atqz aīa illis subicit/ab illis utiqz agitat. Quomodo igit a se mouet: Respōdeamus in hūc modum. Cū suspiceret pratū apelles/conatus est ipsum coloribus in tabula pingere. Pratū quidē totū subito se monstrauit. Et subito appetitū apellis accendit.

Demõstratio huiusmodi ⁊ accẽsio/actus quidem dici põt/qñ agit aliqd. Motus vo nequaq̃:qz nõ peragit paulatim. Motus enim est actus per tpis momẽta discurrẽs. Actus vo ꝓsiderãdi atq; pingẽ di qui in apelle fit/motus ideo dicit/qñ trãsigitur paulatim:modo enim aliũ florẽ inspicit modo aliũ/ pingitq; similiter. Preterea ꝓfecto facit ut aia apel lis videat ipsum/⁊ appetat pingere:sed ut subito. Quod aũt per diuersa tpis momenta nunc herba alia nũc alia videat ⁊ similiter exprimat/non ipm efficit pretũ/sed apellis aia / cuius ea natura est ut nõ simul inspiciat uaria referatq;/sed paulatim. Ergo motionis huius que in videdo est atq; pingẽdo initiũ ⁊ finis est pretũ. Inde enim pictoris cepit cõ sideratio. Eodẽ tẽdit ⁊ appetitio. Sed fõs per quẽ talis actus paulatim fit ⁊ tpe:motusq; dicit / est pi ctoris ipius aia. Similiter apud platonicos aia rõ nalis perpetuo quodã lumine deũ quodãmodo ⁊ angelũ cogitat siue augurat/seq; ipsam appetit ad eoꝝ similitudinẽ pingere/tũ speculatiõe tũ moꝛibꝰ atq; actione. Sese paulatim formando/se mouet. Motio hec ex aie ipius natura effluit ꝓxie tanq̃ fonte proprio motionis:opationis.s.tpalis. Incita tur aũt a supnis tanq̃ ab extrinseco initio atq; fine Infusio que a supnis manat in aiam / vna stabilis subita fit ⁊ eterna. Et quãtũ in se est similia quoq; in aia opat idest subita ⁊ stabilia ⁊ eterna. Quod aũt opationes aie/⁊ opa paulatim tpe fiãt atq; mu tẽtur / ex propria aie natura supnis ibecilliore ꝓce dit. ¶Sed rẽ totã hoc accipe exemplo. Sol ex se ipso lumẽ habet. Infundit ipsum momẽto in mercu riũ. Mercurius quoq; momẽto totũ suum accipit lumẽ:manetq; semp deinde plenissimus. Sol idem lumẽ momẽto infundit in lunam. Luna nõ suscipit ipsum momẽto/sed tpe. Nã prout alias aliter in so lẽ uertit/alias aliter accipit lumẽ:⁊ per naturã suã vicissitudine luminis uariat. Sol deũ. Mercurꝰ angelũ. Luna significat aiam. Quod aũt de mercu rio dico/de oibus similiter sup lunã stellis dictũ in tellige. Sicut enim ille ad solem sic ad deũ angeli re ferũtur. Aia vo sola sicut luna ad solẽ ita se hẽt ad deum. Quapropter nihil obstat quin aia a diuinis descẽdat capiatq; diuina:⁊ tñ per naturã propriam moueatur:semperq; moueri possit ⁊ viuere.

¶Aia est mediꝰ rerũ gradus / atq; oẽs gradus tã supioꝛes q̃ inferioꝛes cõnectit in vnũ:dũ ipsa ⁊ ad supos ascẽdit ⁊ descẽdit ad inferos. Capm.2m.

¶Eterũ ut ad id qñq; ueniamus/qd cupimꝰ: in q̃nque gradus iterũ oia colligamꝰ/deum ⁊ angelũ in arce nature ponẽtes/corpus ⁊ qualitatẽ in ifimo. Aiam vo inter illa summa ⁊ hec infima mediã: quã merito essentiã tertiã ac mediã moꝛe platonico noiamus:qñ ⁊ ad oia media est:⁊ vndiq; tertia. Si a deo descẽderis/tertio descẽsus gradu hãc repis. Tertio quoq; ascẽsus gradu/si su pra corpus ascenderis:huiusmodi essentiã in natu ra summope necessariã arbitramur. Quoniã ange lus quidẽ ut platonici dicũt/uere est.i.stat semper. Qualitas fit/idest mouet aliq̃. Ideo qualitas oi no differt ab angelo:tũ qz hec mouetur:ille manet. Tũ qz hec fit aliq̃. Ille est semper. Ergo opus est medio/qd partim cũ angelo / partim cũ qualitate cõueniat. Quid illud:nũquid qd est idest intrinsecus manet aliq̃:nõ. Tale enim aliquid nõ repitur. Nam qd per tẽpus aliqd itrinsecus idest uel ex se uel ex sta tu ꝓxime manet/manet ⁊ semp. Itaq; medius erit il lud/qd semp fit idest mouetur. Quod qz semp est/cũ angelo cõgruit:qz mouet/cũ qualitate. Unde seq̃tur/ eẽ oportere essentiã tertiã hoꝝ mediaz:que semp mo ueatur ⁊ viuat/suoq; motu vitaz diffundat in corpa. Recte dicit a platonicis / sup id qd est in parte tpis/ esse qd est per oẽ tẽpus. Sup illud rursus esse qd est per euũ. Deniq; sup illud euũ existere. Sed inter illa que sunt eterna solũ / atq; illa que solũ sunt tpalia/eẽ aiaz quasi quoddã vinculũ utrorũq;. Cui quidẽ hac in re similes quodãmodo sunt partes corpis munda ni ꝓcipue. Sunt ⁊ qui celũ empyreũ tanq̃ ꝓprius imo bile in eternitate ponãt. Ceteras vo speras in eterni tate simul ⁊ tpe:cõposita deniq; in tẽpore tãtũ. Simi liter quoq; puros itellectus in gradu primo. Sed in tellectus aiales in secũdo. Tandẽ aias corpales in ter tio. Uerũ ut ad ppositũ reuertamur:oẽ opus qd con stat ex pluribus/tũc est pfectissimũ/qñ ita ex suis mẽ bris cõglutinat/ut vnũ fiat vndiq;:sibi cõstet ⁊ conso net:neq; facile dissipet. Quod liquido in quatuoꝛ ele mẽtoꝝ tẽperamẽto coꝛpalis natura demõstrat. Ubi terra ⁊ ignis lõge distãtes per aerẽ copulant ⁊ aquã. Multo magis in vniuerso dei ope/cõnexio partiuz est ponẽda:ut vnius dei vnum quoq; sit opus. Deus ⁊ corpus extrema sunt in natura ⁊ inuicez diuersissi ma. Angelus hec nõ ligat. Nepe in deũ totus erigit/ corpa negligit. Iure pfectissima ⁊ proxima creatura dei/fit tota diuina/trãsitq; in deũ. Qualitas etiã non cõnectit extrema:nã declinat ad corpꝰ:superiora relin quit:relictis incoꝛpeis/fit coꝛpalis:hucusq; extrema sunt oia:seq; inuicẽ supna ⁊ inferna fugiũt:cõpetenti carẽtia vinculo. Uerũ essentia illa tertia interiecta ta lis existit:ut superiora teneat:iferioꝛa nõ deserat. Atq; ita in ea supa cũ iferis colligant. est enim imobilis:est ⁊ mobilis. Illinc cũ superioꝛibus:hinc cũ inferioꝛibus ꝓuenit. Si cũ utrisq; ꝓuenit/appetit utraq;. Quapro pter naturali quodã instinctu ascẽdit ad supa:descen dit ad infera. Et dũ ascẽdit/iferioꝛa nõ deserit. Et dũ descẽdit:sublimia nõ relinqt. Nã si alterutrũ deserat: ad extremũ alterũ declinabit:neq; uera erit ulterius mũdi copula. Profecto idẽ facit/qd aer inter ignem aquãue medius. Qui cũ igne in caloꝛe/cũ aqua cõue nit in humoꝛe. Illic cũ igne calet semp:hic cum aqua humet. Illic tenuat ⁊ clarescit ut ignis: hic vicissim hebescit ut aqua. Immo vo idẽ facit qd solis lumen. Id enim a sole descẽdit in ignẽ:⁊ ignẽ implet:neq; de serit solẽ. Semp soli heret. Semp iplet ⁊ ignẽ. Perfi cit quidẽ aerẽ. Et infecto aere nõ inficitur. Similiter oporꝛet eẽntiã tertiaz ⁊ diuinis simul herere q̃ imple re moꝛtalia. Dũ diuinis heret/qz spiritaliter illis vni tur ⁊ spiritalis vnio gignit cognitionẽ/illa cognoscit: dũ implet coꝛpa/intrinsecus illa mouẽs illa viuificat: est igit diuinoꝝ speculũ. Uita moꝛtaliũ:Utroꝛũq; cõ nexio. ¶Sed quomodo coꝛpibus iũgitur? Nũ forte cũ corpus aliqd igreditur/vnũ quoddã illius corpis tãgit punctũ? Atq; ita dicit vnita coꝛpibus:nequaq̃. Uniretur enim pũcto/nõ coꝛpoꝛi:neq; totũ corpus il lud viuificaret:sed punctũ viueret vnũ/toto coꝛpoꝛe vita carẽte. Immo vo si in vnũ semp collecta punctũ

ita sibi ipsi vnita ꝓseueraret: idē esset qđ angelus: qui lōge distat a corpe. Uel saltem diuinis eo modo hereret quidē: corpa vo relinqueret. Igit nō vni dūtaxat corpis puncto ꝓiūgitur/sed pluribus/atq; ita partes corpis implet. ¶Sed nunqđ ita implet/ut albas carnes albedo: ⁊ oino queuis qualitas materiaz ꝓpriā; minime. Sic enim eēt idē qđ qualitas: atq; relictis diuinis ad corpus penitus declinaret. Albedo ita in tota est carne/ut cū ea equaliter in partes plurimas extēdatur ⁊ diuidat. Et pars albedinis ſm physicos in parte sit carnis. Et in maiori carnis parte/pars maior albedinis: in minore sit minor. Sic albedo facta est corpalis. Idē pateret eēntia illa/quā tertiā eē putamus: si nō aliter q̄ qualitas ista funderet in corpus Atq; ita ad alterū nature extremū tracta esse desineret copula mūdi. Quāobrē cū corpus ingredit/singulis corpis particulis tota fit pñs: neq; diuidit/distra hiturue in partes ullas/ad hoc ut partibus corpis a se inuicē distātibus adstet. Nā per vim indiuiduā tāgit corpus nō per latitudinē quātitatis. Igit integra remanēs atq; simplex/singulis partib⁹ tota ⁊ indiuisa fit pñs. Quēadmodū tota uox significatioq; quodāmodo simul in singulis domus est partibus: cū tota pene simul audiat ⁊ intelligatur in singulis. Neq; impossibile est hāc essentiā / cū sit indiuiduū quidđā in seipso existēs/ample corpis moli sic totā esse pñtē. Immo vo ex eo qđ ⁊ indiuidua est ⁊ nō clauditur loco/pōt tota totū quicquid in loco est/penetrare ⁊ cōprehēdere. Extēsio enim quātitatis ubicūq; repitur talē vim ⁊ pñtiā ꝓhibet/ita ut res extēsa per quātitatē/nequeat tota esse simul in pluribus. Quinetiā res illa que licet indiuidua sit: est tñ alicubi affixa corpis quātitati/sicut punctū qđ tanq̄ linee terminus signat in linea/neq; tota esse simul per partes quaslibet corporis. Sic pūctū qđ est alicubi in linea aliqua circuli designatū/neq; in oibus lineis alīs ineſt/neq; per totā diffundit lineā/aut circulū. Punctū vo qđ circuli cētrū est/nullius linee propriū / in oib⁹ quodāmodo lineis repitur: que inde ad circūferētiā deducūtur. Et cū nullū punctū/qđ in circūferētia designat / totū circulū eque respiciat. Cētrū tñ qđ in nulla circūferētia ꝓprie figitur: vniuersum circulū eque circūspicit. Nō pōt igitur esse tota simul in pluribus res illa que diuidua est: neq; etiā res illa que licet sit indiuidua/certū tñ in re alia diuidua habet sitū. Tertia vo illa eēntia/neq; extēsa est qz esset qualitas: neq; in extēsione sita alicubi/qz nō per se ac libere moueret/si non subsisteret per se ipsam. Quapropter est instar pūcti alicui⁹ in seipo viuētis/⁊ ab oi quātitate ⁊ situ penit⁹ absoluti: Ideo ambit eque oēm corpis situz: ⁊ qñ corpus ingreditur: qz ipa nō est propriū quātitatis alicuius pūctū/nō astringit ad punctū aliqđ corpee quantitatis. Quippe cū sit extra quātitatis genus/nō determinatur ad tangendū pūctū aliqđ quātitatis: sed est ut centrū in lineis oib⁹ ⁊ circulo toto. ¶Hinc etiā illud sequitur: ut hec eēntia ⁊ diuidua sit simul ⁊ indiuidua. Diuidua: qz per diuisionē corpis vitalē sui vmbrā diffūdit/dū diuersis partib⁹ corpis se cōmunicat. Indiuidua: qz integra simul adstat ⁊ simplex. Diuidua inq̄: qz vmbra eius in toto corpe est diuiduo. Indiuidua qz ipsa per modū indiuiduū est in qualibet corporis parte tota. Indiuidua rursus/qm̄ stabilē hēt vnitāq; substātiā. Diuidua: qm̄ per oīationē in plura diuiditur/dum per motū opatur ⁊ tps. Indiuidua tertio: qz suspicit supiora que admodū sunt vnita. Diuidua: qz ad iferiora declinat: que plurimū diuidūtur. ¶Talis quedā natura in ordine mundi videt sūmope necessaria: ut post deū angelūq; qui neq; ſm tēpus neq; ſm dimēsionē diuidui sunt: ac supra corpus ⁊ qualitates que tpe dimēsioneq; dissipantur: sit mediū cōpetēs. Quod tpali qdē discursione quodāmodo diuidat. Nō tñ sit dimēsione diuisū. Neq; rursus in sua quadā natura collectū maneat semper ut illi: neq; in partes discerpat ut ista: sed in diuiduū sit pariter ⁊ diuiduū. Hec illa ipsa eēntia est/quā Timeus locrus / ⁊ Plato in libro de mundo ꝓstare dixerūt ex idiuidua/diuiduaq; natura: hec illa est que seipsam inserit mortalibus/neq; fit ipsa mortalis. Sicut enim seipam iserit integrā nō discerptā/ita ⁊ integrā retrahit/nō dispsam. Et qz duz corpa regit/heret quoq; diuinis/corpor⁹ dña est: nō comes: hoc maximū est in natura miraculū, Reliqua enim sub deo vnū qđđā in se singula sunt; hec oīa simul. Imagines in se possidet diuinor⁹/a quib⁹ ipsa dependet. Inferior⁹ rōnes ⁊ exēplaria/que quodāmodo ⁊ ipsa ꝓducit. Et cū media oium sit/vires possidet oium. Si ita est/trāsit in oīa. Et qz ipsa uera est vniuersor⁹ connexio/dū in alia migrat/nō deserit alia: sed migrat in singula/ac semp cūcta cōseruat: ut merito dici possit centrū nature, Uniuersor⁹ mediū. Mūdi series. Ultus oiuz: nodusq; ⁊ copula mūdi. ¶Qualis sit tertie hui⁹ eēntie natura satis ut arbitror dixim⁹. Quod aūt hec ipsa sit propria rōnalis aie sedes/ facilime inde cōspicit/q̄ huiusmodi est rōnalis aie definitio. Uita ⁊ itelligēs discurrēdo ⁊ corpus viuificās tpe. Hec eadē est eēntie illius ꝓditio. Nā viuit. intelligit: corpori pstat vitā. Quod viuat apparet: qm̄ ea in teris viuere dicim⁹ que sua quadā interiori virtute per oēm partē mouētur: sursum: deorsum: ante: retro. ad dexterā ⁊ sinistrā. Ita plāte mouētur ⁊ alia. Ubi igit est motus intimus ⁊ cōmunis: ibi vita. Uita inq̄ ibi est/vis ipsa interna mouēdi. Uis huiusmodi ibi est pcipue: ubi totius agitationis fons est ⁊ origo: primusq; motus, Maxime eniz est motus intim⁹ atq; cōmunis ubi est primus. Primus autē motus in tertia illa eēntia ponit. Ibi igit vita est: vita inq̄ talis: ut eius participatione corpa viuāt ⁊ moueant. Nā est vita corpib⁹ per naturā q̄ ꝓxima. Illa igit essentia tertia est vita viuificans corpa. Est etiā intelligēs. Quippe si motus alicubi perfect⁹ est/pfectissimus certe est/ubi primus. Nulla enim perfectio in posteriores mot⁹ nisi a primo descēdit. Igit motus est in tertia essentia motionū oium pfectissimus. ꝯs est autē qui a fonte suo discedit q̄ minimū: qui suo fundamēto maxime iungit: qui vn⁹ ⁊ equalis est summope: qui seipso sufficiēs est: qui figurā pfectissimā imitat. Talis autē est circuitus: ut cuiq; ꝓstat: qui etiā solus oium motionū est sempiternus. Alīq; quippe mot⁹ aliquē attingūt terminū/ultra quē non liceat ꝓgredi/cū nullum sit usq̄ spatiū infinitū. Circuitus aūt ut semel eadē repetit/ita bis ac ter ⁊ quater/simili repetit ratione. idemq; in eo finis est atq; principiū. ideo cū finiri

videt/tūc incipit. Circuitus igitur sempiternus est eēntie tertie proprius:ita ut per motū in seipsaz circulo reflectat. Merito si mouet ex se/mouet z in seipsam:ut finis aliquis motionis fiat/ubi aliqō est principiū:siquidē ipse motiōis causa quodāmodo suiipsius gratia edit motū.igit essentia illa a seipsa incipiēs perpetuo in seipam reuoluit.vires suas a summis per medias ad ifimas explicādo. Ac rursus infimas per medias ad summas similiter replicādo.Si ita est/seipsam/z que possidet intus aiad uertit. Si aiaduertit/certe cognoscit. Cognoscit aūt intelligēdo/dū eēntiā suā spiritalē z a materie limitibus absolutā agnoscit.Taliū nanqz cognitio/dicit intellectio.In nobis pfecto videm⁹ cognitionē/nihil esse aliud q̄ spiritalē vnionē ad formā aliquā spiritalē.Visus per suū spiritū spiritali colorz imagini iūctus videt.Jūctus vō materie/nihil cernit:qō patet/siquis sup aciē oculorz solidum aliqō corpus posuerit.mens quoqz nostra spiritali virtute in corpalibus rerū specieb⁹ rōnibusqz vnita res ipsas intelligit.Similiter cū essentia tertia/que quidē spiritalis est/sibiipsi cōiungit/spiritali modo se ipsaz aiaduertēdo cognoscit atqz intelligit.Intelligit etiā diuina:quib⁹ spiritali modo heret q̄ proxime.Intelligit z corpalia/ad que declinat etiaz per naturā.Cognoscit inq̄ tp̄aliter discurrēdo:cū per opationē sit mobilis.Ex oibus his colligitur talis quedā essentie tertie definitio.ſ.vita que corpa per naturā viuificat.Cognoscit quoqz seipaz z diuina z naturalia per discursuz.Quicūqz vo nō viderit eandē esse aie quoqz rōnalis definitionē/ēs aia caret rōnali.Quapropter aia rōnalis in essentia tertia habet sedē.Obtinet nature mediā regionem:z oia cōnectit in vnū. Q VARTVS LIBER.

Tres sunt aiaruz rōnaliū gradus.In primo est aia mundi.In 2° aie sparū.In 3° aie aialiū que in speris singulis cōtinentur. Cap^m. p^m.

Principio quinque gradus accepimus ascēdēdo.Deinde eos descēdēdo inuicē cōparauim⁹.Tertio in eorz medio/rōnalē aiam collocauimus.Deinceps aie huius gradus sicuti solēt mercuriales theologi/pscrutabimur.Generatio principiuz est nutritionis/z augumēti.Nusq̄ enim aut nutriri aut augeri absqz partiū quarūdā generatiōe dcq̄ pōt. Exploratū aūt habemus/ubi generationē nutritio z augumētū sequit:ibi vitā aiamqz iesse.Terrā vō videmus seminib⁹ ꝓprijs generare inumerabiles arbores aianteqz z nutrire z augere. Augere etiam lapides quasi dētes suos/z herbas quasi pilos/q̄ diu radicibus herēt:que si euellant z extirpētur e terra/nō crescūt.Quis femine huius uētrē vita carere dixerit:qui tā multos sponte sua parit fetus z alit:qui sustinet seipsum:cuius dorsum dentes pmit z pilos.Eadē est de aque corpe ratio.Habēt igit aiam aqua z terra. Nisi forte quis dixerit viuētia illa:que nos cū seminibus ꝓprijs carere videant / ab aia terre fieri dicimus aut aque nō ex tali aia nasci/sed ex influxib⁹ celestiū aior. At vō platonici negabūt influxus illos cū sint accidentia quedā a suis vitalib⁹ substātijs lōge seiūcta / posse vitalē hic substantiā generare.Quia nequeat accidēs generare substātiā:nisi tanq̄ instrumētū substātie subiciat:substātie inq̄ ꝓxime.Nā instrumētū secorsuz ab'artifice nō mouet ad artis formā. Sic influxus ille vite celestis ab ipa vita remotus vitalē formā non generabit. Merito celestis instinctus:qz cōmunis est cuilibet elemēto/in quolibet determinat ad vitaz aliquā in ipso elemēto gignēdā a cōmuni toti⁹ elemēti vita:eiqz subdit ut instrumentū.Sed neqz etiā ullo pacto generabit ipse.Cū enim nihil ultra ꝓpriū agat gradū nullo modo pōt accidēs generare substātiam: sed materiā dūtaxat accidētali quadā preparatione disponē. Oportere aūt elemētis hāc vitā ineſſe in tus fabricatricē/ea ratio psuadet:qō z ad substātiam generādā substātia est opus agente/z ad pfectā actionē/opus est perfecta agētis ipsius pntia. Quādo vō substantia corpalis corpali substātie admouet ad aliquā actionem:qō in agēte ipo substātiale est remanet extra:qō penetrat intro/est ꝓprius accidētale. Opus est aūt substātia penetrāte:ut substātia fiat ide:fiatqz perfecte. Substātia talis icorpea est z viuēs. Prereea cause naturales qz per naturā suā agūt/ideo ad certū effectū nō aliter q̄ certa nature sue rōne ferunt Alioqn nō magis ad hunc effectū uergerēt q̄ ad illū. Quo fit ut quatenus opi faciūdo quadrant/eatenus operent:atqz ꝓra.Quapropter herbe aianteqz que sola putrefactione nasci vident in terra / nō minus a proprijs causis oriri debēt q̄ que ꝓpagatione nascūtur.Sed ubi nā sunt he ꝓprie cause:? Proculdubio in terrena vita sunt terrenarū vitarū cause ꝓprie. Nā z si eas celestibus aīs attribueris/oportebit tñ celestes cōmunesqz istinctus ad terrenas particularesqz aias per vniuersalē terre aiam cōtrahi. Ut a celesti cōmuniqz ad oppositū.i.terrenū particulareqz per mediū cōpetēs.i.terrenū cōmuneqz ꝓgrediaris. Rursus si causas illas que proprie dicte sunt in multorz agentiū cōcursu posueris/cogeris deniqz vnā quādā proprij ordinis determinatā causaz assignare/que causas uarias z hinc atqz illinc cōfluētes/ad effectū proprium ordinet atqz determinet. Erūt igitur ille cause in aia terre/que per naturalē ideā rōnēqz vitis vitē:per muscarū rōnem muscas efficiet.Faciet inq̄ talia in materia sic prius aut sic ab aia ipsa dispositā:dū ad eā disponēdā sic aut sic ꝓtrahit mūdanos istinct⁹. Proinde si ars humana nihil est aliud q̄ nature imitatio quedā:atqz hec ars per certas operū rōnes fabricat opa/similiter efficit ipsa natura.Et tāto viuacioze sapiētioreqz arte quāto efficit efficaci⁹ z efficit pulchriora.Ac si ars viuas rōnes habet/que opa facit non viuētia/neqz principales formas inducit neqz integras: quanto magis putādū est/viuas nature rōnes ineſſe: que viuentia generat/formasqz principales ꝓducit z integras. Quid est ars humana? Natura quedaz materiā tractās extrinsecus.Quid natura? Ars itrinsecus materiā tēperās:ac si faber lignarius esset in ligno.Quod si ars humana quāuis sit extra materiaz tñ usqz adeo cōgruit z ꝓpinquat opi faciūdo/ut certa opa certis cōsumet ideis/quāto magis ars id naturalis implebit:Que nō ita materie supficiē per man⁹ aliaue istrumēta exterioza tāgit/ut geometre aia pulueri:qñ figuras describit in terra. Sed pinde ut geometrica mēs materiā itrinsecus phantasticā fabricat. Sicut enim geometre mēs dū figurarū rōnes secum

ipsa uolutat. Formatimaginib⁹ figurarū intrinsecus phantasiā:perq̄ hāc spiritū quoq̄ phantasticū absq̄ labore aliquo uel consilio/ita in naturali arte/diuina quedā sapiētia per rōnes intellectuales vim ipsam vi uificā ⁊ motricē ipsi cōiunctā naturalibus seminibus imbuit:perq̄ hanc materiā quoq̄ facilime formatin trinsecus. ¶Quid artificiū?mēs artificis in materia separata.Quid nature opus?natureēs in cōiuncta materia. Tāto igit huius opis ordo similior est ordi ni qui in arte est naturali/q̄ ordo artificij/hois arti/ quāto ⁊ materia ꝓpinquior est nature q̄ hoi/⁊ natu ra magis q̄ homo materie dñat.Ergo dubitabis cer toꝝ operū certas in natura ponere rōnes? ¶Immo ⁊o sicut ars humana q̄ superficiē tangit materie:⁊ per ꝓtingetes fabricat rōnes/formas similiter solū efficit ꝓtingētes:sic naturalē artē q̄ formas gignit siue eruit substātiales ex materie fundo/cōstat funditus opari per rōnes cētiales atq̄ ppetuas. ¶Plurime aian tes tū in terra tū in aqua/sola putrefactione nascūtur absq̄ ullo semine corpali.Quā plurime ex seminib⁹ procul iactis ab aiali diu postea partim fomēto quo dā extraneo accedēte/partim sine manifesto fomēto pululāt:herbe oēs arboresq̄ q̄q̄ uel serēdo uel plan tādo quotidie ꝓpagant / tñ quotidie multis in locis absq̄ semine uel germine corporali spōte nascunt:ut omittā q̄ multi philosophi post aquarū mirāda diu uia / etiā aialia pfectiora ex terra existimāt ꝓcreari. Oportet tū certa quedā ex certis quibusdā seminib⁹ exoriri:⁊ que ex potētia in actū trāseūt / per causam quādā in actū pduci talē/que ipsa iam in se talem uel equalē/uel pstantiorē habeat actum. Necq̄ sufficere putādū est:si vniuersalis remotaq̄ causa tātū sit pstā tior. Alioqn impfectissime queq̄ apud nos cause pos sent in virtute celestiū pfectissima queq̄ producere. ¶Hec oia significāt adesse ubiq̄ per terrā ⁊ aquā in natura quadaz artificiosa vitaliq̄ spiritalia/⁊ viuifi ca semina oium:que ipsa per se gignāt ubicunq̄ semi na corpalia desunt.Semina rursus derelicta ab aiali bus foueāt.Atq̄ ex putrido vinaceo semine cuius ⁊ vna ⁊ vilis natura est/uariā ordinataz p̄ciosamq̄ ge nerēt vitē/viribus videlicet suis/uarijs rōnalib⁹ p̄cio sis. ¶Eadē natura vitalis substātiales elemētoꝝ for mas/e fundo materie ipsius educit:quo nō penetrāt substātie corpales.Elementales insup qualitates:que per se urerēt solū frigefacerentq̄ ⁊ similia/ad coloꝝ figurarūq̄ speciosissimā ducit uarietatē/vitecq̄ vigo rē. Preterea qñ ex frigidoꝝ corporum collisione fit ignis/ubi nō preerat ignis nisi potētia quadam ⁊ illa quidē remota ab actu / ipsa per rōnē ignis efficacissi mā generat ignē.Et ubicūq̄ sole apparēt qualitates accidētales ad generationē cōferre non nihil / que tñ per se absq̄ substātia quadā effectui cōgrua nequaq̄ sufficiūt/ipa vicē genitricis substātie gerit. Quinetiā corpa mixta/que propter terrenā uel aquaticā crassi tudinē sm se pigra sunt ⁊ vilia/ad mirabiles aliquas actiones extollit.Immo etiā ad aios hoiuz ⁊ fascinā dos ⁊ roborādos.Quod absq̄ virtute ai ⁊ quidem potētioris effici nequit. Virtute enim nature viuacis ⁊ sapiētis:que his ipis est infusa corpibus/herba hie robotanū/ut magi inquiūt / cōfert diuinationib⁹ me dicoꝝ.Acates fouet visum:obtūdit uenenū: prestat vires atq̄ facūdiā:pl̄ens adamas magneti q̄ rapit/ aufert.Corneola sanguinis sistit fluxum:⁊ mitigat iras.Onyx accēdit iras.Terret in somnijs. Coral lus deniq̄ ut testant Metrodorus ⁊ Zoroaster in sanos terrores ammouet:fulgura repellit ⁊ grandi nem.Alis certe nostris tempestatibusq̄ natura illa prestat:cuius virtute talia fiunt.Quā esse oportet infusam corpusculis infimis ut infima secuz preter ipsoꝝ naturas ad supnoꝝ eleuet actiones.Esse vi tā huiusmodi mūdo infusaz.Strato ⁊ chrysippus cōfitebunt:sed ipsam esse summū deū asseuerabūt. Platonici id negabūt.Quia sup eā vitā/que alicu ius est/⁊ in aliquo esse decet eā vitā/que suiipsius ⁊ in seipsa cōsistit.Vita vo mūdane alicuius spere nō minus familiaris est spere sue q̄ humano corpi alius sit humanus. Quapropter vita spere siue ali cuius siue toti⁹:neq̄ prima est vita neq̄ de⁹. ¶Be us enim summus summa est vnitas.A summa vni tate sm platonicos multitudo forsan aliqua statiz pficisci pōt: nō tamen tāta debet diuersitas discor diaq̄ sese inuicē corrūpentiū qualitatū. ¶Rursus summe bonitati pulchritudinisq̄ nihil mali / ⁊ de formis est primū.Mala vo multa deformiaq̄ cō tingūt circa materiā. ¶Preterea si deus est ipsuz esse:nō pōt esse forma materie.talis enim forma nō est eē ipsum:sed essendi principiū. ¶Et q̄ deus est esse ut ita dixerim adeo absolutū/ut nō sit in essen tia aliqua multo minus est in materia.Itē cū deus sit prima efficiēs causa/agit sua oia primo.Forma vo materie nō agit primo oia.Compositū enim pri mo agit pti⁹ q̄ pars cōpositi. ¶Rursus cōpositi partes in potētia quadā sunt ad ipsuz totius actū. In deo aūt nulla est ad ulteriorē actū potētia. Nō ergo ex ipso ⁊ materia fit aial vnū:ut stulte putant almariani. ¶Aial quippe rōnale ex seipso mouet. Unde moueri pōt ⁊ nō moueri:atq̄ tū ueloci⁹ mo ueri/tū tardi⁹.Quod tale est/nō pseuerabit in mo tione perpetua ⁊ equali:nisi lege alicuius superioris qō nullo modo mutet.Deus igit nō est globi alicu ius aia:ne ex seipso ⁊ globo aial vnū cōficiat:coga turq̄ habere supra se ducē. ¶Sed nunquid spere vitā esse angelū cōcedem⁹?naturalesq̄ formas ab ideis mētis angelice pficisci?nequaq̄. Corp⁹ enim sicut per talē aut talē essentiā ad vitā talē aut talez ita per talē vitā ad mentē talē necessario preparat. Ideo Plato in timeo deū inqt:mētē aie aiam cor pori cōiunxisse. Quasi nō possit clara mēs opaco corpi aliter q̄ per aiaz pspicuā copulari:sicut ⁊ lu cidū corpus dēso per diaphanū.i.pspicuū iūgitur: ut qō ⁊ lucē per se habet/⁊ alijs exhibet/ei qō luce caret/⁊ impedit lucē per naturā mediā cōiungat/ que licet per se careat luce:non tñ impedit lucis in gressum. ¶Ac si mētis nostre opatio per quādā a materia separationē pficit/opatio mētis angelice/ que in genere intellectuali pfecta est /longe semota est a materia. Cū vo angelus ipse nihil aliud sit q̄ mēs ⁊ qua rōne mēs est/opando materiam fugiat quo nā pacto angeli substātia materie prime inhe rebit? ¶Decet ut quēadmodū particulares homi nū mentes particularia ipsarū corpa per aias pro prias.i.per aiales vires attingūt ⁊ mouēt/ita com munes sperarū mētes cōmunia corpa per aias cō plectant ⁊ ducāt.Sic enim ⁊ spere ille vitā insitaz

possidebāt

possidebũt/ꝛ mẽtes diuine e sublimi statu nequaq̃ deiẽt. Et sup vitas sparũ que intellectuales sũt simul ꝛ aiales/erũt angelice vite/que solũ itellectuales existũt. Sup has erit de⁹ vita vitarũ. ¶Adde q̃ si mẽs angelica idiuisibilis imutabilisq; est/ꝛ sup locũ tẽpusq; oino nulla rõne quadrabit corpi diuisibili mutabili:loco tpiq; subiecto:aut formas in eo tales efficiet/nisi aia interceſſerit:que qꝛ idiuisibilis est/supq; locũ/formatur ab angelo siue ducit:qꝛ vo mutabilis est ꝛ aliq̃d hẽt tpis/cõgruit cũ materia: ꝛ formas acceptas desup deducit in seipa ad mutabilẽ/tpalẽq; nam:per quã facilime trãseũt in corp⁹ quoq; mutabile:atq; in ipso diuisibiles iã euadunt. ¶Placet ergo platonicis deũ per seipm formare angelos:per angelos aias:per has postremo mãz. Formasq; a summa vita ꝛ actu gradatiz degnãre/ usq; adeo ut in materia iã neq; reuera viue neq; efficaces appareãt. Nẽpe a deo in angelũ ex vna eẽntia trãseunt in multiplices q̃litates. Ab hoc in aiaz ex statu in motũ aliquẽ efficacẽ. Ab hac in corp⁹ ex vitali actiuoq; motu in mutationẽ mortalis nature passiuã. Quãobrẽ si aque terreq; vita ilita est/neq; tñ hec est deus/ne imẽsus act⁹ vilissime potẽtie sit addict⁹/neq; angelus:ne clarissima mẽs obscurissime nãe sit ꝓxima/ꝓsequẽs est ut aqua ꝛ terra aias hẽant:qrũ artificio he spe reb⁹ pciosissimis exornẽtur:quẽadmodũ ꝛ aiule queq; aialiũ aq̃ticoꝝ ꝛ terrenoꝝ videlz duce spe sue aia corpuscula sua per ilita semina gratissime pingũt atq; figurãt. ¶Globo terreno vna aia sufficit:qm̃ ipse vnus est oino: partib⁹ in molẽ vnã ꝓtinuatis. Una quoq; aia orbi sufficit aque. Necesse est tñ geminas eẽ hoꝝ duoꝝ aias/spe iuicẽ differẽtes. Qũ oñdũt ipsoꝝ corpoꝝ nãe:diuerse spe/q̃litatib⁹ ꝛ effectib⁹. Si globi tales ꝓpter crassitudinẽ a sps puritate remoti atq; angusti/ꝓpꝛijs aiabus viuũt:viuũt ꝛ multo magis globi oẽs supiores:ꝛ qui puriores sunt ꝛ ãpliores admodũ.quoꝝ fométo terra ꝛ aqua parturiũt. Aiaz suã hẽat aer:suã ignis:eadẽ rõne qua terra suã ꝛ aqua. Silr octo celoꝝ globi aias octo:tot enim apud ueteres erãt celi. ¶In terra multa sũt aialia:que ꝓpriã hñt aiam a coi aia terre distinctaz/qꝛ mouent loco:qũ terra nõ facit:qꝛ separata cũ sint a terra viuũt/qũ lapides/ꝛ plãte nõ faciũt/que per aiam viuũt terre nõ suã:qꝛ se a terra uel uolatu uel edificijs ꝛ machinis tollũt in altũ. In aqua rursus plurima sunt aialia/viuẽtia ꝓpꝛijs aiab⁹. Si a deo fecũda ꝛ ornata est aqua ꝛ terra/cur nõ aer ꝛ ignis ꝑter cõmunes aias suas etiã aias multas cõtineãt ꝛ aialia ꝓpria: Idẽ de celoꝝ speris argumẽtare. Ubi stellẽ cũ sint iter se quãtitate luce:virtute motuq; diuerse ꝛ singule ꝓpꝛios circuit⁹ pagãt/specie quoq; diuersas aias hñt. Que q̃dẽ stelle ita celos ornãt:ut aquã aquatica/ꝛ terrena aialia terraz. ¶Aialia illa celestia ob maximã lucis copiã clare pspicimus. Terrena quoq; ꝛ aquatica:qꝛ ꝛ ꝓpinqua sũt nobis:ꝛ sua crassitudine oculis sese mostrãt. Aerea vo ꝛ ignea nõ videm⁹:qꝛ neq; etiã ignis ꝛ aeris cernim⁹ elemẽta:cũ neq; lucis igẽtissime bñficio neq; molis crassitudine appeãt oculis terrenoꝝ. ¶Aiam ipsam terre rõnalẽ eẽ necessariũ est:qñquidẽ aialia quedam terre rõne nõ carẽt:psertim/cũ opa terre pulchꝛio ra sint q̃ hoiuz opa. Si aia huius ifimi globi ratione capta non est/neq; etiã supioꝝ globoꝝ aie sunt rõnis exptes. In terra ꝛ aqua talis est distinctio partiuz/q; terrenoꝝ corpoꝝ quedã sunt min⁹ pura/quedã purissima. Illa aias irrõnales hñt. Ista rõnales. Idem in aqua:ubi sunt pisces irrõnales in luteis partib⁹ aque. Sũt etiã demones aquei:quas nereides uocat orphe us.in qbusdã sublimioꝛib⁹ exalationib⁹ aque: quales sint in hoc aere nubiloso. Quoꝝ corpa videnť qñq; acutioꝛib⁹ oculis:psertim in perside ꝛ africa ut existimat Zoroaster. Adiũgit porphyrius illos demones videri solũ/in quoꝝ corpib⁹ ꝑter aque exalationẽ/ignis abũdat. Idq; in oriẽte ꝓtingere atq; meridie. Illos insup tãgi in qb⁹ ꝑterea multũ est terre:quales fuisse tpibus suis apud tuscos indt. Sz in globis oib⁹ sup aquã nõ sunt aiantes/nisi cõpotes rõnis:qm̃ nõ diuiduntur globi illi in ptes crassas ꝛ tenues. Et q̃dq̃d ibi est:aque/ is exalationib⁹ lõge est puri⁹. Sz liceat hic vna cũ pythagoricis parũper ꝓfabulari. ¶Qm̃ vo ois multitudo maxima ad paucũ est numerũ colligẽda:pauc⁹ numerus ad paucas vnitates. Unitates pauce ad vnitatẽ vnã. Idco inumerabilis aiaruz turba in q̃libet spera mũdi viuẽtiũ ad paucas aias in ea ipsa spera pstãtioꝛes/puta ꝓncipes. xỹ. est reducẽda. ¶Sed cur ad xỹ. ꝓncipes maxime:qꝛ sicut vnũ mũdi corp⁹. xỹ. apõ pscos ꝓtinet art⁹:hi vo articlos plurimos:sic vna mũdi aia/aias. xỹ. he plurimas. Sz he ita cõtinẽt plurimas ut. xỹ. primo ꝓtineãt principales:cur: Quia cũ aia cuiusq; spere ex primo duodenario aiarũ numero selecta sit ꝛ accõmodata spere/ꝛ merito recurrit rursus in duodenariũ. Cui⁹ numeri signũ in spera ꝓma hẽm⁹ ꝛ ultima. In prima q̃dẽ per zodiacũ cernim⁹ aialia syderea. xỹ. In quolibet aũt illoꝝ stella quedã est principalis tanq̃ cor aialis illi⁹ celo picti. In quo q̃dẽ corde vitã agit aia toti⁹ syderis principalis: Illic igit aie diuie xỹ. a pythagoricis collocant. In arietis corde pallas. In corde tauri uen⁹. Geminoꝝ phebꝰ pticularis. Cãcri mercuri⁹. Leonis iuppiter pticularis. Uirginis ceres. Libre vulcanus. Scorpionis mars. Diana sagittarij. Capricorni uesta. Aquarij iuno. Pisciũ vo neptunus. ¶In ultima quoq; spera. s. terra. xỹ. vite sunt hominũ. Quippe vitã agũt hoies per rõnẽ cerebro assignatam:per irã cordi:per cõcupiscẽtiaz iecori attributam. Siquis nulla harũ viriũ uti dicať/ne spirabit quidem. Siquis rõne sola nõ amplius erit homo. Immo impossibile est aiam corpori ꝓiũctã sola icedere rõne. Sola quoq; irascẽdi vi uti neq̃t:qꝛ hec semp uel rõni seruit uel cupiditati. Sola etiã cupiditate nõ põt: hec enim roborať semp uel a rõne deprauata uel iracũdia Ergo necessariũ est/aut per oẽs illas vires incedere aut duas. Prima igit humana vita erit que rõne utit magis:ira min⁹:cõcupiscẽtia minime. Scõa/que rõne magis:min⁹ ꝛcupiscẽtia:ira q̃minimũ. Tertia que magis ira:rõne minus:libidine minimũ. Quarta que ira magis:cupiditate min⁹:rõne minime. Quinta que libidine multũ:rõne parũ:ira paululũ. Sexta que multuz libidine:ira parũ:paulũ rõne. Ita ex coi triuz virium usu sex vite cõficiunt. Nascunt sex alie ex usu duarũ. In prima ratio supat irã. In secũda ecõuerso. In tertia rõ supat cõcupiscẽtiã. In quarta ꝓtra. In q̃nta ira dñat ꝛcupiscẽtie. In sexta ecõuerso. ¶Si in spis mũdi duab⁹ extremis duodenarius numerus obseruat

obſeruaꝫ in medijs. Quãobrẽ ſicut icepim⁹ paulo añ plurimas aias in qualibet ſpa viuẽtes ad.xij. principales in eadẽ viuẽtes ſpa per ordinẽ reducam⁹. Accipiamus iterũ.xij. principes in vna quauis ſparum.xij. tot eniꝫ apud p̃ſcos ſunt ſpe mũdi:referam⁹ illas ad.xij. aias illarũ ſparũ cões. Duodecim rurſus ſparũ aias ad vnã ipſius vnius mãe aiam. ¶Qm̃ vo aia eſt mentis particeps/ꝛ ſup nãm participẽ oportet eẽ nãꝫ per ſe plenã: Jdeo aiarũ genus ad mẽtes extollit liberas/ mẽteſqꝫ tãdẽ ad vnã mẽtẽ. Et vna mẽs qꝛ ꝛ mẽs eſt ꝛ vnũ/ad vnũ ſimpliciter eſt erigẽda:qõ nõ ſit vnũ hoc aut vnũ illud:ceu uel vna mẽs uel vna aia:ſꝫ vnũ ipꝫ. Qõ uocat pythagoras vniuerſalẽ apollinẽ. Vult eniꝫ απολλονα dici quaſi απλον qõ ſignificat ſimplicẽ ꝛ quaſi απολλων qõ ſignificat ſemotuꝫ a multitudine. Jdẽ uocat ταγαθον.i.ipm bonum:qm̃ bonitas ꝛ pfectio cuiuſqꝫ in eius vnitate ꝓſiſtit:ut ſi in reb⁹ idez eſt bonitas atqꝫ vnio:ſupra res quoqꝫ idẽ ſit ipſuꝫ pmũ vnũ primũqꝫ bonũ. ¶Quapropter primũ vnum bonũqꝫ pxime vni p̃eſt mẽti. vna mẽs multis mẽtibus primũ/forte.xij. ducib⁹ mẽtibus, duodecimqꝫ ſub illis duodenarijs: plurimiſqꝫ deinceps p̃eſt: deniqꝫ ꝛ aie mũdi vni. Una aia mũdi duodeciꝫ aiab⁹ ſperarũ.xij. Alie.xij. p̃ſunt.xij. duodenarijs aiaruꝫ.cuiuſqꝫ.ſ.ſpere aia p̃eſt aiab⁹.xij. in ſpera ſua p̃ſtantioꝛib⁹. Duodecim deniqꝫ duodenarij p̃ſunt innumerabilib⁹ aiab⁹. Nam in qualibet ſpera duodecim ille principes aie alias illius ſpere ducũt aias. hec aũt muſarũ chorea cantat ſaltatqꝫ ppetuo ut ait Orphe⁹ muſicis modulis ad apollinis ipſius impiũ συδε παντα πολον κιθαρη τo λυκρεκτω αρμοζεισ, i.tu totũ celũ canora cithara tẽperas. Sꝫ ſatis hactenus cũ pythagoricis cõfabulati ſumus, Ad inſtitutũ iã platonicũ ordinem redeamus. Speras mũdi viuere vna rõne ꝓbauimus:pgam⁹ ad aliã. Cũ videamus ſperas mundi moueri:ꝛ motoꝛes aliquos illarũ excogitem⁹:ſciamus p̃terea eẽ nõ poſſe ſperã aliã ſup aliã/aut motoꝛes alios ſup alios abſqꝫ fine/fateri cogimur eẽ aliquã ſperã que moueat ꝑmo. Si primo mouet / principio certe mouet intrinſeco. Nãpe ut ſupra tetigimus/qõ primo calet ꝛ friget calore ꝛ frigoꝛe intrinſeco/calet ꝛ friget. Semp enim qõ per aliud eſt tale ad aliqd diximus reducẽdũ/qõ ſit tale per ſemetipm. Ac ſi minima queqꝫ coꝛpuſcula mundi hñt quodãmodo in ſeipſis ſuoꝝ motuum opumqꝫ virtutes:qõ in partib⁹ elemẽtoꝝ ꝛ herbis appet atqꝫ aiantibus/quãto magis ſpere mundi ampliſſime in ſe ipſis poſſidẽt cõuerſionũ ſuarum principia:principia inq̃ familiariſſima:quib⁹ ſpere cõiũctiones ſint q̃ noſtris aiab⁹ coꝛpa noſtra. Siqdẽ motus tãto nãlioꝛ efficacioꝛqꝫ eſt/quãto mobile eſt motoꝛi cõiũctius. Mobo tus aũt celi ceteris a violẽtia alenioꝛ eſt: nãlioꝛ efficacioꝛ. ¶Sed que nã illa principia ſunt:nuꝫ qualitates aliquet:puta ſicut grauitate ꝛ leuitate partes elemẽtorũ moueri vident/atqꝫ caloꝛe opari ꝛ frigoꝛe/ita mundi ſpere per q̃litates huiuſmodi revoluũtur:nequaq̃. Qualitas eniꝫ qꝛ ſitu ꝛ partib⁹ terminata eſt/atqꝫ vni cuidã eſt addicta mãe. agit etiã terminate:fatigaturqꝫ ut nequeat aut ſemp aut eodeꝫ modo movere:ꝛ queliber qualitas vnicũ opus agit:ꝛ ad vnicũ mouetur terminũ. Quid caloꝛ agit niſi caloꝛẽ:frigus frigiditatez:ꝛ Leuitas ſurſum trahit ſolum / grauitas vo deoꝛſum. Nunq̃ igit qualitas ꝓtrariũ aliquẽ effectũ principalis ſui opis faciet natura ſua:nunq̃ ad locuꝫ vñ diſceſſit/ſpõte redibit:nunq̃ inde diſcedet ſponte quo ſe nãliter cõtulit. Celũ aũt mouet ſemp equaliter / uariosqꝫ ꝛ iter ſe ꝛios ꝓducit effect⁹: atqꝫ ad hãc diuerſitatẽ ꝛijs modis mãz diſponit iferioꝛẽ. Figurationes uarias induit:nec ullũ habet certũ in ſuo circuitu terminũ. Sed quodcũqꝫ ſignaueris pũctũ ſuper celi doꝛſuꝫ/ad illud inumere quelibet celi pars accedet/rurſuſqꝫ recedet facilime nõ per aliquam violẽtiã. Qõ enim eſt violẽtũ/neqꝫ diuturnum eſt/ neqꝫ ſemp idẽ ꝛ ordinatũ. Adde q̃ cuꝫ celũ ꝛijs ſimul motib⁹ revoluat/ſi qualitate duceret certe ꝛii⁹ qualitatib⁹ moueret. Nõ tñ illic eẽ p̃t ꝛie qualitates atqꝫ nãe/ubi nulla eſt pugna/nullus interitus. Jtẽ cũ natura determinata ſit/ideoqꝫ nõ queat ide terminatũ diuerſũqꝫ finẽ/qualis eſt mot⁹ appetere q̃etis gratia tm̃ mouet:mot⁹ aũt circularis ꝑꝫ ſe nõ dirigit ad q̃etez. Ergo neqꝫ a natura agit/neqꝫ ſiqñ q̃eſcat/ſiſtit a natura. ¶Preterea qualitas exteꝛa in coꝛpoꝛe/in ſeipſam reflecti nõ ualet/cuꝫ ſit coꝛpi alligata. Quo naꝫ igit pacto dabit qualitas celo revolutionẽ in ſemetipm que in ſe nõ hẽt ſui ipſius revolutionẽ in ſemetipm que in ſe nõ hẽt ſui ipſius reflectende virtutẽ. ¶Jtem cuꝫ coꝛpus nihil per naturam agat ſuã/ſed per qualitatem/ꝛ qualitas non ſuo ductu vim preſtet coꝛpoꝛi:ſed quatenus ipa aliunde mouet/ ſi qualitas aliqua mouet celum / ipſa interim aliunde mouet. ¶Quid illud quod ipſam mouet:deus ne:minime:nã prima cauſa cũ infinite excedat oĩa/nulli coꝛpi familiaris eſt/ſꝫ eque oib⁹ eſt coĩs:ꝛ ab oib⁹ abſoluta:ſi enim de⁹ eẽt ppri⁹ alicuius coꝛpis agitatoꝛ:nõ eẽt ampli⁹ oium. Jdeo ut ſit oium/nõ eſt rectoꝛ ꝓpriꝰ alicui⁹. Spere tñ familiariſſimos ut dixim⁹ motoꝛes reqrũt. Ac etiam qꝛ diſcrete ſunt iuicẽ:ꝛ diuerſis motib⁹ agitant/alios atqꝫ alios motoꝛes ꝓprios exigũt:qñquidẽ eſſe debet iter motoꝛẽ motũqꝫ ꝓportio. Neqꝫ ꝓbanda eſt eoꝝ ſnia/qui motoꝛes ſpis ita diſtribuũt/ut de⁹ prime accõmodet:reliqs reliq intellect⁹. Nã cuꝫ ꝑꝫ ꝓportionẽ diſtributio fiat/ſicut ſpere in natura ordineqꝫ ꝓueniũt iuicẽ/ita iuicẽ ꝓgruẽt de⁹ ꝛ itellect⁹ Nõ ſupabit deus reliquos itellect⁹ niſi quãtũ prima ſpera ſupat reliquas:nec erit imẽſus. Erit quoqꝫ cõpoſit⁹ ex natura coi qua cũ alijs ꝓgruet:atqꝫ ex propria:per quã diſtinguet. ¶Preterea ſi de⁹ ipſa bonitas eſt/hec aũt rẽ q̃libet mouet tanq̃ appetibile appetitũ/de⁹ celũ mouet tanq̃ finis. Coꝛp⁹ aũt ad finẽ extrinſecũ nõ mouet/niſi per iterioꝛẽ aliquam formã/finis q̃dẽ ipſi⁹ cupidã effectricẽqꝫ motionis. Ergo ineſt celo forma bonitatis prime cupida effectriqꝫ mot⁹. Que q̃dẽ auiditas neqꝫ ceca eſt ut lapidũ:neqꝫ irrõnalis ut beſtiarũ. Quõ eni auiditas ꝑme vitati ſapieqꝫ ꝓpinqua ceca irrõnaliſqꝫ erit: Preſertim cũ maioꝛi ordine moueat ſuũ coꝛp⁹ q̃ noſtra rõ noſtrũ. Nõ igit de⁹ mouet celũ ꝓxime:ſꝫ forma quedã celi ꝓpria vite rõniſqꝫ cõpos ꝛ diuine cupida bonitatis. Ac ſiqs dixerit temperatiõe quadã moueri celos/ſicut enee quõdã archimedis uoluebant ſpere/cõpelleꝫ eã ipſam tẽperationẽ nõ minus ſubſtãtialẽ:vitalẽ:rõnalẽ eſſe fateri q̃ ſit tẽperatio qua terreno ꝝ aialiũ mẽbra mouẽtur: poſtq̃ illa prime ſubſtãtie:vite:rõni ꝓpinquioꝛ eſt:ꝛ appet tũ nã ſua tũ motib⁹ eqbilioꝛ. Sꝫ nunqd illa eſt angelus

nequaq̃.

Eluctabit ūs dicearcus aut epicure⁹ aliqs q̄si mōstro id simile sit. Rē. s. aliquā partim incorruptibilē eē partim corruptioni obnoxiā. At nos affirmabim⁹ nāe ordinē sine hoc seruari nō posse. Sūt aliqua corpa ab oi penit⁹ corruptione semota: ut celi: quoz neq; spera ipa neq; particula ulla corrūpitur. Sūt ⁊ corpa ūs prius opposita. s. oīno caduca puta ligna: lapides: metalla ceteraq; ex quatuor elemētis cōpōsita. Ligni siquidem particule nō nulle qñq; putrescūt. Deinde etiā totū lignū ipm desinit esse lignū: q̄uis quicqd ita cōpositū est/ob id saltē ex incorruptibili pstet ⁊ corruptibili q̄ pmā in se materiā hēt ppetuā: formā vo mortalē. Quapropter cōiūctio mortaliū cū imortalibus neq; impossibilis est neq; rara. Sed redeamus ad ordinē institutū. Sunt etiā corpa media: elemētoz videlicet quatuor spere: partim incorruptibilia prim corruptibilia. Ipsa qdē tota elemēti spera sua speciē/suū situ/suū seruat tenorē. Particule vo eius nōnulle qñq; hinc pdunt: inde instaurant. Cū vo corpa uel a spiritib⁹ uel spirituū gratia fuerint constituta: ordinē corpoz oportet ab ordine spirituū pficisci: aut saltē spirituū ordinē imitari. Sunt ergo spiritus aliq penitus imortales ut angeli: quoz neq; tota ipsa substātia cōmutat: neq; ulla vis: neq; etiā opatio. Sūt alī mortales oīno ut cōmunis fert opinio: brutoz. s. aīe quarū pmutat vis opatioq; pmutat ⁊ tota substantia. Sint insup oportet spiritus utrozūq; medī ut vnus sit absq; intermissione toti⁹ nāe cōtext⁹. Hi per totā substātiā pmanebūt: per particulas aliquas mutabunt. Tales erūt aīe nostre precipue quarū substantias cogit eē perpetuas cōmunis illa cū celestib⁹ cōtēplatio uolūtasq; ⁊ actio. potētias vo aliquas siue opationes qñq; cessaturas idicat nobis illa cōmunis cū brutis mortalibus opatio: cultul mortalis corporis penit⁹ mancipata: Quippe cū naturales affectus in naturis ppīis fundētur: diuersiq; affect⁹ in diuersis naturis: videam⁹ aūt nostras aias affectū ad eterna hēre: affectū quoq; ad tpalia/merito dicimus eas ex naturis duabus eterna videlicet ⁊ tpali cōpositas eē. Quēadmodū si videremus corp⁹ aliquod natura sua quasi equaliter sursum deorsūue moueri: diceremus ipm ferme equaliter ex grauitate ⁊ leuitate cōponi. Tria vidim⁹ corpa: tres quoq; spirit⁹: tres nūc accipiam⁹ species aialiū. Aialia utrinq; tam ex aīa q̄ ex corpe sempiterna: ceu mundi speras stellasq;: ita ut Plato existimat aīatas / ut tā corpus earū q̄ aīa sit procul a morte. Itē aialia utrinq; mortalia ceu bruta. Interponamus hoies ex aīa imortales/mortales ex corpe. Multi vo etiā multos demones heroesq; similes interponunt: neq; seruari aliter ordo nāe pōt nisi celesti aīe ferme penitus imutabili: corp⁹ oīno incorruptibile tribuat. Atq; bruti aīe penitus corruptibili corpus oīno mortale. Aīe aūt hois ⁊ imortali simul ⁊ quadaz ex parte mutabili corpus det utrūq;: ethereū vnū ꝛm Platonē: elemētale alterū. Ut hois aīa ethereo immortaliq; corpe qua parte imortalis est celit⁹ induta descēdat. In terris vo qua parte mutabilis mutabili elemētoz corpe uestiat. Ac merito hois aie licet imortali corpus corruptibile cōgruit: ppter eā sui ptē qua eē mutabilis demonstrat: Nihil igit obstat quin possit aīal vnuz in nāe ordine reperiri ex aīa imortale: ex corpe corruptibile. Idq; manifestius homo sit: ut ⁊ supior ratio demōstrauit: ⁊ Anaxagore sētētia cōprobat quatuor rerū gradus inducēs. Immortalē eternitatē. Immortale tempus.

Mortalē eternitatē. Mortale tēpus. Primū esse arbitror mētē. Secūdū celū. Tertiū rōnalē aiaz. Quartū irrationalē. Ideo de hoie dixit diuinū illud. ΘΝΗΤΟΣ ΑΙΩΝ ΜΕΡΟΣ ΕΧΕΙ ΘΕΟΥ ΤΙΝΟΣ. i. mortalis eternitas dei partē habet. hoiem eternitatē quidē uocat tū propter aie substātiā tū ꝓpter intelligētiā. Mortalez vo tū propter mutabilē aie partē uel actionez tū propter corpus elemētis cōpositū. Necꝫ absurdū eē platonici putāt ut in aīa actionis motio vna cū substātie īmutabilitate cōcurrat: qñquidē ⁊ in celo qō aie fert imaginē. hec duo manifeste ꝓcurrūt. Nihil enīz inter corpea celo mutabilius nihil cōtra stabilius inuenit. Talē quoqꝫ putāt esse primā mūdi mām: que sic naturalibus subest formis quēadmodū mens nostra diuinis. Putāt aūt mutationē rebus ex ipsarū multiplicitate ꝓtingere. Ita ut que eēntiā hñt multiplicē motionē in eēntia sortiant. Que vo virtutē actionēqꝫ solaz in ūs duntaxat mutationē aliquā sustinere. Sed ut capitulū ꝓcludam⁹. Nihil ꝓhibet/quo minus aie q̄is indissolubili corpus dissolubile cōgruat. Presertim cū etiā celi corpus ex eo dissolubile nominēt: ꝙ partibus cōstet extēsis. Propterea ꝙ seipm cōtinere non possit: sed virtute aie cōnectat. Idē cōtigisset ⁊ nobis si aie nostre similiter atqꝫ celestes a diuina vnitate nō recessissent.

DECIMVS LIBER.

¶ Prima rō. Sicut ultimuz in ordine corpoꝝ est in ꝯruptibile: sic ⁊ ultimū in ordine mētiū. Capm. pm.

Quoniā ordo corpoꝝ sub ordine ītellectuum collocat pendetqꝫ inde: ideo corpoꝝ ordo nō aliter ordinez sequit intellectuī q̄ pedis uestigiū ipm pedē: ⁊ vmbra corpus. Itaqꝫ qualē videm⁹ ordinē in corpibus: talē pene debem⁹ in mētibus cōiectari. Videm⁹ in corpoꝝ ordine sublime corpus videlicet supremū celū in natura sua cūctas vires formarū oium efficiēdarū ꝓtinere: per quas utiqꝫ vires tanq̄ actiuas ⁊ efficaces iferioza corpa ad uarias formas suscipiēdas disponit. Quapropter uarīs nāe sue viribꝫ ⁊ uarīs motionis sue cōfigurationibus corpa inferioza uarie mouet ⁊ format. Ut merito dici possit sublime celuz formas corpoꝝ reliquoꝝ uel actu uel actiua virtute cōplecti. Corpa vo sequētia affirmare possumus illi adeo subici ut ipsa quidē in potētia quadā susceptiua ut dicit ⁊ passiua easdē hēant formas: atqꝫ actu ab illo suscipiāt. Uerū talis ordo seruat ut quo sublimius sub illo corpus est/eo magis actiuā potētiaz hēat minusqꝫ passiuā. Quod enīz primo est ꝓximū ab vnico primo suscipit atqꝫ patit: agit in multa. Ad sequenti ponit gradu patit etiaz magis/agit minus. Quoniā a duob⁹ iā primo videlicet ⁊ secūdo patit: in sequentia que accepit effundit. Quousqꝫ ad īfimā quādā materiā ueniat: que cū a supioꝛib⁹ oīb⁹ capiat: ipsa tribuat nulli. Itaqꝫ in potētia passiua habet quidē formas oēs quas per successionē a supioꝛib⁹ suscipit patiēdo. In virtute autē effectiua hēt nullā. Idē in mētib⁹ cogita. Quarū principiū deus oēs intelligibiles species vno ⁊ ꝓprio hēt actu: distribuit oībus: capit a nullo. Sequētes illū mentes inde oēs accipiunt: ⁊ inuicē ita se habēt: ut supioꝛ inferioꝛi ideas illas lumenqꝫ quasi distribuat. Ergo quo altioꝛ mēs est/eo pauciozib⁹ ſ̄ biecta pluribus p̄sidet. A pauciozibus igit patit capiendo. Agit in plures distribuēdo. Infima denīqꝫ mēs talis debet esse/ut primo illarū principio sit opposita: capiat ab oīb⁹: tribuat nulli. Secūdū nām suaz ideas illas in potētia q̄dē hēat passiua: nullas actiua. Postq̄ ideas nō trāf sundit in aliquē ipsi subditū intellectū. Quippe in primo potētia sola actiua est idearū. In sequētibus actiua per ordinē ⁊ passiua. In infima mēte passiua. Ordinē igit primi celi obtinet deus. Uicē sequētiū corpoꝝ medie tenent mētes. Locū māe infime infimus intellect⁹: qui per nām suā successione quadā oēs intelligibiles rōnes accipiat actu/siue videat: neqꝫ oēs actu simul ītueatur. Quēadmodum corpoꝝ formas materia suscipit ab alia in aliā succedendo. Materia hec qꝫ ex nulla añcedēte materia fit/vñ creatoze indiget infinito. Iccirco a solo creat siue manat deo. Par est enim ut potentia simplex a simplici fiat actu. Quiqñ actionē suā ultra agētiū reliquoꝝ actiones ꝓtēdit/solus facit mām: que gradū tenet ultimū in natura. Si solus de⁹ creat mām que est infimū corpaliū: solus creat eā mentē que est infimū intellectuū. Si materia opus est oiuz diuinoꝝ opum a deo remotissimū. Intellectuale vo gen⁹ est ꝓximū: ⁊ illa fit seoꝛsuz a mēte: multo magis pōt mēs seoꝛsuz fieri a materia. Si talem ordinem habet intellectus ultim⁹ in rerū intellectualiū genere: qualē materia in genere nāliū: ⁊ materia a nulla re nāli pōt fieri: sequit ut postremus intellect⁹ a nulla specie intellectus que in eo sit genere possit fieri. Nō si intellect⁹ huiusmodi a nullo generis eiusdē itellectu uel multo ꝓstātioꝛe depēdet: multo minus putandus est a genere naturaliū: multo iusuper minus a materia depēdere. Hinc sequitur. postremam mentem e materia nō educi. Sequit etiam esse incoꝛruptibilem. Mā cū mētiū ordo sit ordine corpali ꝓstātioꝛ: atqꝫ ordo rerū corpaliū tandē descendat in mām sempiternā. Siquidē materia illa nunq̄ coꝛrūpit: qs usqꝫ adeo demēs erit/ut cōcedat mētiū ordinē qui stabilioꝛ est diuinioꝛqꝫ corpibus in mētē postremo desinere coꝛruptibilē. Sit ergo perpetuus oporteat ultimus intellect⁹. Qui ita compat ad intelligibiles formas: quēadmodū ad sēsibiles prima materia. Materia vo neqꝫ per aliquā sensibilez formā corpoꝛali coꝛruptione coꝛrūpit. Per has enim format: neqꝫ per aliquā intelligibilē speciē. ab his enim ꝓficitur. Ergo mēs ultima neqꝫ per aliquā intelligibilē speciē spiritali coꝛruptione destruit: his nāqꝫ ꝓficitur/neqꝫ per aliquā sensibilē formā corpali perit coꝛruptione. Preest enīz mēs nō subest corpalib⁹ speciebus. Neqꝫ trāsit in mentē coꝛruptio corpalis/sicut nō trāsit in mām coꝛruptio spiritalis. Immo vo si nō trāsit in mētē violētia spiritalis: multo min⁹ propter corpoꝝ crassitudinē trāsibit in eā violētia coꝛpoꝛalis. Immo etiā si coꝛruptio corpaliū subiectā illis mām nō attingit. multo minus altioꝛē illis mentē coinq̄nabit. Esto ꝓpetuus intellect⁹ ultim⁹. Sed quis iste: Iste inq̄ est intellectus humanus. Nō intellect⁹ in nobis sit quis dubitat: cū nō possimus nisi per vim intellect⁹ de intellectibus disputare. Et sicut oculus solis lumē nō capit/nisi per ꝓpriū quoddā sui lumē internū: ita aīa nostra diuinos intellectus nec inuestigat nec intueť/nisi per ꝓpriū intellectū. Sed qualis hic noster est intellectus: Hoc

ego nō curo amplī. Qualiscūqꝫ enim sit sempiternus erit. Intellectus nāqꝫ superiores ꝓculdubio perpetui sunt si infimus est ꝑpetuus. Ego vō arbitror nostrā mētē iccirco esse postremā sicut ꝛ pluribus placuit antiquoꝝ: qm̄ nō simul agit sua: sed uersat in se vicissim tanq̄ Protheus formas: atqꝫ intelligit succedēdo. Quēadmodū luna que ultima stellarū est/vicissiz mutat lumē ceteris nō mutātib⁹. Sit ergo nostra mens vltima. Sit etiā sempiterna. Ar sempiterna est semp inhiat sempiternis: ꝛ illa quotiēs a corpe nō turbat/attingit ilico: solisqꝫ gaudet ut suis atqꝫ domesticis. Motus aūt cuiusqꝫ rei ille est nālis/qui fit statim impedimēto subtracto. Fit aūt ad similimū terminū: qr vō est ultima amat corporū nām q̄si ꝓpinquā accedit: viuificat ꝛ gubernat.

¶ Obiectio Epicuri ꝛ responsio de rerum serie. Cap^m. 2^m.

Temere hic rursus epicurus exclamat portētū esse hoc: ut diuina mortalib⁹ hereāt: utpote qui nō videat absqꝫ diuinoruꝫ stabilitumqꝫ cōsortio nō posse cōstare mortalia. Latuisse illū puto oportere rerū seriē ita in suis partibus digeri: ut cū multi uarīqꝫ sint rerū ordines in natura semp superioris cuiusqꝫ ordinis infime partes supremis partib⁹ ordinis inferioris ꝓxime subsequētis quodāmodo copulent. Hoc nos docet etheris cū elemētoꝝ natura cognatio. Siqdē luna pars etheris infima ꝓxima elemētis elemētale nō nihil hēre videt: tū crebra illa mutatione figure/tū ipsa lucidi fusciqꝫ corpis sui uarietate. Rursus ignis altissimū elemētū celū ꝓximū imitat. Cm̄ celi instar mouet ꝛ fulget. Idē ostēdit ꝛ ipsa inter se nālis elemētoꝝ quatuor dispositio. Ubi pars ifima ignis tumidior est/ꝛ quasi tepescit ut aer. Suprema regio aeris tenuat ꝛ quasi feruet/ut ignis. Ibi ignis aereus est. igneus aer. Atqꝫ ita in vnā cōpagē copulant. Idē ifima plaga aeris atqꝫ suprema faciūt. Ubi aer ob nubilatus liquescit ut aqua. Aqua itē extenuata uaporib⁹ exalat/ut aer. Terra rursus altior pinguis ꝛ lubrica fit instar aque. Aque imū turgescit in terrā ꝛ sepe glaciat ut terra. Ultra elementa uapores ipsi crassi fumiqꝫ/corpa iā cōposita sunt: sed proxima elemētis. Postea paulo solidi⁹ glutinat: fiūtqꝫ lapides aliq̄ spongiosi ꝛ rari/ꝓpinqui uaporibus. Postmodū lapides repiunt ouri ferme speciosiqꝫ sicut metalla. Ex metallis ferrū plūbūqꝫ sunt ꝓpinqua lapidib⁹. Argētū ꝛ aurū ꝓpinquiora sunt plātis. Cm̄ horꝫ nitor ꝛ splendor flores referūt candidos ꝛ purpureos. In plātis tuber excedit metalla qr manifestius nutrit ꝛ auget: paulū tī qr nō habet uariū partiū ordinē. Nobilissime arbores propinque sunt brutis. Radices oris loco hnt. Ramos ut crura brachia ꝛ similia. Sexū hnt utrūqꝫ nōnulle arbores: masculinū ꝛ femininum. Unde prope site uberius pullulāt. In brutis ostrea vno tantū superāt plātas ꝙ sensum hnt tactus. Sed fixa terre pene nutriunt ut arbores. Multe quoqꝫ bestiole sine coitu spōte nascūtur/ut herbe. Sunt ꝛ simie canes equi ꝛ elephātes ꝛ alie bestie hoibus in qbusdaz figuris gestibus artificijsqꝫ psimiles. Sūt stolidi homines ꝛ ignaui ut appet: his quoqꝫ ꝙ proximi sūt heroici hoies alioꝝ duces: supnis numinib⁹ cognatissimi/Ē rursus oportet spirit⁹ hoibus familiaritate cōiūctos. Quoꝝ instructione magice artis Plato vult repta fuisse miracula. Quēadmodū ꝛ instructione hoium bestie nōnulle nobis ꝓpinquiores mira sepe supra suaz speciē opant. Atqꝫ hos demones heroes ue ita eē nobis affectu ꝓximos sicut natura atqꝫ situ adeo ut qbusdā pturbationib⁹ afficiant humanis Atqꝫ alīj alīs faueant psonis ꝛ locis. Alīj insup alīs aduersent. Siqdez egyptī quos sequunt Origenes ꝛ Numenius ꝛ Porphyrius multos aiūt eē demones qui ad superiora aios erigūt: multos etiā qui ad inferiora detorquēt: pessimos aūt in occidēte demones esse. In septētrionali etiam plaga malos. Bonos in meridionali. Optimos orientalē colere regionē. Demonibus aūt apud illos inferioribus superiores presunt: his quoqꝫ alīj: quos angelos noiant. Itē angelis archāgelos: archāgelis principatus platonici ꝓferūt: ꝓncipatibus aūt intellectus quosdā/qui dī iā participatione quadā denominētur/sūmo semp deo pleni/diuinoqꝫ nectare ebrij. ¶ Si in oibus rerū generib⁹ cōfitemur infima quecqꝫ añcedētis ordinis cū suprēmis ordinis succedētis eē cōiūcta. ꝛ inuicē quoquo modo ꝓfundi: cur nō fateamur: infimū intellectū cū suprema aiaruz sensitiuarū ita eē cōiunctū: ut cū hec quāuis mortalis imaginē aliquā bēat intellect⁹. qđ est in bestijs sagacissimis manifestū. Intellect⁹ quoqꝫ postremus licet diuin⁹ sit/sensitiuā tī quādā bēat brutāqꝫ nām: per quā cōuenienter ad corpa terrena declinet. Presertim cū deceat nō humanā modo mentē/sed alias quoqꝫ oēs quecunqꝫ impure quodāmodo sunt cū puriorib⁹ corporib⁹ cōspirare: Impure vō mētes aie oēs rōnales sunt/que licet pure aie sint/ideo tī sunt mentes impure/qr mētes sunt aiales. Mētes inq̄ ita mouēdis corporib⁹ dedite: ut uestigia sua vitalia aialiaqꝫ corpib⁹ imprimāt. Pure vō mētes sunt: que mētes sunt solūz: neqꝫ aialia ex se fundūt simulachra regēdis immersa corporibus. Pura vō corpa sunt apud Platonez duodecim ipse mūdi sper: celi octo: ꝛ elemēta sub celo quatuor. Quinetiā ptes quedā in ijs speris singulis ꝓcissime. Aie itaqꝫ rōnales speris oib⁹ insūt gradatiz pro sua dignitate disposite. Sed ipsaz vnā vnius machine aiam Jouē nūcupat Plato. Alias autē duodecim sperarum duodecim/uocat deos Jouis pedisse quos. Speraꝝ partibus puriorib⁹ silr attribuit aias mētis participes: stellis. s. ꝛ planetis/quos etiā uocat deos. Ignis partibus demones heroesqꝫ igneos. Aeris clari aereos. Aeris caligiosi aquaticos demones atqꝫ heroes. Puriorib⁹ postremo terre partib⁹ mentes copulat: que humi habitātes hoies appellant. Interdū etiā demones heroesqꝫ in terra ponunt. Neqꝫ sub luna tātū: sed etiā in celis ultra stellas demonū heroūqꝫ turbas ꝙplurimas collocat. Sed in oibus speris ultra demones heroesqꝫ ꝓncipes aias ponit particulares siue demonicas heroicasqꝫ siue humanas: que nō semp eterna sequant/ut principes illī: sed eterna tpaliaqꝫ vicissiz/ꝛ corpa vitāqꝫ mutēt/tū ascēdendo in melius/tū in deteri⁹ descēdēdo. Proinde quot stelle sunt/totidē subesse demonum heroūm aiarumqꝫ turbas. Sub Saturno saturnias. Sub Joue louias. Martias uero sub Marte. Similiterqꝫ deinceps. Mitto ꝙ oia putat in oib⁹ esse. Sed in terra modo terreno: in aqua aquatico: similiterqꝫ in aere atqꝫ igne

In celo quoq; pro celesti natura. Oia in luna pro natura lunari: in speriscq; alijs eodē pacto. Adeo ut spera quelibet suo modo ⁊ ppria qualitate totus sit mūdus. Sed ut iā ꝓpositū cōcludamus: Sic erūt aliqui spiritus extra corpus atq; ppetui. Itē aliq; ijs oppositi in corpe/atq; mortales. Sint ergo oportet medij: qui uel extra corp⁹ sint/⁊ mortales/qō fieri neqt: uel in corpe qdē: sed imortales. Primi illi sunt supne mētes: quos uocāt purissimos angelos: qui ⁊ gradib⁹ inter se q̄ plurimis distinguūtur. Illis opposite sūt aie bestiarū. Mediuz obtinebūt rōnales aie. que sūt quasi angeli quidā inferiores. Neq; absurdū est esse spiritū in corpe aliquo imortalez: cū etiā reperiat corpus aliqō imortale: qō est celū/⁊ tota ipa quelibet vniuersi spera. Immo decet oibus p̄cipuis mūdi corpibus spiritus adesse ppetuos quasi formas: siquidē oibus/ut plerisq; putāt/ppetua inest materia. Oportet autē a formis quibusdā ubiq; mām supari. Cōducit ad idē egyptioꝝ opinio illa a platonicis qdē oibus p̄sertim a Proculo cōfirmata videlicet ad cōsonātiā mundi pfectā esse oportere nō solū aialia quedā rōnalia immortaliaq;: atq; cōtra aialia irrationalia ⁊ mortalia simul: uerūetiā multa inter hec media rōnalia quidē: sed mortalia nō in terra solū: sed etiā in ceteris elemētis. Nō tantū igit hoies in corpe mortali hēre aios sēpiternos: uerūetiā multos demones ptim ppinquos nobis partim lōge sublimiores: quoꝝ corpa gignant atq; intereant: q̄uis diutius q̄ nostrā gradatim diuti usq; viuāt. Nō enim decere putāt: ut a celestib⁹ aialibus rōnalib⁹ sempiternis felicissimis/ad aialia terrena rōnalia quidē: sed infelicissima vitaq; breuissima subito descēdat. Immo per gradus quosdā aialiū rōnaliū que felicioza quidē sint/⁊ diuturnioza q̄ hoies non tñ sēpiterna corpe uel aio beatissima. Idē quoq; Plutarchus ⁊ familiares eius/Demetrius philosophus Emilianusq; rhetor affirmāt. Testant enim ex multis ꝓdigijs que suis tpib⁹ cōtigerūt/pana magnū demonē aliosq; multos demones eiulasse primū. Deinde etiā obijsse. Itaq; sempiterne mētis cū corpe humano q̄uis caduco ꝓortiū haud ita absurdū est: Ut epicurus lucretiusq; existimāt. Presertim cū nostra mēs ita sit vltima mētiū sicut stellarū est ultima luna. Atq; ut luna ad solē: sic nostra mēs referat ad deum. Luna circa solem ita reuoluit: ut alias luceat: aliter ⁊ uarie figuret. Nunq̄ tota luminis recipiēdi facultate priuet. Habet insup nitidū in se qddā. Habet ⁊ fuscū. Habet deniq; opacū quiddam: Qō impedit ne tota refulgeat. Mēs humana similiter diuini solis radio fulget quidē semp: sed alias aliter mutatq; figuram. Nunq̄ tota resplēdet. Neq; qō in ea splēdet: splēdet equaliter. Preter diuinā eius rōnalēq; virtutē subest pars quedā opaca ⁊ uacua rōne: que tanq̄ lunaris illa opacitas ad elemēta: sic ipa ad nām corpusq; declinās relinqtur luminis expers. Ergo nāli rerū ordini ꝓsentaneū cē videt: mētē ultimā q̄uis sempiterna sit: cū corpe quodā licet caduco posse cōiūgi. Mitto q̄ Zenocrates ⁊ Speusipp⁹: Jamblicus ⁊ Plutarch⁹ putant ab ipsa sempiternitate vim ꝓcedere sempiternam nō solū usq; ad mētes ultimas: que reflectunt in ipsaz: sed etiā usq; ad aias bestiarū. Numenius insup ad plātas usq; ꝓducit. Plotinus deniq; etiā ad nāz. Nos aūt porphyriū ꝓculūq; sequamur eatenus putantes vitā cognitionēq; ꝓcedere sempiternā/quatenus ꝓpria in eādē uersio repitur. Illa eniz quā dā in se eternitatis retinent rōnē: que in ipsaz ipsi⁹ tū rōne tū gratia/nec solū motu alieno atq; cōmuni: sed etiā suo ⁊ ppio reflectunt. Sed nūquid humanū corpus ea est dignitate donatū: ut mētē ppetuaz excipere hospitē mereat. Proculdubio neq; turbari ex hoc debem⁹ q̄ natura uarijs ppugnaculis instruxit corpa bestiarū: ⁊ adiumēta suppedita uit ad victū. Nobis nihil tribuit tale. Nō enim uoluit delicatā equalitatem nostri corpis deformare: Neq; potuit infinitis actionib⁹ hois que infinitaz sequūtur cogitationē inumerabilia uel ꝓpugnacula uel instrumēta suppeditare: Sz ut inqt Aristoteles dū mētē manūq; dedit/artes oēs atq; oia instrumēta cōcessit. Bestias aūt facile finitis munimētis instruxit: qbus determinatas actiones phātasie ad certū quiddā natura directe exequerent. Arbitramur vo corpa nostra esse idonea mētis hospitia: tū ꝓpter figurā erectā nō humi sed supne spectātē/⁊ celū quasi patriā suā ꝓprius agnoscētē: tū propter mēbroꝝ uarioꝝ decorem oīno mirabilē. Tum q: ignis ⁊ aer elemēta purissima in nobis ualēt q̄ plurimū: qō etiā indicat agilitas corpis: ꝓcerus habitus: ⁊ erectus aspectus. Maxime vo ꝓpter cōplexionē tēperatissimā que significat ex delicata: leni: firma ⁊ nitida carnis mollitie: que non fit nisi ex actissima elemētoꝝ tēperatione. Adla visu hoiem supat. Multe aues auditu. Canis olfatu. Nullum vo aialiū gustu uel tactu. Qō plane ꝑspicit ex eo q̄ hoies in epulis: poculis ⁊ uenereis imoderatius pfundunt q̄ bruta: licet rōne nōnunq̄ cohibeātur. Par est enim ut auidius q̄ bestie eas uoluptates adsciscāt quas sentiūt ⁊ acutius. Tres illi sensus superiores tūc expeditissimi sunt: qñ siccū est cerebrū. Nuā siccitatē nō tradidit deus hoi: cuius cerebrū. quiescit nunq̄. Ne forte si esset natura siccū etiā cōtinua agitatione arescēs citius q̄ decet exsiccaret. Gustus nihil aliud est q̄ tactus alicis lingue. Tact⁹ cū vniuersalis sit sensus tū oīs aialis tū corpis vniuersi ubi acutissimus est/declarat optimā ineē corpis complexionē. Ob id potissimū/qō cū fiat in neruis/qui qñ aridiores sunt sentiūt male: ubi acutus est tactus/significat inesse mollitiē: que tēperet neruoꝝ ariditatē. Preterea sensuum instrumēta nunq̄ actu eas qualitates hēre debēt / quas sensus est pcepturus. Pupilla enim coloreb⁹. Auditus sonis. Olfatus odoribus. Caret lingua saporib⁹. Cū vo tact⁹ uerset circa quatuor qualitates ⁊ elemētorū/oportet ut uel careat illis oīno: qō fieri nequit in cōpositō corpe: uel ab earū excessu ꝓcul absit: ita ut in eius instrumēto nulla videat qualitas dominari. Sed quasi quedā expulsis qualitatib⁹ harmonia. Opus fuit tū multū terre ⁊ aque fm molē nobis inesse / ut vim ignis aerisq; lōge uehemētiorē aqua ⁊ terra molis abūdātia tēperaret. Datum quoq; nobis est mai⁹ cerebrū ⁊ cor calidius q̄ ceteris aiantibus. Illud quidē ut per uaria instrumēta speculationi suppediter. Hoc autez ut ⁊ multi ⁊ clari spiritus assint cerebro. Suspēsum etiā caput est: ne graviū humoꝝ sordes descēdāt ad cerebrū: ⁊ inquinēt spirituū puritatē. Uehemēs quoq; tum

cerebri frigiditas humiditasq; tū cordis caliditas atq; siccitas/tā se iuicē q̄ mēbra oia tēperāt. Ideo in hoie videt esse cōplexio oium temperatissima. Que si terrea esset/ut bestiarū fere oium:cornib⁹/dētibus/vnguibus/rostrisq; duriorib⁹. Aspera ꝛ hirsuta pelle squamis essemus obducti. Nūc vo cōtra:ita affectū est corpus humanū: ut neq; caloris ꝛ siccitatis excessu sit asperū:neq; frigore nimio rigidū aut pigrū. Neq; humore superfluo fluxū ꝛ lubricū:sed delicatū pariter atq; soliduz. Dō etiā intelligit ex alimentis:q̄bus assidue vescimur:aereis dulcibus/attritis/tenuatis/liquefactis/cōcoctis/tēperatissimis. Bestie vo cōtrarijs. Qualis aūt complexio est/talia alimēta cupit: ꝛ qualib⁹ utit alimētis/talis euadit. Cōcludamus igit hoiem ad contēplandū eē natū:ut Anaxagoras inquit. Postq̄ ita in eo tā cerebrū q̄ reliquū corpus constitutū est:ut cōtinuo cōtēplationis officio seruiat. Dō ꝛ cerebri requirit mollitiē/ꝛ cōplexionē corpis tēperatā:illā ne speculādo nimiū exsicceī:hāc ne humor tumultu a cōtēplando detorqueat. Cū vo tāta sit ꝛ tā sublimis nostri corpis moderatio:ut celi tēperātiā imitetur: Nihil mirū est si celestis aius hanc ad tēpus edē habitat celo similimā. Neq; tū carni infundit primū. Sed medijs ducit cōpetētib⁹ ut magi pfarū docēt. Primo quidē in ipo descēsu celesti aereoq; inuolui corpe. Deinde spiritu ex corde genito qui in nobis celi instar tēperatissimus est ꝛ lucidissim⁹ Jis medijs corpe claudit crassiore. Atq; ijs oibus eque fit pxim⁹: licet per aliud in aliud se trāsfunderit: Sicut calor ignis aeri ꝛ aque beret pxie: q̄uis per aerē trahat ad aquā. Ac merito imortalis aia per imortale corpus illud etherēū mortalib⁹ corpibus iūgit. Perpetuū q̄dē illud colit semp. Hec ad breue tp̄s mortalia/ut merito appellari aius debeat deus q̄dā siue stella circūfusa nube siue demon/nō incola terre:sed hospes. Hospes nosce teipum. Scito te esse celestis patrie ciuē: Ciuē natū ad celestia ꝓtēplāda. Memēto si finis tuus est cōtēplatio vitā tuā augeri ac pfici cōtēplando. Cū vo ex hoc ipso vita corpis quodāmodo remittat / sequi ut in ipso vite corpee detrimēto atq; interitu:non decrescat tua vita:sed crescat.

¶Secunda ratio. Sicut in rebus naturalib⁹ fit resolutio ad primā māz immortalē: sic ad formā ultimam immortalem. Cap^m. 3^m.

ORdo nāliū corpoꝝ ita est instituꝰ:ut in primā descēdat māz: ꝛ in ultimā ascēdat forma. Et quo magis materia queuis ad māz primaz accedit:eo potior materia sit. i. uerior puriorq; materia. Quo magis aliqua forma ad ultimā formā/eo sit forma pfectior. Materia enim prima māruz materia est. Forma ultima est forma formarū. Accipe hoc exēplo q̄ uolumus. Corpꝰ aialis in mēbra quasi māz suā diuidimus. Mēbrū quodlibet in humores quatuor qui sunt quedaz membri materia. Similiter humorē quēlibet in quatuor elemēta. Elemētū vo in māz simplicē:ad quā deuenire tādē oportet:ne descēdamus in infinitū:neue cōpellamur ecōuerso ascēdere sine fine. Nusq̄ enim erit actꝰ mixtꝰ:si nusq̄ mixta potētia fuerit. Nusq̄ rursus actus purus inueniet:si nusq̄ potētia pura ualeat repiri. Et cū actio ab actu puro exordiū hēat passio a pura potētia actiones passionesq; nusq̄ erūt. Sit ergo oportet materia simplex. Hec utiq; materia simplex:que subiecta est elemēti forme/ p̄ma materia notatur. Cūm ipse nāe artifex in corpibus fabricādis principio hāc māz accipit nudā. Mox elemētoꝝ uestit qualitatib⁹ atq; formis. Cū elemēta in speciē pducit humoꝝ. Deinde humores in formas mēbroꝝ digerit. Mēbris addit speciē nutriēdi:huic sentiēdi forma:huic tandē intelligēdi. Intellectiua vo natura est duplex. Una que adeo est a corpibus aliena: ut nullā illis vitā p̄stet. Hec ideo māe uel corpis forma nō dicitur. Et ordo ille corpoꝝ in hāc mētis nām ceu ꝓpriā formā nō desinit. Hūc gradū apō Platonē sublimes obtinēt angeli. Sed est altera natura mētis:que corpi iūcta quodā quasi federe cū ipo cōspirat:in quā uelut vltimā māe formā ascēdit, pgressio corpoꝝ. Progressionis huius duo sunt termini:materia infimus: mēs ista supremus. Si lōgissime inter se distāt cōditiones inter se oppositas hūt. Ergo sicut materia prima mera materia est. Natura sua expers oino forme. Dib⁹ subiecta formis atq; materijs. Jta ultima illa forma s. mēs mea forma est. s. expers oino materie / formis omnibus earūq; materijs p̄sidens. Jtē sicut materia prima a primo esse distat longissime: atq; est ꝓxima nihilo: Vñ inter esse ꝛ nihil ponit a Platone/ita ultima forma lōgissime distat a nihilo:atq; est p̄mo eē q̄ proxima. Hic tria sequunt. p^m q̄ ultima forma nulla ex pte pullulat a mā. 2^m q̄ a solo fit deo. 3^m q̄ pmanē poterit imortalis. Primū horꝝ cludit ex p̄ma cōparatiōe:quā hic induxim⁹. Secūdū ex secūda. Tertiū ex prima sequit ꝛ secūda. Ex p̄ma sic. Si est expers oino māe corpalis que pnitiose mutationis initiū est: procul est a pntie. Ac si mutabiliuz rerum caput est: neq; mutabilib⁹ rebus succūbit:neq; mutationē susci pit aliquā nisi vitalē. Ex secūda vo sic. Si termin⁹ nihilo ꝓximus nō tēdit in nihilū:quid mirū terminū a nihilo remotissimū/ꝛ primo esse ꝓximū:neq; ab esse extrudi vnq̄:neq; trudi in nihilū. Rursus pfectior est forme q̄ māe natura cū materia a forma pficiat atq; ornet. Ergo quēadmodū de materia in māz descēdētes gradatim ad māz primā corpoꝝ deuenim⁹ sempiternā:ita etiā de forma ascēdētes in formā:paulatiz in ultimā corpoꝝ formā sempiternam ꝓuehimur:ne ascēsus sit impfectior q̄ descēsus. Ac supremus terminus impfectior sit q̄ infimus. Decet eā intellectualez formā ad quā tanq̄ finē totus vniuerse nāe tendit conatus usq; adeo absolutā cōsumatāq; esse/ut sit ꝓcul a morte. Mediās vo formas imortales esse/nō est necessariū. Eas enim parui facere natura videt:cū illas nō tā ꝓpter ipsas q̄ propter ultimā eligat. Jn quo sane vident ꝓparationes quedā māe ad formā ultimaz capiēdā potius q̄ forme/principales existere. Per illas quasi vias trāsit ipe motus impetusq; nāe. Jn illa sistit natura motū. Merito igit ille ab esse in nō eē trāsibūt. Illa quiescet in esse:ut nāe finis maneat sine fine. Dicimus aūt totū vniuerse nāe conatū ad id potissimū dirigi:ut aial itellectuale sit:ex eo q̄ intellectꝰ adsit corpi/ut aūt intellectus ipse in se sit / actionē dū taxat diuinā posse ꝓferre. Et cū ab ipsa dūtaxat eternitate dependeat:eternū foze. De intellectuali aūt aiali quidnā dicemus? Magi nō dubitāt id quoq; in sua

tẽperãtia ꝓmãsurũ fuisse:ut Plato in charmide scribit/si modo aius in sua.i.diuina tẽperãtia ꝓmãsisset. Ab ipso enim oẽm tũ cõsonãtiã/tũ dissonãtiã corpis ꝓficisci. Idẽ prorsus lex mosaica christianaq docet. Uerũ qđ vniuersus ordo ob inordinatũ ai motũ oliz amisit:ipso tãdẽ ordine ꝓualente/rursus in ordinẽ redigẽdũ/nõ Moises solũ/ed Zoroaster/Mercurius Plato cõsentiũt. Sed de his alias. Nunc iã qđ erat ꝓpositũ ꝓcludamus. Sint igit termini corpalis ordinis utriq ꝓpetui ⁊ infimus ⁊ suprem⁹. Supremũ vo terminũ ultimãq formã esse rõnalẽ aiam prisci theologi putauerũt. Quibus cũ Aristoteles cõsentit in libro de diuinis duodecimo. Ubi de causis efficiẽtibus ⁊ formalib⁹ disputãs inqt:causas qdẽ mouẽtes mãm pcedere:formas minime. Si aũt post mãm forma aliqua maneat/esse pscrutãdũ. Nã in qbusdã nihil ꝓfit bere:Ut si est aia tale/nõ ois:sed intellectus. Idẽ in libro de nãlibus secũdo inquit. Philosophi nãlis inuestigationẽ usq ad illã formã ꝓtẽdi que separata quidez sit simul ⁊ in materia. Quã esse hois aiam/ipse ibi significat:⁊ ita pipatetici oẽs exponũt. Nos aũt putamus tũ priscos theologos/tũ Aristotelẽ tali quadaz rõne in hãc sniam cõcurrisse. Qđ sicut cõplexio tẽperata est finis ad quẽ dirigunt oẽs motiones cõplexionesq nãles/ita rõnalis aia cui subest tẽperata cõplexio finis est formarũ oium nãliuz. Rursus illa est ultime forme ꝺditio:ut neq oino sit absoluta: neq oino ĩmersa corpib⁹. Si oino esset libera/neq quicq̃ per corpus oparet corpis forma nõ esset. Si obrueret oino/neq ageret aliqđ absq corpe/nõ esset ultima forma. Esset enim hac ulterior illa:quecũq talis eẽ reperiret ut partim quidẽ iũgeret corpi/partiz nõ iũgeretur. Qualẽ ꝓfecto esse aliquã oportet:ut inter substãtiã illã angelicã a corpe oino seiũctã perq illud nihil agẽtẽ/atq formã aliã oino cõiunctã corpi/perq corpus agẽtẽ oia/qualis est aia bestiarũ/forma quedã sit media/partim iũcta corpi:partiz etiã separata:ut aliquid per corpus efficiat/aliqđ per seipsam. Talis est autẽ rõnalis aia ois q ⁊ regit corpus ⁊ speculat. Humana quoq talis est ꝓculdubio. Que nutriẽdi ⁊ sentiẽdi opa per corpis exequit instrumẽta. Intelligẽdi aũt ⁊ eligẽdi actũ pficit per seipam. Sic angelus tam per substãtiã q̃ per opationẽ est a materia separatus ⁊ in eternitate tor⁹:q totus in statu. Bruto aie per utrũq ꝓiũcte:⁊ tote in tpe:q per utrũq mutant. Rationales aie q partim cõiũcte esse debẽt/partim etiã separate/neq esse possent per aliqđ separate: si cõiũcte per substãtiã essent/necessario sunt per substãtiaz separate:siue separabiles:q.s. nullã hñt originẽ a materia:uel ab agẽtibus instrumẽtisq corpeis. Sũt autẽ cõiuncte per opationes:nõ quidẽ per oẽs opationes: sed infimas:⁊ id quidẽ nõ violẽtia:sed amore. Unde ſm caldeos in ꝓfinio sunt eternitatis ⁊ tpis. Per substantiã quidẽ in eternitate sunt. per opationes in tpe. Siquidẽ illa manet/iste mutant. Decet enim inter id qđ oino est eternũ:atq id qđ penit⁹ tpale:esse aliquid partim eternũ/partiz etiã tpale. Et inter id qđ semp est:atq id qđ fit aliqñ/esse aliquid qđ fiat semp. Tale quidẽ est celũ ⁊ ꝓmanẽs substãtia semper ⁊ mobile. Rursus talis ipsa mũdi materia:atq ipsa etiã/ut ita dixerim/corpeitas. Preterea ferme talis est aia que fluit semp affectu ⁊ actu/q̃uis substãtia maneat. Un de declinat ad corpa que fluũt insup per substãtiã. Talis profecto aia ideo forma est corpis ultima:q format quidẽ regitq corp⁹. Uerũ ita pene excedit nãm corpis:ut in ipso sit limine:ac paulũ quid ꝓtergressa limites corpis sit penitus relictura. Nempe multo magis separata est q̃ cõiuncta. Cõmunicat nanq illi partẽ sui siue potentiã inferiorẽ: quã hẽt cũ brutis plãtisue cõmunẽ. Partẽ vo ꝑcipuã diuinis psimilẽ in qua tota consistit rõnalis aie ratio semotã hẽt a corpe in essentia q etiaz in actione. Et quotiẽs opat per intellectũ primo naturaliq instinctu ad separatas rones sese cõfert:qđ quidẽ oẽs peripatetici cõfitent. Ad singulas vo cõiunctasq formas nõ ꝓmo aut recto:sed secũdo ⁊ obliquo quodã actu se torquet/quatenus ad simulachra / vnde species intelligibiles ꝓcreauit/se reflectit. Quis ergo nõ viderit vim rõnalẽ magis separatã esse q̃ cõiunctã. Siquidẽ ad separata recte ⁊ primo/ad cõiũcta oblique ⁊ actu sequẽti se uertit. Que tũc maxime qđ vult assequitur:qñ longissime discedit a corpore. Cõtra qñ per sensus descẽdit ad corpa:tũc fallitur:⁊ innumeris passionib⁹ pturbat. Nõ põt aũt rerũ mortaliũ esse similis:si illarũ pntia fallit ⁊ turbatur. Immo vo similis est diuinarũ ut in phedone docet Plato:q quo illis heret ꝓpinquus/eo clarescit magis ⁊ gaudet. Quiescit aũt in loco sibi naturali res quelibet. Angitur in alieno. Unde apud platonicos apparet nõ esse in corpibus mortalib⁹ quatenus mortalia sunt nãlẽ intelligẽtie sedẽ. Ergo paululũ quid abest:ut rõnalis aia sit ꝓsus a corpe separata. Est igit forma ultima/cũ sup eã nõ sit forma alia corpis. Infra vo sint multe ita disposite:ut gradatim huic aie propinquantes quasi super materiam eleuentur.

¶ Obiectio epicuri:⁊ responsio de formis deo similimis. Cap^m.4^m.

Omniare nos epicurus inquit:qñ formas excedere ullo modo mãm qua sustinent asserimus. Absorberi eas usq adeo a materia putat:ut impossibile sit aliquã licet excellentissimã formã aliqđ ultra mãm opari. Nos aũt oia nature opa/sicut Plato in phílebo scribit Aristoteles q cõfirmat/a diuina quadã pfici arbitramur intelligẽtia. Que quidẽ celos uelut instrumẽta sua reuoluẽs ⁊ citãs:ut Plato inqt:celestẽ currũ inde inferiorẽ hãc elemẽtoq format mãm. Atq ut in arte opis forma triplicez hẽt gradũ. Est enim primũ in artificis aio. Secũdo instrumentis ab eo agitatis. Tertio in materia inde formata ita forme rerum quas deus per celi motus/uel traducẽtes/uel ꝓparãtes hic generat aut creat. primũ in ipso sunt deo. Deinde in celis:tanq̃ riuulis aut sedib⁹:postremo in hac inferiori materia. Oportet autẽ mãm hanc qñquidẽ a diuina intelligẽtia sic agitat / suscipe apte se ferre exactissimã aliquam diuine intelligẽtie formã. Qđ etiã in natura ⁊ artib⁹ fieri cernim⁹. Ut talis siquidẽ natura aie per calorẽ nãlẽ tanq̃ aliqđ instrumẽtũ mãm agitat alimẽti a nobis sumpti reddituq vitalẽ. Uita hec alimẽto tributa nõ calorisilius imitat formã sed aie. Calor enim ex se vitã nõ generat. Pictor etiã per instrumẽtũ suũ penicilluz formã aliquã signat in pariete nõ penicilli similem:

ſed ai ſui potius qui eā in ſe pius ꝓcebat: ⁊ poſtea parit. Igit tā fm nāz q̄ fm artē opis forma formā refert agētis. At enim in hoc gradū triplicē reperi mus. Aliā formā videmus ꝓpinquiorē māe q̄ agē ti. Aliā agēti ꝓpinquiorē q̄ māe. Media vo nōnul lā. Accipe primū exēplū aliqđ in natura. Aia quip pe per inſtrumētū illud ſuū calorē. ſ. nālē cibo dige ſto triplicē tribuit formā. Mā craſſiorib⁹ cibi parti bus formā tribuit oſſium. oſſa nāq̄ ex illis generat atq̄ nutrit. Tenuiſſimis vo partib⁹ ut plurimū ſpi ritus ipſius adhibet formā: qr ex illis ſpiritū recre at. Medijs deniq̄ forma p̄ſtat carnis atq̄ neruo rū: Hec oia exeq̄tur nālis ille calor nō ſua virtute ſed aie. Ipſe enim urit tātū natura ſua atq̄ diſſol uit: ſed ad huiuſmodi opa per virtutē aie tēperat. Forma oſſiū remotiſſima eſt ab aia ⁊ māe ꝓxima. Nullus enīz fit ſenſus in oſſib⁹. Forma carnis atq̄ neruoꝝ ꝓpinquior eſt aie q̄ oſſiū. Sēſus enīz per hec fiūt. Senſus inq̄ hi quinque/qui nōdū tñ lōgiſ ſime diſcedunt a corpe. Cū nihil vnq̄ niſi p̄ntibus externis corpibus agāt. Forma deniq̄ ſpirituū eſt aie ꝓxima quippe cū hi iā imaginationi ⁊ phanta ſie excellentiorib⁹ aie viribus modo quodā ſubſer uiāt. Exēplū hēs in natura. Accipe inſup exēplū in artibus. Inſtrumenta ꝓfecto q̄bus utunt artifices ſuā quādā dūtaxat hñt nām atq̄ figurā: non tñ hñt ipſam artificis intelligētie pulchritudinē. Verū per hec artificis aius tria quedā exeq̄tur. Nōnulla ſi bi q̄ proxima: remotiſſima alia: alia media. Dia ſa ne artificis opa/Que ad aſpectū ptinēt aut auditū totū pene artificis declarāt igeniū. Que ad ſenſus tres reliquos minime. Mā in odorib⁹ ſaporibuſq̄ cōficiēdis aut ſtratis lauacriſq̄ tēperādis paulum aut vix artificis apparet intētio. In picturis autē edificijſq̄ cōſiliū ⁊ prudētia luget artificis. Diſpo ſitio. Preterea ⁊ quaſi figura quedā ai ipius inſpi citur. Ita enīz ſeipm aius in opibus iſtis exprimit ⁊ figurat ut vultus hoīs intuētis in ſpeculū ſeipm figurat in ſpeculo. Maxime vo in ſimonibus cāti bus atq̄ ſonis artificioſus aius ſe depromit in lu cē. In his enīz tota mētis diſpoſitio ⁊ uolūtas pla niſſime deſignat: ⁊ qualis eſt affectus artificis: talē nobis affectū opa eius ſolent excitare: flebilis uox flere: furioſa furere: laſciua laſciuire ſepe cōpellit. Hec igit opa cū ad viſuz tū ad auditū ſpectātia ar tificis mēti ſunt proxima. Illa vo que ad tres reli quos ptinēt ſenſus/ut diximꝰ remotiſſima. Media autē ille opationes ſunt: que ad corpis exercitatio nes ludicras aut bellicas ptinēt. Unde nā are ⁊ na tura ita ad diſpoſitionē ſuoꝝ operū tēperant: niſi a deo nāe artiūq̄ inſtitutore. Deus itaq̄ opa ſua in corpibus ſimiliter tēperatrita ut etiā ipſe in ma teria ſibi ſubiecta triplicē formarū generet graduz videlicet ſibi ꝓximas formas: remotiſſimas atq̄ medias. Et qm quicđ mouet mām non alia rōne mouet: q̄ ut eā extollat ad ſui vultꝰ imaginē. Nec falli dei ſententia pōt neceſſe eſt alicubi in materia diutius agitata faciē artificis dei expreſſius reluce re: ac ferme tāto expreſſius q̄ in alīs materijs/alio rū mouētiū facies quāto in mouēdo atq̄ trahēdo deus eſt potētior alīs. Ideo dei vultū tā ſimilē de niq̄ in materia effulgere oportet / ut nequeat ſimi lior emicare. Quādiu reſultat mortalis cōſumatā nō implet imaginē. Sane ſimilior foret ſi ſemp eſſet ſimi lis. i. ſi ſurgeret immortalis. Fit ergo aliqua forma in materia imortalis. Siqua talis erit illa erit que eſt ul tima: que ſicut remotiſſima eſt a materia ex eo q̄ ulti ma eſt ita eſt ꝓxima deo. ideoq̄ ſimilima. Talē eē rō nalē aiam nō eſt dubiū. Sed plantꝰ rē ipaz apiamus.

¶ Rūſio planior de formarū gradibus. Capm. 5m.

Principio deus māz primā certo modo ad re rū nāliū ſpecies ꝓducēdas afficit per qualita tes primas atq̄ diſponit. Per raritatē: dēſita tē: leuitatē: grauitatē: caliditatē: frigiditatē: humidita tē: ſiccitatē. Que quidē uocātur qualitates p̄paratio neſq̄ māe potius q̄ forme principales ⁊ ſpēs. Pro pterea q̄ harū quelibet plurib⁹ cōpetit ſpecieb⁹: ⁊ ſe pe itēdunt ⁊ remittunt. Rerū tñ ſpēs/ut placet phyſi cis/nō ita mutant. Sepe accedūt atq̄ recedūt dū ſpe cies pmanent. Quis neget multis arboꝝ ⁊ aialiū ſpe ciebus cōmunē eſſe caliditatē ⁊ frigiditatē. Atq̄ has qualitates in aiantib⁹ fm magis minuſue uariari dū eadē pmanet ſpecies aiantis? Sunt igit māe q̄ ſimili me: cū inſtar māe plurib⁹ ſpēbus ſubiciant: neq̄ ipſe ſua dūtaxat p̄ntia ſpēs rerū inter ſe diſtinguāt. Affe ctiones igit p̄parationeſq̄ māe ad ſuſcipiendas ſpēs nūcupent. Ergo materia per extēſionē quātitatis ſibi familiarē ⁊ ad multa cōmunē qualitatib⁹ huiuſmodi pādit ſinū. Per has vo ad ſuſcipiēdas ſpēs p̄parata ſtatim a mēte diuina mūdi totius opifice formas ſpe cieſq̄ accipit elemētoꝝ. Spēm ignis qñ parata fuerit per caliditatē: ſiccitatē: raritatē: ⁊ leuitatē. Speciē ter re qñ per frigiditatē: ſiccitatē: ſpiſſitudinē: grauitatē. ⁊ reliquas ſua ſingulas rōne. He forme elemētoꝝ eo ſuas illas p̄parationes ſuperant: q̄ illaruz ſunt fines: que ꝓprias diſtinguūt ſpēs / ⁊ pmanēt quodāmodo firmiores. Citius enīz aque frigiditas pmutari videt q̄ ſpecies aque: ſimiliterq̄ in alīs. Sūt tñ māe ꝓſus imerſe: qr nō reſoluūtur in ſpēs alias formaſue prin cipales. Sed moꝝ per qualitates affecta materia idu cūtur de formi māe gremio ꝓxime. Unde ꝓpter nām paſſiuā māe vix vniꝰ ſunt participes actionis. Quid agit aliud ignis niſi q̄ urit? Neq̄ aliq̄d operant niſi quatenus p̄parationes ille māe adiuuāt: qr nihil agūt ultra q̄ poſſit calor: frigus: ſiccū: ⁊ reliqua. Unicū pre terea motū hñt ⁊ vnū ſitū. Eſt tñ ordo aliq̄s inter for mas elemētoꝝ. Mā forma ignis qr a materia liberior eſt q̄ alie ꝓpter mirabilē raritatē efficacior eſt in agē do: ⁊ a paſſionis iſectione remotior. ¶ Cōgregat de inde mēs quatuor elemēta hec in vnū eorūq̄ tēpera tionib⁹ uarijs uarias cōficit lapidū ſpēs ⁊ metalloꝝ: atq̄ ſimiliū que mixta dicūtur. Quoꝝ forme in hoc excellūt. Formas elemētoꝝ q̄ in formas alias quodā modo p̄cipuas reſoluūtur neq̄ in materia niſi diligē tius elaborata fiūt: ⁊ aliq̄d operant ad qđ elemētoꝝ forme ⁊ diſpoſitiones ille māe nō ſufficiūt. Nō enim per elemētoꝝ qualitates iaſpis ꝓuocat partū. Pha taſmata noxia pellit. Zaphyrus cohibet ſudorē con fert ad gratiā. Smaragdus extinguit libidinē. Ameti ſtus ſedeat ebrietatē. Mā ⁊ alia multa que ſimiles ha bēt qualitates idē efficerēt. Faciūt autē hec ex quadaz virtute ſpecieb⁹ talibus ab aīs ſparū tributa. Sed a materia nō lōge abſunt. Cm virtꝰ huiuſmodi corpa lis eſt: atq̄ per corpa ſperarum traducitur. Ac licet

mentem nisi ex seipso ⁊ per seipsum. Capm.7m.

Quo nã pacto inqt epicurus ꝓducit deus hanc aiam in materia nisi etiã ex materia. Nos aũt interrogamus eũ quo nã pacto ꝓducit sol lumẽ in aere/nõ tñ ex aere. Vult⁹ in speculo imaginẽ nõ ex speculo. Mẽs loquẽtis significationẽ uocis in aere nõ tñ ex aere. Proinde sicut sol calorẽ q̃dẽ in aere gignit:ex aere lumẽ tñ nõ ex ipso aere/ lz in ipso. Et mẽs loquẽtis ex aere gignit sonũ:significationẽ vo soni nõ ex ipso aere/sed in ipso:ita deus alias formas ex mãe viscerib⁹ eruit. Intellectũ vo qui forma ultima est sup mãe faciem pãdit/nõ trahit e sinu. Cõsiderare debuit epicurus mãm ipsam nullã hẽre virtutẽ ꝓpriã formatricẽ sui. Nihil enim informe se format. Habere tñ virtutẽ ꝓparationẽq; formabilẽ/quã formarũ uocamus inchoationẽ:⁊ prisci theologi chaos antiquũ. Cui deus ut Timeus docet formatricẽ virtutẽ applicat/non tanꝝ materie ꝓpriã:sed tanꝝ dei ipsius instrumẽtuz aliqͦ ad formãdũ huic virtuti influxũ celestẽ elemẽta lẽq; accõmodat. Forte vo diuinus influxus ex deo manãs/per celos penetrãs/descẽdẽs per elemẽta/in inferiorẽ mãm desinẽs illa ipsa est formatrix virtus:quaz Plato uocat diuine intelligẽtie rõnẽ:per cuius ifusiõnẽ machina mũdi ex necessitate cõstat ⁊ mẽte.i.ex materia corporib⁹ necessaria / ⁊ ex formis pulcherrimo quodã ordine diuinã mẽtẽ bonitatẽq; referẽtib⁹. Hãc virtutẽ pipatetici tũ instrumẽtũ dei uocãt tũ nãm tum potẽtiã seminariaz. Huic formatrici virtuti subest formabilis illa natura mãe. Deus igit per vim huiusmodi formatricẽ per machinã mũdi diffusam formabili ipsius mãe virtuti formas illas accõmodat:quas mãe ꝓximas/⁊ quas medias collocauimus. Hic autem platonicus dsq; ordinẽ quẽdã in quatuor tã formarũ q̃ subiecti gradib⁹ obseruabit. Aie rõnales per soluz purũq; dei radiũ sup purã indiuisibilis mãe faciez accẽdũtur. Aie irrõnales per celestẽ quoq; aialẽq; influxũ radio illi diuino adhibitũ e sinu mãe nodũ extẽso expriműtur in lucẽ. Forme elemẽtoꝝ mixtorũq; familiares/per familiares etiã elemẽtoꝝ qualitates/educũtur ex mãe gremio iã extẽso:extẽso inq̃ per dimẽsiões nõ terminatas. Forme eorũdẽ pegrine:per qualitates insup pegrinas elemẽtoꝝ eruũtur ex aluo mãe extẽso iã per termiatas quasdã dimẽsiones. Has aũt formas ꝑter rõnales aias esse mãe astrictas ideo arbitramur: qz nullã ꝓsus operationẽ hñt ad quã nõ aliquo mõ concurrat corpis uel natura uel instrumẽtũ:⁊ finẽ semp sibi ꝓponũt corpis usum:utpote que ex corpe pẽdeant vũ per instrumẽtũ celeste siue elemẽtale formatiuũ formabili virtuti mãe accõmodant. Cuius rei signũ est: qz nulla illarũ in deũ cõuertit:quasi deus nõ sit illaruz ꝓxima causa:sed potius aliena. ¶ Aiam vo rõnalẽ fieri a deo sine instrumẽtis ullis ex eo potissimũ cõiecturamur:q; in deũ ꝓxime uertit:qͦ in sequẽtib⁹ declarabimus. Cõcurrũt igit instrumẽta nõ ad aie humane productionẽ:sed ad mãm ꝓparandã:quã sit aia hois habitatura. Deus vo per se illaz materia ꝓparata ꝓducit. Vñ Plato in libro de natura docet:ubi vult animaz rõnalem a solo mũdi opifice tribui:irrõnales vo etiaz a ministris eius opi huic fauẽtib⁹. Aristoteles quoq; in hoc secut⁹ magistrum in libro de aialib⁹ 2° inquit. Vñ generat homo itellectũ infundi forinsec⁹: ac solũ eẽ diuinũ:cui⁹ opatio nõ expleat per aliqd corporale. Quasi nõ exprimat ex itimo mãe gremio:sicut alias formas putat exprimi. Ergo hãc sine instrumẽto ipse de⁹ ifundit. Exẽplũ hẽs in solis lumine ⁊ in aia. Lumẽ solis per calorẽ tanꝝ mediũ dissipatis nubibus serenat aerẽ. Serenũ aerẽ illuminat per seipz. Aia per calorẽ nãlẽ coquẽdo cibũ ꝓparat ipz ad vite formã. Cocto ⁊ ꝓparato cibo non per calorẽ:sed ipa per se vite tribuit formã. Anima rursus per linguã tanꝝ instrumẽtũ frãgit aerẽ. Fract⁹ aer sonat. Sonãdo significat. Sonus ille est q̃si qdã aial ꝓfitutũ ex aere fracto tanꝝ corpe atq; ex ipa significatione/tanꝝ aia:que qdẽ significatio instar aie latet in uocib⁹:⁊ q̃si vita quedã est nõ audita uocis audite. Vñ nã dat sono talis significatio:Ab ipa loquentis hois aia. Sz nunqd aia significationẽ dat uoci per linguã:Animine. Lingua eni corp⁹ est:⁊ corpale dat munus solũ atq; sensibile. neq; significationẽ dat per se ullã quotiẽs aio ad rẽ nõ attẽdẽte casu qs loquit. Significatio vo res est incorpalis ⁊ insensibilis. Alioqn qcũq; uocẽ audiret:statim qd significat uoce cognosceret. Quapropter significatio que ilẽ sibile qdã est:fit tanꝝ aia quedã in uoce.i.aere fracto ceu corpe. Fit inq̃ ab aie ipsi⁹ cogitatione sola: nõ per lingue obsequiũ. Atq; ideo vũ platonẽ ꝓnũcias aer ille fract⁹ plures in partes diuidit. Plato nẽ. Que per tria tpis momẽta pcurrũt. Significatio vo nõ per partes diuidit:qz in loquẽtis mẽte idiuisibili anteq; ꝓnũciet momẽto ꝓcipit:⁊ significat sepe res ingẽtissimas:quarũ molẽ nõ põt ipsa per magnitudinẽ adequare. Significat etiã motuz tẽpusq; sepe sine motu uel tpe. Et qñ ꝓnũciat sono soni ipsi⁹ pte ꝓnũciata plurimũ nodũ ab audiente cõprehẽditur:neq; pcipit paulatim:lz oib⁹ syllabis ꝓnũciatis/qd ex illis cũctis significat e uestigio itelligit. Que qdẽ significatio in audiẽtis itellectu ppetua sepe remanet/syllabis pereũtib⁹ sicut in loquẽtis mẽte fuerat anteq; loqueret. Significatio igitur ab aia loquẽte sine medio ꝓducta ĩcorpalis est. Est ⁊ uocis aia simplex/⁊ quodãmõ imortalis. Sonus aũt per linguã mediã fabricat⁹ in ptes dissipat/⁊ interit. Si sol ⁊ aia sine instrumẽtis aliqd efficiũt in mã multo magis de⁹ poterit formã aliquã nullo intercedẽte instrumẽto mãe tradere. Atq; ea maxime erit rõnalis anima:que nõ nihil sine instrumẽto cogitat atq; eligit. Vñ nunq̃ ualeret si eẽt per instrumenti opam fabricata. Si per nullũ mediũ a deo fit nõ fit ab eo nisi per deũ. Deus ipsa eternitas est. Fit ergo per ipsam eternitatẽ. Vñ per eternitatẽ fit/est eternũ. Et qõ sũmo statui ꝓximũ est/ita est stabile/ut a mutatiõe mortali sit remotissimũ. Nec eni est sũma mutatio. Merito sicut in ceteris rerũ generib⁹ prꝛeter id qõ per se tale est/sunt ⁊ alia/que per aliud talia sũt:ita in eternitatis ordine ultra deũ qui per se est etern⁹:multa sunt/que per illũ eterna fiũt. Talia vo eẽ illa Time⁹ docet:que a deo absq; medio ꝓcreantur. Erit igit hois aia:⁊ immortalis ⁊ huic corpi tanꝝ significatio aeri a loquẽte deo inserta. Quã significationẽ sidẽ animaduerterit/dei loquẽtis intelliget mentem.

¶ Obiectio Panetij:⁊ respõsio q; anima sine medio est ex deo. Capm.8m.

Dubit forsitã Panetius nobis posse aliqd a deo in

